



Ciris : quod carmen traditur Vergilii, versione Batava commentarioque exegetico instructum

<https://hdl.handle.net/1874/358141>

CIRIS

QUOD CARMEN TRADITUR VERGILII

H. HIELKEMA

192-1951

CIRIS

QUOD CARMEN TRADITUR VERGILII, VERSIONE BATAVA
COMMENTARIOQUE EXEGETICO INSTRUCTUM

CIRIS

QUOD CARMEN TRADITUR VERGILII,
VERSIONE BATAVA COMMENTARIOQUE
EXEGETICO INSTRUCTUM

SPECIMEN LITTERARIUM INAUGURALE QUOD EX
AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI H. R. KRUYT
MATH. PHYS. DOCT. ET IN FAC. MATH. PHYS. PROF.
ORD. AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU ET
NOBILISSIMAE FACULTATIS LITTERARUM ET PHI-
LOSOPHIAE DECRETO PRO GRADU DOCTORATUS
SUMMISQUE IN LITTERARUM CLASSICARUM DISCI-
PLINA HONORIBUS AC PRIVILEGIIS IN ACADEMIA
RHENOTRAIECTINA RITE ET LEGITIME CONSEQUEN-
DIS FACULTATIS EXAMINI SUBMITTET

HIELKE HIELKEMA

CAMPENSIS, DIE IV MENSIS APRILIS ANNI
MCMXLI HORA IV

TRAECTI AD RHENUM TYPOGRAPHIS KEMINK ET FILIO
MCMXLI



AAN MIJN OUDERS
AAN MIJN VROUW
AAN MIJN ZOON

Bij het voltooiën van dit proefschrift en het beëindigen mijner Academische studiën is het mij een behoefte, mijn hartelijken dank te betuigen aan allen, die tot mijn wetenschappelijke vorming hebben bijgedragen.

Allereerst geldt deze dank U, Hooggeleerde WAGENVOORT, hooggeschatte Promotor; met groote bereidwilligheid hebt Ge Uw steun me toegezegd en steeds in zeer ruime mate verleend; tijd noch moeite hebt Ge gespaard om mij door raadgevingen en correctie's te helpen bij het tot stand brengen van dit werk.

Met groote dankbaarheid, Hooggeleerde VOLLGRAFF, gedenk ik Uw college's, die ons wisten te bezielen met een groot enthousiasme voor de schoonste voortbrengselen van den Griekschen geest.

U, Hooggeleerde BOLKESTEIN, moge ik mijn diepgevoelden dank betuigen voor de meesleepende wijze, waarop Ge ons hart en onze geest hebt geopend voor de groote beteekenis van de sociale problemen voor de levens der volkeren.

Hooggeleerde DAMSTÉ, Uw college's, die ons steeds vervulden met bewondering voor Uw beheersching van de Latijnsche taal, zullen bij mij steeds in dankbare herinnering blijven.

Niet minder ben ik aan U, Hooggeleerde OVINK, dank verschuldigd voor de wijze, waarop Ge onzen critischen zin hebt ontwikkeld.

Hooggeachte FRANKEN, voor de welwillendheid, waarmede Ge mij met raad en daad terzijde hebt gestaan, moge ik U mijn hartelijken dank betuigen.

U, Zeergeleerde VAN HOORN, dank ik voor wat Uw college's in de Archaeologie ons hebben geleerd en voor Uw bij herhaling ondervonden vriendelijke bejegening.

Ten slotte zeg ik allen dank, die mij, op welke wijze ook, bij het schrijven en uitgeven dezer dissertatie hun hulp hebben verleend.

PRAEFATIO

Ciris epyllium carmen est 541 versus hexametros continens, quo auctor longo prooemio (1—100) praemisso historiam nobis narrat Scyllae Nisi Megarae regis filiae, quae magno et insano Minois Megaram obsidentis amore commota patrem patriamque prodidisse tradebatur, a patris dormientis vertice crinem illum purpureum detondens quo integro invictum regem futurum fuisse portentum erat. Postquam Minos virginis scelere adiutus urbe potitus est, Niso patre extincto Scylla a victore pro prodicione hoc supplicio afficitur, ut a navis puppi eam religet et ita Cretam rediens per mare eam trahat. Temporis intervallo lassitudine paulatim iam deficiens ab Amphitrita misericordii infelix virgo in cirin avem convertitur; Nisus autem, a Iove in vitam restitutus, in aquilam marinam mutatur, quae acri odio accensa perpetuo per aerem cirin persequi solet. Eandem fabulam etiam Ovidius (Met. VIII, 1—151) narrat; praeterea scholiasta ad Dionys. Perieg. 420 (cf. Knaack, Rh. Mus. 57, 1902, p. 205 sqq.; E. Rohde, Gr. Roman², p. 100a.3; Leo, Herm. 42, 1907, p. 60) nos docet Parthenium quoque in libro deperdito, c.t. Metamorphoses, fabulam tractavisse. Iam satis constat Parthenium auctori nostro fontem ac originem fuisse. Quisnam hic auctor fuit? Antiquis temporibus hac de re nihil dissentiebant: carmen Vergilio esse attribuendum. In Donati indice (Vit. Verg. p. 736 Hagen; de vitis Vergilianis et alii scripserunt et Nettleship, 'Ancient Lives of Vergil', Oxford, 1879; Sabbadini, Rh. Mus. 62, 1907, p. 317 sqq.; E. Norden, Rh. Mus. 63, 1908, p. 166 sqq.), qui Suetonii testimoniis innititur, etiam Ciris carmen locum invenit: *poeticam puer adhuc auspicatus in Balistam... distichon fecit; deinde catalecton et priapia et epigrammata et diras, item cirim et culicem, cum esset annorum XVI*. Idem fere et Servius declaravit (ad Verg. Aen. praef. p. 1, 8 Th.): *primum ab hoc distichon factum est in Balistam latronem...; scripsit etiam septem sive octo libros hos: Cirin Aetnam Culicem Priapeia Catalepton Epigrammata Copam Diras*; porro conferas quae Servius adnotavit ad Verg. Ecl. 6, 3

(cum canerem reges et proelia): et significat aut Aeneidem aut gesta regum Albanorum quae coepta omisit nominum asperitate deterritus; alii Scyllam eum scribere coepisse dicunt, in quo libro Nisi et Minois, regis Cretensium, bellum describebat; alii de bellis civilibus dicunt, alii de tragoedia Thyestis. Etiam medii aevi temporibus viri docti hac de re vulgo idem iudicavisse videntur: in codicibus certe hosce legimus titulos: *De cirinna* H; *P. Virgilii Maronis ad Messallam Cyris* L; *P. virgilii maronis Cyris incipit* R; in cod. R haec legitur subscriptio: *P. Virgilii Maronis Cyris finit*; ceteris codicibus (BHLA) subscriptio prorsus deest. Attamen inde a saeculo decimo septimo diligens textus investigatio plurimos criticos et editores coegit ut crederent carmen haud Vergilii manu scriptum esse. Et revera Ciris sermo ac scribendi ratio multis partibus cum Catulli carminibus conveniens a notis Vergilii operibus maxime differt; crebrae sunt inscitiae, quibus auctorem in sententiis construendis se obstrinxisse apparet; interiectionibus, graecismis, versibus spondiacis valde delectatus est; interdum paucis vel etiam singulis tantum versibus res maximi momenti absolvuntur, cum diutissime aliquando auctor moretur in talibus partibus, quales facultatem moris personarum depingendi ei dare possint; denique carmen nostrum omnia illa indicia aperte ostendit quae neotericos produunt (vid. e.g. quae W. Kroll in Catull. carm. 64 praefatione adnotavit). Sed non modo sermone ac ratione dicendi Catullus apud nostrum multum valuit, multis etiam locis verba et locutiones ab eo et (praesertim in carminis prooemio) a Lucretio demutuatus est. Maioris autem momenti est creberrimos locos enumerari posse qui mirum quantum cum versibus e Vergilii carminibus congruant, id quod in libello nuper (1937) edito Helm luculenter demonstravit (iam antea Ganzenmüller in Fleckeis. Jahrb. Supplementbd. 20, 1894, p. 553 sqq. idem illustraverat). Quae cum ita sint, inter quattuor has conclusiones vacillari posse videtur. Primo enim loco sunt qui dicant Vergilium ipsum auctorem esse; carmen aut iuvenem ante Bucolica aut Bucolicis et Georgicis perfectis eum scripsisse; alii contra putant consulto carmen nostrum ab aliquo imitatore e Vergilii mortui operibus compositum esse; porro sunt quibus opinio sit poetam quendam (plerique Cornelium Gallum auctorem nuncupant), eiusdem fere vel paulo prioris aetatis quam qua Vergilius vixerit, Cirim edidisse; denique crebri viri docti disseruerunt Ciris scriptorem, nomine nobis ignotum, eum virum fuisse, qui et Catullum et

praesertim Vergilium magna admiratione commotus imitationis suae honore afficere voluerit.

Quid tandem carmen ipsum de auctoris persona nos docet? Non permulta illud quidem. Quod ad aetatem eius pertinet, unus tantum versus (45) aliquid nobiscum communicat: *prima rudimenta et iuvenes annos* se exegisse poeta testatur. Quo testimonio nisus ad vs. 42 hoc quidem pro certo esse habendum affirmavi auctorem nostrum prooemium certe carminis non ante tricesimum quintum aetatis annum confectum habere potuisse. Faciamus igitur revera Vergilium carmen nostrum scripsisse, tum anno 35 a.C.n. primum (i.e. certo post Bucolica, fortasse etiam post Georgica) confici potuit. Quae conclusio si vera est, neque versui 36 ea repugnat, ubi Messalla (M. Valerius Messalla Corvinus tum intellegendus est) *iuvenum doctissimus* appellatur (vid. ad vs. 54). Sed tamen in hac sententia perseverare mea quidem opinione haud ita facile erit. Restat enim scrupulus supra iam indicatus carminis structuram ac rationem dicendi Catulli sermoni magis respondentem a Vergilii notis operibus maxime discrepare. Praeterea mea quidem opinione non potuit Vergilius se nuncupare *vario iactatum laudis amore / irritaque expertum fallacis praemia vulgi* (Cir. 1 sq.), quae ad artis tantum poeticae studium non pertinere posse opinor, cui certe Ciris auctor antea se dedidisse testatur vs. 19 sq.; 45; 93; neque porro rhetorica vel iuris disciplina tantopere Vergilio curae fuit, ut tale dictum excusare posset (vid. ad vs. 2). Postremo et Leo et alii manifeste demonstravisse mihi quidem videntur, multas Ciris locutiones a Vergilio esse desumptas neque contrarium fieri potuisse. Alteri opinioni, consulto e Vergilii hereditate carmen esse compositum (id quod praesertim Némethy, Rh. Mus. 62, 1907, 482 sqq. probare conatus est), perpauci tantum assensi sunt. Quamvis multis vitiis et incommodis et compositione identidem minus apta praeditum melius tamen carmen est, quam ut e calamo cuiusdam compositoris habilis quidem, sed tamen ingenii poetici plane expertis fluere potuerit. Immo tanta dexteritate et facultate versus alieno carmini inseruit ut complures viri docti (quamquam eorum argumenta refutata esse opinor) auctori nostro indolem nativam attribuerint quam Vergilio denegavissent. Iure Frédéric Plessis (La poésie latine, 1909, p. 267—272) disseruit Ciris auctorem fuisse: 'vrai poète d'ailleurs, et digne d'être appelé virgilien à cause de la nature de son émotion et de la qualité de ses vers.... Le poète

de la Ciris n'a manqué non plus ni de souffle ni d'art dans le mélancolique retour de Carmé sur sa fille Britomartis, victime, elle aussi jadis, de la séduction de Minos. Et les lamentations de Scylla méritent une place à côté des plaintes de Didon et d'Ariane". Ad considerandam quaestionem, quis fuerit auctor, magni momenti ea disceptatio fuit, quam anno 1901 Fr. Skutsch orsus est; in libro, c.t. „Aus Vergils Frühzeit" demonstrare conatus est Cornelium Gallum, qui anno 26 ab Augusto relegatus ac memoriae damnatione punitus manus sibi intulit, Ciris auctorem fuisse. Skutschii argumentatio imprimis interpretatione Vergilii sextae et decumae Eclogarum innititur: Vergilium in decima Ecloga florilegium e Galli carminibus elegiacis et catalogum quendam eius artis poetices amatoriae, in sexta Ecloga etiam catalogum Galli carminum composuisse putat; cum autem Verg. Ecl. 6,75—77 et Cir. 59—61 vix inter se differant, Ciris carmen vetustius esse et ante annum 39 a.C.n. factum esse opinatur. Quibus mox Leo respondit (anno 1902 in Herm. 37, 1902, pp. 14—55; vid. etiam eiusdem viri docti libellum eodem anno editum c.t. „De Ciri carmine coniectanea", Gottingae): interpretationem quam Skutsch de Verg. Ecl. 6 et 10 dederat prorsus aspernatus est (et aliis argumentis nisus et demonstrans Ecl. 6,74 de Ciri nequaquam sermonem esse, fabulae versionem autem narrari, cui ipsi Ciris auctor repugnet) et locos inter se congruentes alium ex alio conferre coepit, qua diligentissima indagatione mea quidem opinione approbavit Ciris auctorem a Vergilio demutuatum esse. Eundem fere ad exitum P. Jahn (Herm. 37, 1902, p. 161 sqq.) pervenit. Attamen haud deerant viri docti qui circa Skutschium conglobarentur, e quibus afferre velim W. Kroll (Deutsche Literaturzeitung, 1902, 2146; Neue Jahrb. f. d. Klass. Alt. XI, 13); M. Galdi ('Cornelio Gallo e la critica Virgiliana', Padova, 1905); quod ad compositionis tempus attinet (ante Vergilii Eclogas) etiam assensus est A. B. Drachmann (Nordisk Tidsskrift, XIII, p. 65 sqq.; postea germanice editum in Herm. 43, 1908, p. 405 sqq.). De carminis partibus scripserunt R. Wünsch (de vss. 369—377; in Rh. Mus. 57, 1902, 161 sqq.), S. Sudhaus ('Die Klage der Ciris', Rh. Mus. 61, 1906, p. 28 sqq.). Deinde anno 1906 A. B. Skutsch alterum librum divulgavit, c. t. 'Gallus und Vergil', quo integras pronuntiationes suas obtinebat et alterius partis sententias refutare conabatur. Nequaquam tamen Leo adversario manus dedit (Herm. 42, 1907, p. 35 sqq.; ibidem, p. 469 sqq., S. Sudhaus disputationem di-

vulgavit c.t. „Die Ciris und das röm. Epyllion“). Qua de re cum inter se convenire nequirent, antiqua ratio, ipsius Vergilii manu carmen scriptum esse, rursus propugnatores invenire coepit; e quibus ante alios afferendus est Fr. Vollmer (Rh. Mus. 61, 1906, p. 489 sqq.; Sitzungsber. der philosoph.-philolog. Klasse der Bayer. Akad. d. Wiss., 1907, 335 sqq.; iam pridem, Rh. Mus. 55, 1900, p. 523 sqq. nonnullos Ciris versus interpretatus erat), qui Vergilium carmen nostrum ante Bucolica iam inceptum anno tandem 27 absolvisse opinatur; porro etiam P. Jahn quamvis haesitabundus ad sententiam inclinat (Rh. Mus. 63, 1908, p. 79 sqq.; cf. etiam Ladewig—Jahn⁹, ad Verg. Georg. I, 404) carmen nostrum a Vergilio scriptum esse. Haud ita facile est ad disceptandum quem ad modum Ciris et Ovidii Metamorphoses (praesertim Scyllae fabula in libro VIII enarrata) inter se conexae sint. R. Helm (Herm. 72, 1937, p. 98 sqq.) multis locis fretus probabiliter exposuit Ciris auctorem Ovidio recentiorem fuisse neque ab eo locutiones et dicendi rationes mutuari veritum esse. Crebra eius argumenta suppleri posse puto (vid. e.g. ad Cir. 57, 74, 77, 111, 131, 163, 170, 226, 257, 259, 287, 308, 320, 340, 363, 389, 411, 420, 456); etiam Ganzenmüller iam pridem (Fleckeis. Jahrb. Suppl. bd. 20, 1894) sibi persuaserat poetae nostro Ovidii carmina nota fuisse. Radford (Transact. and Proc. of the Am. Phil. Ass. 51, 1920, 160) et Thomason (Class. Phil. 18, 1923, p. 249 sqq.; 19, 1924, p. 147 sqq.) demonstrare conati sunt ipsum Ovidium Cirin composuisse, sed perpauca tantum viri docti hanc opinionem probaverunt; argumentationem huius et alii et copiosius R. B. Steele (Am. Journal of Philology, 51, 1930, 148 sqq.) diluerunt. Hoc denique nobis concludere licet nondum nobis contigisse ut sive auctoris nomen sive tempus, quo carmen compositum sit, destinemus. Pro certo tantum habendum videtur omnia Vergilii opera ei nota fuisse nec non magnam ei movisse admirationem; idem de Ovidii Metamorphoseon libris nobis dicendum esse opinor. Exiguus tanti studii effectus esse videtur; attamen copiosae disceptationes de quaestione, quis auctor fuerit, effecerunt ut complures loci structurae difficultate vel prava codicum traditione obscuri propius ad rectam interpretationem accesserint. — His expositionibus hanc seriem chronologicam (nomina supra iam allata consulto omisi) addere mihi liceat. W. Pütz, Annotationes ad Vergilii Cirin, 1846.

L. Schwabe, In Cirin carmen observationes, 1871.


- L. Schwabe, *Fleckeis. Jahrb.* 107, 1873, p. 633.
 Aem. Baehrens, *Fleckeis. Jahrb.* 105, 1872, p. 833.
 Aem. Baehrens, *Fleckeis. Jahrb.* 107, 1873, p. 773.
 — *Fleckeis. Jahrb.* 111, 1875, p. 137.
 Ad. Waltz, *De carmine Ciris*, 1881.
 A. Zingerle, *Kleine philologische Abhandlungen*, 3 (Innsbrück, 1881), 23.
 R. Unger, *Festschrift zu Eckstein's Jubiläum*, Halle, 1881. *Progr. Halle*, 1885.
 M. Kreunen, *Prolegomena in Cirin*, 1882.
 R. Ellis, *Am. Journal of Philology*, 8, 1887, p. 1.
 Lederer, *Ist Vergil der Verfasser vom Culex und Ciris?* 1890.
 R. Ellis, *Am. Journal of Philology*, 15, 1894, p. 469.
 G. Knaack, *Rh. Mus.* 57, 1902, p. 205.
 A. E. Housman, *Class. Review* 17, 1903, p. 303.
 Wörpel, *Beiträge zur Klass. Philologie A. Schoene dargebracht*, Kiel, 1903, p. 31.
 A. dal Zotto, *La Ciris e le sue fonti greche*, 1903.
 R. Ellis, *Am. Journal of Philology* 26, 1905, p. 437.
 I. Mortimer Linforth, *Am. Journal of Philology* 27, 1906, p. 438.
 F. Jacoby, *Deutsche Literaturzeitung* 28, 1907, p. 233.
 A. Körte, *Philolog. Wochenschrift* 49, 1907, p. 1336.
 H. T. Karsten, *Ciris (Sertum Nabericum)*, 1908, p. 193).
 C. Curcio, *Riv. di filologia* 36, 1908, p. 50.
 J. W. Mackail, *Class. Review* 22, 1908, p. 65.
 R. Reitzenstein, *Rh. Mus.* 63, 1908, p. 605 ('Die Inselfahrt der Ciris').
 H. Belling, *Jahresber. des Philolog. Ver.* 63, 1909, p. 123.
 M. Lenchantin de Gubernatis, *Riv. di filologia* 38, 1910, p. 210.
 R. Reitzenstein, *Herm.* 48, 1913, p. 250.
 L. G. Eldridge *Num Culex et Ciris ab eodem poeta composita sint quaeritur*, Giessen, 1914.
 E. K. Rand, *Harvard Studies*, 30, 1919, p. 103.
 H. Kaffenberger, *Philologus*, 76, 1920, p. 139.
 A. Klotz, *Herm.* 57, 1922, p. 588.
 T. Frank, *Vergil, a biography*, 1922.
 Rushton Fairclough, *Transact. and Proceed. of the Amer. Philolog. Association* 53, 1922, p. 5.
 R. G. Kent, *ibd.* p. 73.

- K. Witte, *Herm.* 57, 1922, p. 563.
 W. M. Lindsay, *Class. Quarterly*, 19, 1926, p. 103.
 d'Arcy Wentworth Thomson, *ibid.*, p. 155.
 A. Oltramare, *Rev. d'études lat.* 7, 1929, p. 294.
 A. Rostagni, *Riv. di filologia* 8, 1930, p. 4; 9, 1931, p. 462.
 M. Lenchantin de Gubernatis, *Stud. Ital. d. filol. class.* 8, 1931, p. 259.
 A. Klotz, *Philolog. Wochenschr.* 52, 1932, p. 1281.
 Wolf—Friedrich, *Gnomon*, 9, 1933, p. 506.
 M. Galdi, *Il mondo classico*, 3, 1933, p. 293.
 R. Helm, *Rhein. Mus.* 85, 1936, p. 254.
 ——— *Herm.* 72, 1937, p. 78.

Ex editionibus recentioribus affero:

- R. Ellis, *Appendix Vergiliana*², Oxford, 1927.
 C. Curcio, [P. Vergilii Maronis] *Culex, Ciris, Turijn*, 1928.
 M. Lenchantin de Gubernatis, *P. Vergilii Maronis Ciris, Introduzione, testo e commento, Turijn*, 1930.
 Aem. Baehrens—Vollmer—Morel, *Poetae latini minores, pars I: Appendix Vergiliana*, 1935, Leipzig.
 R. Helm, *Die pseudo-Virgilische Ciris, herausgegeben und erklärt, Heidelberg*, 1937.

Quod denique ad *Ciris* traditionem manuscriptam attinet, pessima ea est. Perpaucis nullius pretii codicibus exceptis quattuor tantum recentiores iique corruptissimi carmen totum tradunt. Quibus e codicibus Helmstadiensis (H; bibl. Guelph. 332, saec. XV) et cod. Pomponii Laeti manu scriptus (L; Vat. lat. 3255, saec. XV) inter se cohaerent; a quibus duobus abhorrent mss. Arundelianus (A; mus. Brit. 133, saec. XV) et Rehdigeranus (R; bibl. Vratislav. 125, Saec. XV). Unus tamen archetypus horum quattuor codicum communis fuisse videtur (Z). Vss. 454—541 porro traduntur in codice Bruxellensi (B; 10675—6, saec. XII), qui multis locis rectam lectionem solus servavit. Denique unus tantum versus (339) in florilegium quoddam in Gallia, ut videtur, saec. XI compositum (Exc.) assumptus est. Hoc igitur stemma est, quod Vollmer in ed. exprimendum curavit:



CIRIS

Etsi me vario iactatum laudis amore
irritaque expertum fallacis praemia vulgi
Cecropius suavis expirans hortulus auras
florentis viridi sophiae complectitur umbra,
5 ut mens quiret eo dignum sibi quaerere carmen,
longe aliud studium atque alios accincta labores
(altius ad magni suspendi sidera mundi
et placitum paucis ausa est ascendere collem),
non tamen absistam coeptum detexere munus,
10 in quo iure meas utinam requiescere Musas
et leviter blandum liceat deponere morem.
quod si mirificum <proferre valerem opus omni>
mirificum saeclo, modo sit tibi velle libido,
si me iam summa Sapientia pangeret arce
15 (quattuor antiquis heredibus est data consors),
unde hominum errores longe lateque per orbem
despicere atque humilis possem contemnere curas,
non ego te talem venerarer munere tali,
non equidem (quamvis interdum ludere nobis
20 et gracilem molli liceat pede claudere versum),
sed magno intexens, si fas est dicere, peplo,
qualis Erechtheis olim portatur Athenis,
debita cum castae solvuntur vota Minervae
tardaue confecto redeunt quinquennia lustro,
25 cum levis alterno Zephyrus concrebuit Euro
et prono gravidum provexit pondere currum —
felix illa dies, felix et dicitur annus,
felices qui talem annum videre diemque —
ergo Palladiae texuntur in ordine pugnae,
30 magna Giganteis ornantur pepla tropaeis,
horrida sanguineo pinguntur proelia cocco,
additur aurata deiectus cuspide Typho,

CIRIS

Hoewel mij, die heen en weer geslingerd ben door mijn liefde tot roem op verschillend gebied en die ervaren heb de ijdelheid der bijvals-
betuigingen van de wispelturige massa, thans de Atheensche tuin, die zachte geuren uitwasemt, omgeeft met het groene loover van bloeiende
5 wijsheid, opdat mijn geest in staat zij zich een gedicht samen te stellen, dat dien tuin waardig is, hoewel zij dus zich heeft aangegord tot een geheel anderen, zwaar inspannenden arbeid (zij heeft het namelijk ge-
waagd zich omhoog te verheffen tot aan de gesternten van het groote uitspansel en te bestijgen den berg, welks beklimming slechts weinigen
10 vermag te bekoren), toch zal ik er mij niet aan onttrekken, het geschenk voor U, waarmede ik reeds een begin heb gemaakt, te voltooiën. Moge
het mij hierbij dan vrijstaan, dit hoop ik, mijn Muzen, zonder dat ik iemand onrecht behoef te doen, tot rust te brengen en deze wijze van dichten, die mij bekoorde, voortaan te laten rusten. Ja, indien ik in staat was een werk te scheppen, dat de bewondering van alle tijden zou kunnen oogsten — gesteld natuurlijk, het strookte met Uw verlangens —, indien van nu af aan de Wijsheid mij een vaste plaats gaf boven op den top van haar heiligen berg (aan de vier oude erfgenamen is deze als
15 gemeenschappelijke woonplaats gegeven), vanwaar ik zou kunnen neerschouwen op het ijdele zoeken en tasten der menschen, wijd en zijd over de wereld, en mij hoog verheffen boven hun alledaagsche en laag-bijde-grondsche bekommelingen, dan zou ik U, edele vriend, niet vereeren met een zoo gering geschenk, stellig niet (al zoudt ge me wel willen toestaan, zoo nu en dan eens een lichter gedichtje te schrijven en in elegische
20 versmaat een bevallig lied te dichten), neen, dan zou ik Uw daden, indien de godin van Athene mij deze uitdrukking vergunt, weven in een groote peplos; in zulk een peplos als die, welke sinds onheugelijke tijden in het Athene van Erechtheus in de processie wordt medegevoerd, wanneer aan de reine Minerva de verschuldige geloften worden betaald en bij het verglijden der jaren eindelijk weer het vijfjaarlijksch feest der Panathenaeen terugkeert, wanneer de luwe Zephyr begint op te steken naast
25 den Eurus, dien hij komt vervangen en den zwaar beladen zeilwagen doet aanrijden met voortstuwende kracht. Men spreekt dan terecht van een dag van geluk, van een jaar van geluk; gelukzalig noemt men hen, die zulk een jaar en zulk een dag hebben aanschouwd. Ziet, één voor één worden de groote daden van Pallas geweven, met haar overwinningen op de Giganten wordt de groote peplos gesierd, met het bloedroode purper schildert men de verschrikkelijke gevechten, daarnaast ziet men Typho, door gulden lans terneergesmaakt, die zoo juist nog, den aether

- qui prius Ossaeis consternens aethera saxis
 Emathio celsum duplicabat vertice Olypnum —
 35 tale deae velum sollemni tempore portant:
 tali te vellem, iuvenum doctissime, ritu
 purpureos inter soles et candida lunae
 sidera, caeruleis orbem pulsantia bigis,
 naturae rerum magnis intexere chartis,
 40 aeternum <ut> sophiae coniunctum carmine nomen
 nostra tuum senibus loqueretur pagina saeculis.
 sed quoniam ad tantas nunc primum nascimur artes,
 nunc primum teneros firmamus robore nervos,
 haec tamen interea quae possumus, in quibus aevi
 45 prima rudimenta et iuvenes exegimus annos,
 accipe dona meo multum vigilata labore
 promissa atqua diu iam tandem <reddita vota>,
 impia prodigiis ut quondam exterrita miris
 Scylla novos avium sublimis in aere coetus
 50 viderit et tenui conscendens aethera penna
 caeruleis sua tecta super volitaverit alis,
 hanc pro purpureo poenam scelerata capillo
 pro patria solvens excisa et funditus urbe.
 complures illam magni, Messalla, poetae
 55 (nam verum fateamur: amat Polyhymnia verum)
 longe alia perhibent mutatam membra figura
 Scyllaeum monstro saxum infestare voraci;
 illam esse aerumnis quam saepe legamus Ulixi
 candida succinctam latrantibus inguina monstros
 60 Dulichias vexasse rates et gurgite in alto
 deprensos nautas canibus lacerasse marinis.
 sed neque Maeoniae patiuntur credere chartae
 nec malus istorum dubiis erroribus auctor.
 namque alias alii vulgo finxere puellas,
 65 quae Colophoniaco Scyllae dicantur Homero,
 ipse Crataein ait matrem; sed sive Crataeis
 sive illam monstro genuit fera Echidna biformi,
 sive est neutra parens atque hoc in carmine toto
 inguinis est vitium et Veneris descripta libido,
 70 sive etiam iactis speciem mutata venenis
 infelix virgo (quid enim commiserat illa?)

- plaveiend met de rotsblokken van de Ossa, den steilen Olympus trachtte te verdubbelen in hoogte door den Thessalischen berg er boven op te
- 35 stapelen — zoo is het kleet, dat op gezette tijden de Schutzgodinne toegedragen wordt. Welnu, op zoodanige wijze verlangde ik U en Uw naam, meest ontwikkelde der jongemannen, temidden van stralende zonnen en het glanzend gesternte van de maan, die met haar zwart gespan de hemelbogen trillen doet, te weven in een groot werk over het wezen der natuur, opdat ons gedicht tot in verre geslachten spreken zou
- 40 van Uw naam, eeuwig verbonden met een lied van zuivere wijsheid. Maar waar nu eerst voor ons het geboorte-uur sloeg van zoo'n hooge wetenschappelijkheid en wij nu voor het eerst onze zwakke spieren pogen te versterken met mannelijke kracht, daarom moet ge toch niet weigeren, dit geschenk — immers deze kunst verstaan wij en hiermede hebben
- 45 wij onze eerste levensjaren en den tijd, dat we jongeling waren, doorgebracht — te aanvaarden: het is het resultaat van de inspanning van vele wakend doorgebrachte nachten; tegelijk ook de nu eindelijk volgende vervulling van een belofte, reeds lang te voren afgelegd; <ik zal U namelijk bezingen, > hoe de gewetenlooze Scylla, doodelijk verschrikt door het wonderbaarlijk ingrijpen der goden, hoog in de lucht zich verheffend,
- 50 ongekende zwermen van vogels heeft gezien en, met ranke wiekslag ten hemel omhoogstijgend, met zeeblauwe vleugels heeft heen en weer gevlogen boven haar eigen paleis, deze straf lijdend, de misdadigster, om te boeten voor het afsnijden van de purperroode haarlok en de volkomen verwoesting van haar vaderstad.
- 55 Verscheidene groote dichters (want laat ik de waarheid bekennen, de Muze mint de waarheid), Messalla, beweren, dat Scylla in een geheel andere gedaante is veranderd en de Scyllaeische rots onveilig maakt door haar vraatzuchtige monstergestalte; dat zij het ook is, van wie we zoo vaak lezen, dat ze bij de dooltochten van Ulixes, haar blanke heupen omgord met blaffende hondengestalten, diens Dulichische schip
- 60 heeft gekraakt en in volle zee de schippers heeft verrast en door haar honden van de zee verscheurd. <Dit beweren zij>, maar eenerzijds staan de Maeonische bladen niet toe hieraan geloof te hechten en evenmin wekt veel vertrouwen de onbetrouwbare schrijver, die gene dichters geleid heeft in een labyrinth van dwaalwegen. Immers naar willekeur verzint de eene schrijver <als voorgeschiedenis van de verandering in een zeemonster, het verhaal van> dit, de andere <van> dat meisje, welke
- 65 meisjes <slechts hierin overeenstemmen, dat ze tenslotte alle> identiek worden verklaard met de Scylla, welke Homerus van Colophon bezingt. Homerus zelf noemt Crataeis haar moeder; maar hetzij Crataeis dit was; hetzij de woeste Echidna haar heeft voortgebracht bij het dubbelgestaltige monster Typho; hetzij geen van die beiden haar moeder was en in de geheele sage de zondige hartstocht en lust der zinnen is beschreven;
- 70 hetzij ze van gedaante veranderd is, doordat vergif <in haar badwater> was geworpen, o ongelukkig kind! (wat immers had zij misdaan? Vader Neptunus zelf had haar, die doodelijk beangst was, omarmd op het

ipse pater timidam saeva complexus harena
 coniugium castae violaverat Amphitritae.
 at tamen exegit longo post tempore poenas,
 75 ut, cum cura suae veheretur coniugis alto,
 ipsa trucem multo misceret sanguine pontum) —
 seu vero, ut perhibent, forma cum vinceret omnes
 et cupidos quaestu passim popularet amantes,
 piscibus et canibusque malis vallata repente
 80 horribiles circum vidit se sistere formas
 (heu! quotiens mirata novos expalluit artus!
 ipsa suos quotiens heu! pertimuit latratus!),
 ausa quod est mulier numen fraudare deorum
 et dictam Veneri votorum avertere poenam,
 85 quam, mala multiplici iuvenum quod saepta caterva
 dixerat atque animo meretrix iactata ferarum
 (infamen tali merito rumore fuisse
 docta Palaepaphiae testatur voce Pachynus):
 quidquid et ut quisque est tali de clade locutus,
 90 omne sinam; potius liceat notescere cirin
 atque unam ex multis Scyllam non esse puellis.
 quare quae cantus meditantem mittere certos
 magna mihi cupido tribuistis praemia, divae
 Pierides, quarum castos altaria postes
 95 munere saepe meo inficiunt foribusque hyacinthi
 deponunt flores aut suave rubens narcissus
 aut crocus alterna coniungens lilia caltha
 sparsaque liminibus floret rosa, nunc age, divae,
 praecipuo nostro nunc aspirate labori
 100 atque novum aeterno praetexite honore volumen.
 sunt Pandioniis vicinae sedibus urbes
 Actaeos inter colles et candida Thesei
 purpureis late ridentia litora conchis,
 quarum non ulli fama concedere digna
 105 stat Megara, Alcathoi quondam munita labore,
 Alcathoi Phoebique: deus namque affuit illi,
 unde etiam citharae voces imitatus acutas
 saepe lapis recrepat, Cyllenia munera, pulsus
 et veterem sonitu Phoebi testatur honorem.
 110 hanc urbem, ante alios qui tunc florebat in armis,

wreede strand en zoo zijn huwelijk met de reine Amphitrite ontheiligd: maar toch heeft ze, zij het ook na langen tijd, wraak genomen en wel op
 75 deze wijze, dat, toen hij, die de minnaar was van zijn geliefde <Circe>, voer over de hooge zee, zij met veel bloed de woeste zee mengde); hetzij ze tenslotte, daar ze, zooals men wel beweert, een meisje was, dat alle andere meisjes in schoonheid overtrof en uit hebzucht alle minnaars, die haar liefde begeerden, te gronde richtte, plotseling omringd was door
 80 afschuwwekkende monstergestalten ontstonden (ach! hoe vaak is ze toen niet verbleekt in stomme verbazing over zulke verschrikkelijke lichaamsdeelen, hoe vaak is ze niet beangst geworden door haar eigen geblaf?), omdat ze het had gewaagd, als vrouw nog wel, de goden in hun majesteit aan te tasten en achterwege te laten de vervulling van de gelofte, aan Venus gedaan, welke ze had afgelegd omdat ze omringd was
 85 van een talrijke schare van jonge mannen en als een slechte lichtekooi was heen en weer geslingerd door een razernij als van een wild dier (dat er door de kwade roep, welke ze zichzelf op den hals had gehaald, overal met afschuw over haar werd gesproken, getuigt ook Pachynus, door de stem van de godin van Palaepaphos onderricht): al wat en hoe ook maar een ieder over zulk een ramp heeft gesproken: dit alles moge ik
 90 laten voor hetgeen het is; moge het mij vrijstaan <er voor te zorgen> dat de Scylla, die in een ciris is veranderd, bekend worde en dat men inziet, dat zij niet één is van vele meisjes. Daarom dan, o goddelijke Muzen, die mij, die zulks begeerde, groote belooningen deelachtig hebt doen worden, toen ik mij erop voorbereidde om echte zangen te doen hooren, gij, wier altaren dikwijls door mijn offergeschenken de reine tempelposten
 95 bezoedelen en in wier deuropeningen de hyacinthen of zacht-roode narcissen hun bloemen laten rusten of de crocus, die zich met de lelie en de dotterbloem tot een krans vereenigt, en op wier drempels de gestrooide rozen bloeien, welaan dan, gij, goddelijke Muzen, weest vooral
 100 thans ons werk gunstig gezind en verleent eeuwige eer aan dit nieuwe geschrift.

Er zijn steden dicht bij de woonplaats van Pandion gelegen tusschen de Attische heuvels en het hel-witte, wijd en zijd van glinsterende schel-
 105 pen glanzende strand van Theseus. Voor geen andere van die in roem verdienend onder te doen ligt daar Megara, ééns door den ingespannen arbeid van Alcahous als een versterkte stad gebouwd; van Alcahous, maar ook van Phoebus: want het was een god, die genen hielp; hieraan herinnert ook het feit, dat somtijds een bepaalde steen, wanneer men er tegen geslagen heeft, als een Cyllenisch geschenk, een klank laat hooren, gelijkend op het heldere getokkel van de cither en door deze toon nog getuigt van de eer, oudtijds door Phoebus aan deze stad bewezen. Deze stad had
 110 de alverwoester Minos, die juist toen op het toppunt van zijn krijgsroem

- fecerat infestam populator remige Minos,
 hospitio quod se Nisi Polyidos avito
 Carpathium fugiens et flumina Caeratea
 texerat. hunc bello repetens Gortynius heros
 115 Attica Cretaea sternebat rura sagitta.
 sed neque tunc cives neque tunc rex ipse veretur
 infestos muros volitanti examine turmas
 deicere et indomitas virtute retundere mentes,
 responsum quoniam satis est meminisse deorum.
 120 nam capite a summo regis (mirabile dictu)
 candida caesaries (florebant tempora lauro)
 et roseus medio surgebat vertice crinis,
 cuius quam servata diu natura fuisset,
 tam patriam incolumen Nisi regnumque futurum
 125 concordēs stabili firmarant numine Parcae.
 ergo omnis cano residebat cura capillo,
 aurea sollemni comptum quem fibula ritu
 corsellā et tereti nectebat dente cicadae.
 nec vero haec vobis custodia vana fuisset
 130 (nec fuerat), ni Scylla novo correpta furore,
 Scylla, patris miseri patriaeque inventa sepulcrum,
 o nimium cupidis Minoa inhiasset ocellis.
 sed malus ille puer, quem nec sua flectere mater
 iratum potuit, quem nec pater atque avus idem
 135 Iuppiter (ille etiam Poenos domitare leones....
 et validas docuit victas mansuescere tigris,
 ille etiam divos homines sed dicere magnum est),
 idem tum tristis acuebat parvolus iras.
 Iunonis magnae (cuius periuria divae
 140 olim ipsae meminere diu) periura puella
 †non nulli liceat† violaverat inscia sedem,
 dum sacris operata deae lascivit et extra
 procedit longe matrum comitumque catervam
 suspensam gaudens in corpore ludere vestem
 145 et tumidos agitante sinus aquilone relaxans.
 necdum etiam castos gustaverat ignis honores
 necdum sollemni lympha perfusa sacerdos
 pallentis foliis caput exornarat olivae,
 cum lapsa e manibus fugit pila cumque relapsa est,

- stond, door zijn zeesoldaten in een zeer gevaarlijke positie gebracht; Polyidus namelijk had zich, de Carpathische zee ontvluchtend en de stroomen van Caeratus, onder de bescherming gesteld van Nisus, wijl tusschen hunne geslachten van oudsher een verbond van gastvriendschap bestond. Diens uitlevering nu eischend door den krijg, overstelpte
- 115 de held van Gortyn het Attisch-Megarische land met zijn Cretensische pijlen. Maar zelfs toen vreesden nòch de burgers, nòch de koning zelf, dat de in breede zwermen aanstormende eskadrons de bedreigde muren zouden neerhalen en door hun groote dapperheid de ongeschokte geestkracht der burgers zouden breken; het was <voor dezen> immers voldoende de uitspraak der goden indachtig te zijn.
- 120 Want (verwonderlijk om te zeggen), terwijl op het bovenste gedeelte van des konings hoofd zich wit-grijzend haar vertoonde (de slapen waren met een groenende laurierkrans omgeven), groeide er juist op de kruin een roseroode haarlok. Zoolang nu deze haarlok ongerept zou worden be-
- 125 waard — dit hadden eendrachtig door de onveranderlijke wil van het lot de Parcen vastgesteld — zoolang zou Nisus' vaderstad ongedeerd blijven en zijn koningschap voortduren. Derhalve waren allen met de grootste zorg vervuld voor het grijzende haar, hetwelk, met behulp van een hoofdband en de rondpuntige tanden van de cicaden, een gouden speld bijeenhield, zoodat het volgens oud-inheemsch gebruik was opgemaakt. En deze waakzaamheid zoude ook werkelijk haar doel niet hebben gem-
- 130 mist (en <tot op dat oogenblik> had zij ook inderdaad aan het doel beantwoord), indien niet Scylla, door een ongehoorde waanzin aangegrepen — Scylla, die de oorzaak worden zou van den ondergang zoowel van haar ongelukkigen vader als van haar vaderstad — met al te hartstochtelijk begeerige oogen Minos had aangestaard.
- Maar die noodlottige knaap, wien nòch zijn eigen Moeder <ooit> heeft kunnen afbrengen van zijn plan, wanneer hij vertoornd was, nòch Iuppiter <zelf>, ook al was deze tegelijk zijn Vader en zijn Grootvader
- 135 (hij <daarentegen> verstond het om zelfs Punische leeuwen zijn wil op te leggen en leerde de krachtige tijgers om, <door de macht van den god> overwonnen, zich te laten temmen en de goden om de menschen te . . . maar hier past het mij slechts te zwijgen), hij was het, die toen, hoe klein hij ook was, zijn zoo rampzaligen toorn wette. Immers onbedacht had het meisje, de rechten der godin <Iuno> schendend (en schending van
- 140 háár rechten blijft zelfs bij godinnen in langdurige herinnering), het heiligdom der groote Iuno ontwijd, toen zij, aan een offerplechtigheid ter eere van de godin deelnemend, zich uitgelaten gedroeg en ver zich verwijderde van de schare der vrouwen en <andere> gezellinnen, terwijl ze vol vreugde het licht-opgeschorte gewaad liet wapperen rondom
- 145 haar lichaam en haar boezemkleed, gezwollen door den wind, die het bewoog, geheel vrij liet en ontspande. En ook had het altaarvuur de reine offergaven nog niet geproefd en evenmin had de priesteres reeds, met wijwater besprenkeld, zich het hoofd gesierd met de bladerkrans van de matgroene olijf, toen plotseling Scylla de bal uit de handen is ont-

- 150 procurrit virgo. quod uti ne prodita ludo
 auratam gracili solvisses corpore pallam!
 omnia quae retinere gradum cursusque morari
 possent, o tecum vellem tua semper haberes:
 non unquam violata manu sacraria divae
 155 iurando, infelix, nequiquam, iure piasses.
 etsi quis nocuisse tibi periuria credat?
 causa pia est: timuit fratri te ostendere Iuno.
 at levis ille deus, cui semper ad ulciscendum
 quaeritur ex omni verborum iniuria dicto,
 160 aurea fulgenti depromens tela pharetra
 heu nimium certo nimium Tirynthia nisu
 virginis in tenera defixerat omnia mente.
 quae simul ac venis hausit sitientibus ignem
 et validum penitus concepit in ossa furorem,
 165 saeva velut gelidis Edonum Bistonis oris
 ictave barbarico Cybeles antistita buxo
 infelix virgo tota bacchatur in urbe,
 non styrace Idaeo fragrantis picta capillos,
 coccina non teneris pedibus Sicyonia servans,
 170 non niveo retinens bacata monilia collo.
 multum illi incerto trepidant vestigia cursu:
 saepe redit patrios ascendere perditam muros
 aériasque facit causam sibi visere turre,
 saepe etiam tristis volvens in nocte querelas
 175 sedibus ex altis caeli speculatur amorem
 castraque prospectat crebris lucentia flammis.
 nulla colum novit, carum non respicit aurum,
 non arguta sonant tenui psalteria chorda,
 non Libyco molles plauduntur pectine telae;
 180 nullus in ore rubor (ubi enim rubor, obstat amori).
 atque ubi nulla malis reperit solacia tantis
 tabidulamque videt labi per viscera mortem,
 quo vocat ire dolor, subigunt quo tendere fata,
 fertur et horribili praeceps impellitur oestro,
 185 ut patris, a demens, crinem de vertice sacrum
 furtim atque argute detonsum mitteret hosti.
 namque haec condicio miserae proponitur una,

150 snapt en zij, het jonge meisje, toen deze terugsprong haastig er op af is
 gesneld. Ach, hadt ge maar niet, geheel overgegeven aan het spel, van
 uw slanke lichaam de met goud gestikte mantel losgemaakt! O, ik wenschte
 wel, dat ge steeds als het uwe bij U hadt gehad al wat uw schreden
 had kunnen vertragen: dan hadt ge nooit door een eed (<die, waar hij
 ten doel had, een verontschuldiging voor Uw afwezigheid te zijn, een
 155 meened moest zijn en dus, > ongelukkig meisje, tevergeefs <werd af-
 gelegd>) de met eigen hand begane zonde van de verstoring der offer-
 plechtigheid behoeven te verzoenen. En toch, wie zou er gelooven, dat
 het deze zonden waren die u in 't onheil hebben gestort? De werkelijke
 oorzaak was pure broedermin: zij vreesde u onder de oogen van haar
 broeder te brengen. Maar die dartele god, door wien steeds uit elk ge-
 sproken woord een zondige zin wordt gepuurd, <om maar een reden te
 vinden> tot wraak, had reeds al zijn gouden pijlen, die al evenmin het
 160 doel missen als die van den Tiryntiër, uit den schitterenden pijlkoker
 voor den dag gehaald en ze met maar al te zekere hand gepriemd in het
 zachte gemoed van het meisje.

En zoodra zij in haar dorstende hart dien liefdegloed had ingedronken en
 in het diepst van haar wezen dezen machtigen hartstocht had opgenomen,
 snelde het ongelukkige meisje als een razende Bacchante door de gansche
 165 stad, gelijk een wilde Bistonische vrouw aan de ijskoude kusten der
 Edoniërs of gelijk een priesteres van Cybele, wanneer de uitheemsche
 fluit met haar schellen klank haar oor heeft getroffen; dan zijn haar
 <anders zoo> welriekende haren niet meer gezalfd met Idaeische styrax;
 dan draagt ze niet <meer> aan haar fijne voetjes de scharlakenroode
 170 schoentjes uit Sicyon noch om haar blanken hals het paarlen halssnoer;
 dan bewegen snel zich haar voeten, hoewel ze niet weet, waarheen zich te
 spoeden: zeer vaak, door liefde overmand, keert ze terug om de wallen
 van haar vaderstad te bestijgen en verzint ze een voorwendsel om de
 hooge torens te bezoeken; dikwijls ook tracht ze, treurig klagend, des
 175 nachts, van haar hooge plaats af, haar geliefde waar te nemen en ziet uit
 over het legerkamp, dat helder licht door tallooze vuren. Om het spin-
 rokken bekommert ze zich in 't geheel niet; ze ziet niet om naar haar
 <anders zoo> geliefde goudtooi; nu hoort men niet de harp, die <anders
 zoo> helder klonk met haar fijne snaren; nu worden de zachte draden van
 het weefsel niet getroffen door de Libysche weefkam; geen blos van
 180 schaamte is er op haar gelaat te bespeuren; immers waar schaamtegevoel
 aanwezig is, daar staat dit <een zoo hartstochtelijk uitleven van> de liefde
 in den weg. En als zij voor haar zoo hevige kwelling nergens verlichting
 vinden kan en gevoelt, hoe een doodelijke verkwijning zich door geheel
 haar lichaam verspreidt, dan stormt ze daarheen, waarheen te gaan
 de hartstocht haar roept, waarheen te snellen het noodlot haar dwingt
 en dan wordt ze, als door afschuwelijke razernij voortgejaagd, er toe
 gedreven om — o, waanzinnige! — het gewijde haar van haar vader
 185 door heimelijke list af te snijden en te zenden aan den vijand van haar
 land. Want dit alleen was de voorwaarde, welke haar, rampzalige, werd ge-
 steld, hetzij ze, zich van haar misdaad wel bewust, dit aan den koning
 heeft toegezegd, hetzij ze wellicht <haar misdaad> in onwetendheid <over
 de gevolgen beging> (want wie, die rechtschapen is, zou niet liever alles

- 187a <sive hoc addixit sceleris sibi conscia regi>
 sive illa ignorans (quis non bonus omnia malit
 credere quam tanti sceleris damnare puellam?) —
- 190 heu tamen infelix: quid enim imprudentia prodest?
 Nise pater, cui direpta crudeliter urbe
 vix erit una super sedes in turribus altis,
 fessus ubi exstructo possis considerare nido
 (tu quoque avis moriere): dabit tibi filia poenas.
- 195 gaudete, o celeres, subnixae nubibus altis,
 quae mare, quae viridis silvas lucosque sonantis
 incolitis, gaudete, vagae, gaudete, volucres,
 vosque adeo, humanos mutatae corporis artus,
 vos, o crudeli fatorum lege puellae
- 200 Dauliades, gaudete: venit carissima vobis
 cognatos augens reges numerumque suorum
 ciris et ipse pater. vos, o pulcherrima quondam
 corpora, caeruleas praevertite in aethera nubes,
 qua novus ad superum sedes haliaetos et qua
- 205 candida concessos ascendat ciris honores.
 iamque adeo dulci devinctus lumina somno
 Nisus erat vigilumque procul custodia primis
 excubias foribus studio iactabat inani,
 cum furtim tacito descendens Scylla cubili
- 210 auribus erectis nocturna silentia temptat
 et pressis tenuem singultibus aera captat.
 tum suspensa levans digitis vestigia primis
 egreditur ferroque manus armata bidenti
 evolat; at demptae subita in formidine vires:
- 215 caeruleas sua furta prius testatur ad umbras.
 nam qua se ad patrium tendebat semita limen,
 vestibulo in thalami paulum remoratur et alti
 suspicit ad caeli micantia sidera † mundi
 non accepta piis promittens munera divis.
- 220 quam simul Ogygii Phoenicis filia Carne
 surgere sensit anus (sonitum nam fecerat illi
 marmoreo aeratus stridens in limine cardo),
 corripit extemplo fessam languore puellam
 et simul 'o nobis sacrum caput' inquit 'alumna,
- 225 non tibi nequiquam viridis per viscera pallor

willen gelooven dan een meisje van een zoo afschuwelijke misdaad beschuldigen). . . . , maar ook dan is ze diep rampzalig: immers wat zou haar het feit, dat ze onbewust zou zijn van de gevolgen, kunnen baten?

190 O, vader Nisus! wien, wanneer op wreede wijze uw stad zal zijn verwoest, nog nauwelijks één enkel plaatsje over zal blijven in de hooge torenruïnes, om u daar vermoeid te kunnen neerzetten op het hoog opgebouwde nest (want ook gij zult een vogel worden en tot uw dood toe blijven): uw dochter zal haar schuld u boeten. Gij, snelle vogels, verheugt u, gij die hoog troont op de wolken, die de zee, de groenende wou-

205 den en de ruischende bosschen bewoont, verheugt u, gij, overal rondvliegende vogels, verheugt u, en vooral gij, meisjes van Daulis, wier eertijds menschelijke gestalte veranderd is door een wreede beschikking

200 van het Noodlot, verheugt u; straks komt, evenzeer als haar vader zelf, de ciris tot u, zoozeer bij u geliefd, vermeerderend het getal der aan haar verwante vorsten <, die in vogels veranderd zijn >. Gijlieden, die eens trotsch kondet zijn op uw groote schoonheid, vliegt voor de donkere wolken uit, opvliegend naar den helderen hemel, opdat langs dezen weg de zoo pas geschapen zeearend opstijge naar de zetels der hemelgoden en

205 de stralende ciris omhoogsnelle naar de haar toegestane eereplaats.

En reeds was het zoover, dat door zoeten slaap de oogen van Nisus waren geboeid en op eenigen afstand de wacht in het voorste poortgebouw praalde met haar <overigens> ijdelen dienstijver, toen Scylla, heimelijk en geruischloos haar bed verliet, terwijl ze met ingespannen

210 oor de middernachtelijke stilte beproeft en het nauwelijks waagt met korte teugen te ademen. Dan schrijdt ze langzaam, hoog haar voeten oplichtend en op de punten van haar teenen loopend, tot buiten de deuropening en <plotseling> snelt ze dan, haar hand gewapend met het dubbelsnijdende staal, naar buiten; maar dan ontzinkt haar in plotseling

215 opkomenden angst, de kracht: eerst nog legt ze van de daad, die ze heimelijk begaan wil, ten overstaan van de zwarte duisternis getuigenis af. Want ter plaatse, waarlangs een pad zich uitstrekt tot aan den drempel van het vertrek van haar vader, toeft ze een korte wijle in de voorhal van haar slaapkamer en ziet op naar de schitterende sterren van het hooge hemelgewelf en belooft aan de heilige goden geloften, die deze niet zouden aannemen.

220 Maar zoodra de oude Carme, dochter van den Ogygischen Phoenix, bemerkte had, dat het meisje opstond (want de bronzen deurpin had, om haar te verraden, een knarsend geluid gemaakt, toen ze draaide in de marmeren drempel), bereikte zij onmiddellijk het door haar liefdesverlangen verzwakte meisje en zeide tegelijkertijd: „O, geliefd en voor

225 ons heilig kind, niet zonder oorzaak is over geheel je lichaam die vale bleekheid ontstaan, die door je zieke aderen nauwelijks het bloed doet stroomen, en niet gering was de zorg — dat zou onmogelijk zijn —,

- aegrotas tenui suffundit sanguine venas
 nec levis, hoc faceres — neque enim pote — cura subegit,
 aut fallor: quod ut o potius, Rhamnusia, fallar!
 nam qua te causa nec dulcis pocula Bacchi
 230 nec gravidos Cereris dicam contingere fetus?
 qua causa ad patrium solam vigilare cubile
 tempore, quo fessas mortalia pectora curas,
 quo rapidos etiam requiescunt flumina cursus?
 dic age nunc miserae saltem, quod saepe petenti
 235 iurabas nihil esse mihi, cur maesta parentis
 formosos circum virgo remorere capillos.
 ei mihi, ne furor ille tuos invaserit artus,
 ille, Arabae Myrrhae quondam qui cepit ocellos,
 ut scelere infando (quod nec sinat Adrastea)
 240 laedere utrumque uno studeas errore parentem.
 quod si alio quovis animi iactaris amore
 (nam te iactari, non est Amathusia nostri
 tam rudis, ut nullo possim cognoscere signo),
 si concessus amor noto te macerat igni:
 245 per tibi Dictynnae praesentia numina iuro,
 prima deum quae (dulce mihi!) te donat alumnam,
 omnia me potius, digna atque indigna, laborum
 milia visuram, quam te tam tristibus istis
 sordibus et scoria patiar tabescere tali'.
 250 haec loquitur mollique ut se velavit amictu,
 frigidulam iniecta circumdat veste puellam,
 quae prius in tenui steterat succincta crocota.
 dulcia deinde genis rorantibus oscula figens
 persequitur miserae causas exquirere tabis.
 255 nec tamen ante ullas patitur sibi reddere voces,
 marmoreum tremebunda pedem quam rettulit intra.
 illa autem 'quid me,' inquit 'nutricula, torques?
 quid tantum properas nostros novisse furores?
 non ego consueto mortalibus uror amore
 260 nec mihi notorum deflectunt lumina voltus
 nec genitor cordi est: ultro namque odimus omnis.
 nil amat hic animus, nutrix, quod oportet amari,
 nil, quo falsa tamen lateat pietatis imago,
 sed media ex acie, mediis ex hostibus — heu, heu,

die je er toe heeft gedwongen, dit te doen, of ik zou me moeten vergissen; och! godin van Rhamnus! mocht ik me toch maar vergissen! Want wat moet ik noemen als de reden, waarom je noch de bekers zoete wijn

230 aanroert noch de rijpe vruchten van Ceres? Wat als de reden, waarom je hier geheel alleen toeft bij de slaapkamer van je vader, op een uur, waarin de harten der stervelingen hun afmattende zorgen doen rusten, ja zelfs de rivieren hun snellen loop tot rust brengen? Welaan dan, zeg nu tenminste aan mij, ongelukkige, dat, waarvan je dikwijls, als ik er naar

235 vroeg, onder eede beweerde, dat het niets van belang was, <zeg mij nu, > waarom je, rampzalig meisje, hier toeft rondom de schoone haarlokken van je vader. Wee mij! als maar niet die hartstocht bezit heeft genomen van je lichaam, welke eens de oogen van Myrrha heeft bevangen, zoodat je door

240 een onzegbare misdaad (moge Adrastea dit verhinderen) er naar zoudt streven, je beide ouders door één zonde te schenden. Maar indien je door eenige andere ongelukkige liefde in je hart wordt heen en weer geslingerd (want dat je wordt heen en weer geslingerd: <heusich, > de godin van Amathus kent mij niet zoo slecht, dat ik het niet aan vele teekenen zou kunnen waarnemen), indien een reine liefde door een natuurlijken gloed je

245 verontrust: ik zweer je bij de hooge, hier tegenwoordige majesteit van Dictynna, die het was, zij, de hoogste der goden, die mij (hoe aangenaam was dat voor mij!) jou als voedsterling gaf, dat ik liever alle mogelijke tallooze moeiten, waardige en onwaardige dingen, onder de oogen zal zien dan toe te staan, dat jij door dit jammerlijk verval en zulk

250 een smart wegwijnt". Zoo sprak ze en gehuld als ze was in een zachte wollen mantel, wierp ze dit kleed om het huiverende meisje, dat daar juist nog had gestaan licht gekleed in een dun saffraangeel gewaad, en sloeg de wollen mantel om haar heen. Toen drukte ze zachte kussen op de van tranen natte wangen en ging voort de oorzaken te vragen van haar treurige wegwijning, maar toch stond ze haar niet toe antwoord

255 te geven, voordat het meisje, bevend en huiverend, haar marmerblanken voet weer binnen haar eigen kamer had gezet. Maar toen antwoordde zij: „Waarom, mijn lieve voedster, martelt ge me zoo? Waarom dringt ge er zoo op aan, mijn hartstocht te leeren kennen? Het is niet een onder stervelingen gewone liefde, die mij in gloed zet, en niet kunnen de

260 schoone trekken van vrienden mijn blikken afwenden <van dien andere en tot zich trekken > en ook is het niet mijn vader die mij ter harte gaat: neen! ik haat hen allen! Neen, de liefde, die mijn hart vervult, is niet een liefde, welke het mij past te koesteren, <noch ook > een liefde, waarin hoewel misleidend toch nog een schijn van kinderliefde schuilt, maar uit het midden van de slaglinie, midden uit de vijanden — wee mij,

265 wat moet ik zeggen en met welk een gelaat moet ik, gekwelde, dit vrees-

- 265 quid dicam quove aegra malum hoc exordiar ore?
 dicam equidem, quoniam tu nunc non dicere, nutrix,
 non sinis: extremum hoc munus morientis habeto.
 ille, vides, nostris qui moenibus assidet hostis,
 quem pater ipse deum sceptri donavit honore,
 270 cui Parcae tribuere nec ullo vulnere laedi
 (dicendum est, frustra circumvehor omnia verbis),
 ille mea, ille idem oppugnat praecordia Minos.
 quod per te divum crebros obtestor amores
 perque tuum memori sanctum mihi pectus alumnae,
 275 ut me si servare potes, nec perdere malis,
 sin autem optatae spes est incisa salutis,
 nec mihi quam merui inideas, nutricula, mortem.
 nam nisi te nobis malus, o malus, optima Carme,
 ante in conspectum casusve deusve tulisset,
 280 aut ferro hoc' (aperit ferrum quod veste latebat)
 'purpureum patris dempsissem vertice crinem
 aut mihi praesenti peperissem vulnere letum'.
 vix haec ediderat, cum clade exterrita tristi
 intonsos multo deturpat pulvere crinis
 285 et graviter questu Carme complorat anili:
 'o mihi nunc iterum crudelis reddite Minos,
 o iterum nostrae Minos inimice senectae,
 semper <ut> aut olim natae te propter eundem
 aut amor insane luctum portavit alumnae!
 290 tene ego tam longe capta atque avecta nequivi,
 tam grave servitium, tam duros passa labores,
 effugere, o bis iam exitium crudele meorum?
 iam iam nec nobis, ea quae senioribus una
 vivendi causa est, vivit genus, ut quid ego amens
 295 te erepta, o Britomarti, mei spes una sepulcri,
 te, Britomarti, diem potui producere vitae?
 atque utinam celeri nec tantum grata Dianae
 venatus esses virgo sectata virorum
 Gnosia neu Partho contendens spicula cornu
 300 Dictaeas ageres ad gramina nota capellas:
 nunquam tam obnixe fugiens Minois amores
 praeceps aerii specula de montis iisses,
 unde alii fugisse ferunt et nomen Aphaeae

lijke verhalen? Maar voorwaar, ik zal het zeggen, aangezien ge me nu, voedster, niet toestaat het te verzwijgen: ontvang dan dit als een laatste geschenk van mij, die ten doode gewijd ben Hij, ach, ge kent hem, die als vijand legert voor onze muren, wien de vader der goden zelf de
 270 eer van den koningscepter heeft verleend en wien de Parcen hebben vergund door geen wonde te worden gekwetst (nu moet ik het zeggen, vergeefsch zijn al mijn uitvluchten!) — hij is het ook, die mijn hart bestormt: Minos. Maar bij de talrijke liefdesverbintenissen der goden, bij uw borst, die mij, als uw voedsterling, die het verleden niet vergeet,
 275 heilig is, bezweer ik u, dat ge, als ge me redden kunt, er dan ook niet de voorkeur aan geeft mij te gronde te richten, maar mij, indien alle hoop op een zoozeer gewenschte redding is afgesneden, den dood niet misgunt, o lieve voedster, dien ik heb verdiend. Want indien niet voordien, o beste Carme, een voor ons rampzalige, ja rampzalige, 't zij noodlotsbeschikking, 't zij godheid, mij U had doen ontmoeten, dan zou ik met dit
 280 staal (en ze toonde de dolk, die onder het kleed verborgen was) òf de purperkleurige haarlok van het hoofd van mijn vader hebben geknipt òf met het wapen, dat ik hier in mijn hand houd, mezelf hebben gedood." Nauwelijks had ze dit gezegd, of Carme, verschrikt door deze vreeselijke
 285 ramp, verontreinigt met veel stof haar lange haren en jammert hevig met klachten, zooals een oude vrouw die pleegt te uiten: „O gij, Minos, wreed-aard, dien ik voor de tweede maal thans ontmoet, Minos, die thans wederom u den vijand betoont van mij, oude vrouw, hoezeer heeft steeds de liefde, steeds terwille van u, zoowel vroeger aan mijn eigen kind als
 290 <thans> aan mijn door hartstocht aangegrepen voedsterling ellende en leed gebracht! Kon ik dan, zóó ver als gevangene weggevoerd, na zóó zware slavernij en zóó harde moeiten te hebben doorstaan, u nóg niet ontvluchten, o, u, die spoedig tweemaal de oorzaak zult zijn van wreede ondergang van de mijnen? Ach, reeds leeft niet meer mijn eigen kroost, hetgeen toch voor ouderen de eenige reden is om te blijven leven. Hoe
 295 toch heb ik, waanzinnige, toen jij me was ontruikt, Britomartis, jij, die de eenige was door wie, naar ik hoopte, mijn graf zou worden geëerd, den dag der levens kunnen rekken? Ach, had je, zoozeer geliefd bij de snelvoetige Diana, maar niet, meisje, je zoo gaarne bezig gehouden met de jacht, het domein van de mannen en niet, de Gnosische pijlen richtend met de gespannen Parthische boog, de Dictaeische geitjes gevoerd
 300 naar de hun bekende weideplaatsen; dan zoudt ge nooit, terwijl ge met zóó groote inspanning van al Uw krachten trachtet aan de liefdesbetuigingen van Minos te ontkomen, hals over kop U hebben gestort van den top van den hemelhoogen berg; sommigen beweren nu, dat gij <sindsdien> vandaar <naar Aegina> zijt gevlucht, en kennen U den naam Aphaea Parthenos toe, anderen hebben, opdat gij <Dicte-gebergte,> bekender zoudt zijn, haar naar Uw naam Dictynna genoemd

- Virginis assignant, alii, quo notior esses,
 305 Dictynam dixere tuo de nomine Lunam.
 sint haec vera velim: mihi certe, nata, peristi:
 nunquam ego te summo volitantem in vertice montis
 Hyrcanos inter comites agmenque ferarum
 conspiciam nec te redeuntem amplexa tenebo.
- 310 verum haec tum nobis gravia atque indigna fuere,
 tum, mea alumna, tui cum spes integra maneret
 nec vox ista meas nondum violaverat auris.
 tene etiam Fortuna mihi crudelis ademit,
 tene, <o> sola meae vivendi causa senectae?
- 315 saepe tuo dulci nequiquam capta sopore,
 cum premeret natura, mori me velle negavi,
 ut tibi Corycio glomerarem flammea luto.
 quo nunc me, infelix, aut quae me fata reservant?
 an nescis qua lege patris de vertice summo
- 320 edita candentis praetexat purpura canos?
 quae tenuis patrio spes sit suspensa capillo?
 si nescis, aliquam possum sperare salutem,
 inscia quandoquidem scelus es conata nefandum;
 sin est quod metuo, per te, mea alumna, tuumque
- 325 expertum multis miserae mihi rebus amorem,
 perdere saeva precor per lumina Ilithyiae
 nec tantum in facinus tam nulla mente sequaris
 (non ego te incepto, fieri quod non pote, conor
 flectere, Amor, nec sit cum dis contendere nostrum),
- 330 sed patris incolumi potius denubere regno
 atque aliquos tamen esse velis tibi, alumna, penates:
 hoc unum exitio docta atque experta monebo.
 quod si non alia poteris ratione parentem
 flectere (sed poteris: quid enim non unica possis?),
- 335 tunc potius tamen ipsa (pio cum iure licebit,
 cum facti causam tempusque doloris habebis)
 tunc potius conata tua atque incepta referto:
 meque deosque tibi comites, mea alumna, futuros
 polliceor: nihil est, quod textitur ordine, longum'.
- 340 his ubi sollicitos animi relevaverat aestus
 vocibus et blanda pectus spe luserat aegrum,
 paulatim tremebunda genis obducere vestem

305 en met Luna gelijkgesteld. Ik zou wel wenschen, dat dit waar is: hoe
 het ook zij, voor mij, mijn kind, zijt gij dood: nooit zal ik U <meer>
 zien ronddwalen op den top van den bergrug temidden van de U ver-
 gezellende jachthonden en talrijke wilde dieren, noch U bij Uw terug-
 keer in mijn armen sluiten. Maar deze dingen zijn bitter en ellendig
 310 voor mij geweest, ook toen, mijn pleegkind, toen de verwachtingen,
 die ik omtrent U koesterde, nog ongerept waren en dat vreeslijke
 woord <, dat ge zoo juist uitspraak<, nog niet mijn ooren had ge-
 kwetst. Heeft dan de wreede Fortuna ook U mij ontnomen, ook U, die
 voor mij, oude vrouw, de eenige reden waart om aan het leven te
 315 hechten! Dikwijls heb ik, verteederd (vergeefs!) door <den aanblik van>
 Uw zoeten slaap, wanneer de zwakte van den ouderdom mij dreigde te
 overweldigen, gezegd niet te willen sterven, om U te tooien met den
 bruidsluier van Corycisch saffraan. Waartoe nu spaart mij, ongelukkige,
 het lot of wat is dit lot, dat mij in het leven behoudt? Of weet ge niet,
 onder welke voorwaarde <van het lot> een hooge purperkleurige haarlok,
 320 neerhangend van de kruin <van het hoofd> Uws vaders diens grijze
 haren siert? Noch welke de brooze verwachting is die afhangt van de
 haarlok van Uw vader? Indien gij dit niet weet, dan kan ik nog hopen U
 op een of andere wijze te redden, aangezien ge onwetend een afschu-
 welijke misdaad hebt beproefd. Maar indien het zoo is, gelijk ik vrees,
 dan, mijn pleegkind, smee ik U, bij U zelf en Uw liefde <voor mij> die
 325 ik, ongelukkige, in <zoo> vele dingen ervaren heb, bij den fakkelgans van
 Ilithya, die wreed is in het te gronde richten: laat U niet door een zoo
 groot gebrek aan bezonnenheid tot een zoo groote misdaad verleiden
 (ik tracht niet, Amor, U te doen ophouden met wat gij begonnen zijt, dat
 zou onmogelijk zijn —, en ook kan het onze taak niet zijn met de goden te
 strijden), maar geef er toch de voorkeur aan bij Uw huwelijk het rijk
 330 van Uw vader ongeschonden achter te laten en toch nog, mijn pleegkind,
 een ouderlijk huis te behouden. Dezen raad alleen wil ik, die door ongeluk,
 leering en ervaring heb opgedaan, U geven. En indien ge niet op een
 andere wijze Uw vader tot andere gedachten kunt brengen (maar
 dat kunt ge zeker: wat zoudt gij, als éénige dochter, niet vermogen?),
 335 dan moet ge zelf toch liever (wanneer ge het zonder Uw kinderplicht te
 schenden zult mogen doen, wanneer ge namelijk een reden zult hebben
 om te handelen en het juiste oogenblik om verontwaardigd te zijn),
 dan moet ge liever Uw poging en onderneming hernieuwen: ik beloof U,
 mijn pleegkind, dat dan en ik en de goden U zullen helpen. Niets duurt
 <te> lang, indien het in de juiste orde wordt gedaan". En nadat ze door
 340 deze woorden den hevigen storm in den geest van Scylla tot kalmte had
 gebracht en haar verontruste hart door aangename verwachtingen
 had om den tuin geleid, begon zij huiverend langzamerhand de deken
 over de wangen van het meisje te trekken en <de kamer> in schaduw hul-
 lend een rustige stilte te weeg te brengen (terwijl ze de olielamp om-

- virginis et placidam tenebris captare quietem,
 inverso bibulum restinguens lumen olivo,
 345 incipit ad crebros<que> insani pectoris ictus
 ferre manum assiduis mulcens praecordia palmis.
 noctem illam sic maesta super morientis alumnae
 frigidulos cubito subnixa pependit ocellos.
 postera lux ubi laeta diem mortalibus alnum
 350 et gelida venientem ignem quatibat ab Oeta,
 quam pavidae alternis fugitant optantque puellae
 (Hesperium vitant, optant ardescere <Eoum>),
 praeceptis paret virgo nutricis et omnis
 undique conquirat nubendi sedula causas.
 355 temptantur patriae submissis vocibus aures
 laudanturque bonae pacis bona; multus inepte
 virginis insolitae sermo novus errat in ore:
 nunc tremere instantis belli certamina dicit
 communemque timere deum, nunc regis amicis
 360 (namque ipsi verita est) orbum flet maesta parentem,
 cum Iove communes qui nolit habere nepotes;
 nunc etiam conficta dolo mendacia turpi
 invenit et divum terret formidine cives;
 nunc alia ex aliis (nec desunt) omina quaerit.
 365 quin etiam castos ausa est corrumpere vates,
 ut, cum caesa pio cecidisset victima ferro,
 esset qui generum Minoa auctoribus extis
 iungere et ancipitis suaderet tollere pugnas.
 at nutrix patula componens sulphura testa
 370 narcissum casiamque herbas incendit olentes
 terque novena ligans triplici diversa colore
 fila 'ter in gremium mecum' inquit 'despue, virgo,
 despue ter, virgo: numero deus impare gaudet'.
 inde Iovi geminans magno furialia sacra,
 375 sacra nec Idaeis anubus nec cognita Graeis,
 pergit Amyclaeo spargens altaria thallo
 regis Iolciacis animum defigere votis.
 verum ubi nulla movet stabilem fallacia Nisum
 nec possunt homines nec possunt flectere divi
 380 (tanta est in parvo fiducia crine cavendi),
 rursus ad inceptum sociam se iungit alumnae

keerde en de dorstige pit uitdoofde) en haar hand te bewegen naar het
 345 snelle kloppen van het opgewonden hart <van het meisje>, terwijl
 ze met voortdurende handbewegingen haar borst streelde. Zoo lag zij
 steunend op haar elleboog, gedurende dien nacht, treurend, gebogen over
 de matte oogen van haar van liefde wegwijnend pleegkind.

Als stralend de volgende dag voor de stervelingen het verkwikkende
 daglicht en het stijgende sterrevuur doet oprijzen van het <nog> ijskoude
 350 Oeta-gebergte, het vuur dat de angstige meisjes beurtelings ontvluchten
 en wenschen (want als Avondster vermijden zij het, maar zij verlangen
 het als Morgenster te zien ontgloeien), volgt het meisje de voorschriften
 van haar voedster op en zoekt ijverig overal redenen bijeen voor een
 huwelijk <met Minos>.

355 Ze tracht met deemoedige woorden bij haar vader gehoor te vinden
 en prijst de zegeningen van een zegenrijke vrede. Als een dwaas spreekt
 het meisje, dat niet gewoon is zoo te spreken, vele ongehoorde woorden
 onzeker en aarzelend uit. Nu eens verklaart zij beangst te zijn voor de
 gevechten van den op handen zijnden strijd en den allen gelijk treffenden
 god <Mars> te vreezen, dan weer beweent zij voor de vrienden des ko-
 360 nings (want ten overstaan van hem zelf durft zij het niet) vol droefheid
 haar vader, die zonder nakomelingen zal blijven, daar hij geen klein-
 kinderen wil hebben, welke tevens kleinkinderen van Jupiter zouden zijn.
 Nu eens bedenkt zij in schandelijke arglistigheid verzonnen onwaarheden
 en vervult haar medeburgers met angst voor de goden, dan weer tracht
 zij het ééne na het andere voortteeken, <dat ze als ongunstig voor de
 voortzetting van den strijd duiden kan>, te verkrijgen (en zulke voorttee-
 kens ontbreken er niet), ja zelfs heeft zij het gewaagd de onkreukbare
 365 priesters om te koopen, opdat er een zou zijn, die, wanneer het offerdier,
 door het heilige offermes geveld, zou zijn gevallen, op gezag van de in-
 gewanden <van het offerdier, den koning> den raad zou geven Minos
 als schoonzoon <aan zich> te verbinden en een einde te maken aan
 de gevaarlijke gevechten.

Maar de voedster legt in een wijden pot zwavel, narcis en lavendel bijeen
 370 en verbrandt die welriekende kruiden en terwijl ze <met> drie maal negen
 koorden, die onderling uiteenlopend zijn door drie <verschillende>
 kleuren <de pop, welke den koning Nisus voorstelt> bindt, zegt ze:
 „Driemaal moet ge, als ik, spuwen in Uw schoot, spuw driemaal <daarin>,
 meisje, in het oneven getal scheidt de godheid behagen”. Terwijl ze ver-
 volgens voor de tweede maal aan den grooten <onderaardschen> Iupiter
 375 helse offers brengt, offers welke noch aan de oude vrouwen van de Ida,
 noch aan die uit Griekenland bekend zijn, gaat zij voort met haar poging,
 den geest des konings te binden met formules van Iolcos, terwijl ze met
 <de wijwaterkwast van> Amyclaeisch loof het altaar besprenkelt.
 Maar wanneer geen enkel bedrog Nisus, die standvastig blijft, tot andere
 gedachten kan brengen en noch de menschen, noch de goden hem tot
 380 toegeven kunnen dwingen (zoo groot is het op de kleine haarlok berustend
 vertrouwen in <de mogelijkheid het gevaar te kunnen> afweren), ver-
 eenigt ze zich weer als helpster met haar pleegkind om het plan te vol-
 voeren en maakt zich gereed tot een tweede poging om de purperkleurige

- purpureumque parat rursus tondere capillum,
 cum, longo quod iam captat succurrere amori,
 non minus illa tamen, revehi quod moenia Cressa
 385 gaudeat: et cineri patria est iucunda sepulto.
 ergo iterum capiti Scylla est inimica paterno:
 tum coma Sidonio florens deciditur ostro,
 tum capitur Megara et divum responsa probantur,
 tum suspensa novo ritu de navibus altis
 390 per mare caeruleum trahitur Niseia virgo.
 complures illam nymphae mirantur in undis,
 miratur pater Oceanus et candida Tethys
 et cupidus secum rapiens Galatea sorores,
 illa etiam, iunctis magnum quae piscibus aequor
 395 et glauco bipedum curru metitur equorum,
 Leucothea parvusque dea cum matre Palaemon,
 illi etiam alternas sortiti vivere luces,
 cara Iovis suboles, magnum Iovis incrementum,
 Tyndaridae niveos mirantur virginis artus.
 400 has adeo voces atque haec lamenta per auras
 fluctibus in mediis questuolvebat inani,
 ad caelum infelix ardentia lumina tendens,
 lumina, nam teneras arcebant vincula palmas:
 'supprimate o paulum turbati flamina venti,
 405 dum queror et divos (quamquam nil testibus illis
 profeci) extrema moriens tamen alloquor hora.
 vos ego, vos adeo, venti testabor et aurae,
 vos, † o, numantina † si qui de gente venitis,
 cernitis? illa ego sum cognato sanguine vobis
 410 Scylla (quod o salva liceat te dicere, Procne),
 illa ego sum Nisi pollentis filia quondam,
 certatim ex omni petiit quam Graecia regno
 qua curvus terras amplectitur Hellespontus,
 illa ego sum, Minos, sacrato foedere coniunx
 415 dicta tibi: tamen haec, etsi non accipis, audis.
 vinctane tam magni tranabo gurgitis undas?
 vincta tot adsiduas pendebo ex ordine luces?
 non equidem me alio possum contendere dignam
 supplicio, quod sic patriam carosque penates

haarlok af te snijden, in de eerste plaats, omdat ze thans vol verlangen is haar pleegkind, dat door onvervulde liefdesverlangens wegwijnt, te helpen, maar toch ook niet minder, omdat ze verheugd is, dat ze <dan> zal worden terug gevoerd naar de muren van Creta: ook voor de asch
 385 der gestorvenen is het zoet in den vaderlandschen grond te rusten.

Derhalve is Scylla wederom de vijandin van het hoofd van haar vader: dan wordt de haarlok, die glanst <als> van Sidonisch purper, afgesneden, dan wordt Megara ingenomen en wordt <de waarheid van> de godsspraak bevestigd, dan wordt het meisje, de dochter van Nisus, op niet eerder geziene wijze vastgebonden aan het hooge schip, door de blauwe zee
 390 gesleept. Vele nymphen kijken te midden der golven met bewondering naar haar, evenals Vader Oceanus en de blanke Tethys en Galatea, die haar nieuwsgierige zusters met zich mede voert; ook zij, die langs de wijde zee rijdt met getoomde visschen en een zeegroen gespan van
 395 tweevoetige zeepaarden, Leucothea en de kleine Palaemon met zijn goddelijke moeder; ook zij, aan wie het ten deel is gevallen om den anderen dag te leven, gelieft kroost van Iupiter, groote machtsversterking van Iupiter, de Tyndariden, zij bewonderen het sneeuwblanke lichaam van het meisje. Maar zij liet te midden der golven in
 400 ijdele klacht deze woorden en dit gejammer weerklinken door de lucht, terwijl ze, ongelukkige, haar brandende oogen ten hemel richtte —, haar oogen, want koorden hielden haar tengere armen omkneld —: „Onstuimige winden, onderdruk <thans> een weinig uw waaien, terwijl
 405 ik mijn klachten slaak en tot de goden (hoewel het mij in 't geheel niet heeft gebaat, dat zij <eens> mijn getuigen zijn geweest) toch, stervend, in het laatste uur <van mijn leven>, mij wend.

U, ja u, winden en luchten, zal ik als getuigen aanroepen, gij, die wellicht <hierlangs> komt van het volk van Pandion, ziet gij mij? ik ben het, naar den bloede U verwant, Scylla (moge ik het zeggen, Procne, zonder
 410 U onheil te berokkenen), ik ben het, de dochter van den eens <zoo> machtigen Nisus, naar wier hand om strijd uit ieder koninkrijk Griekenland dong, waar de gebogen Hellespont de landen omspoelt, ik ben het, Minos, door een geheiligd verbond als gade U toegewezen:
 415 hoewel ge deze woorden niet aanvaardt, toch hoort ge ze. Zal ik, vastgebonden, door de golven van een zoo groote zee worden gesleept? zal ik <hier> geboeid hangen gedurende zoovele dagen achtereen? Voorwaar, ik kan niet beweren, dat ik een andere straf heb verdiend, ik, die
 420 <op> zoo <schandelijke wijze> mijn vaderstad en mijn dierbaar ouderhuis aan de vijanden en een hardvochtigen heerscher in mijn onwetendheid heb overgeleverd. Inderdaad, zoo is het: deze misdadige bestraffing,

- 420 hostibus immitique addixi ignara tyranno.
 verum est: haec, Minos, illos scelerata putavi,
 si nostra ante aliquis nudasset foedera casus,
 facturos, quorum direptis moenibus urbis,
 o ego crudelis, flamma delubra petivi:
- 425 te vero victore prius vel sidera cursus
 mutatura suos quam te mihi talia captae
 facturum metui. iam iam scelus omnia vincit.
 tene ego plus patrio dilexi perdita regno?
 tene ego? — nec mirum: vultu decepta puella,
- 430 ut vidi, ut perii! ut me malus abstulit error!
 non equidem ex isto speravi corpore posse
 tale malum nasci: forma vel sidera fallas.
 me non deliciis commovit regia dives,
 <dives> curalio fragili et lacrimoso electro,
- 435 me non florentes aequali corpore nymphae,
 non metus incensam potuit retinere deorum:
 omnia vicit amor (quid enim non vinceret ille?).
 non mihi iam pingui sudabunt tempora myrrha,
 pronuba nec castos accendet pinus honores
- 440 nec Libys Assyrio sternetur lectulus ostro —
 magna queror.... nec et illa quidem communis alumna
 omnibus iniecta tellus tumulabit harena.
 mene inter matres ancillarisque maritas,
 mene alias inter famularum munere fungi
- 445 coniugis atque tuae, quaecumque erit illa, beatae
 non licuit gravidos penso devolvere fusos?
 at belli saltem captivam lege necasses!
 iam fessae tandem fugiunt de corpore vires
 et caput inflexa lentum cervice recumbit,
- 450 marmorea adductis tabescunt brachia nodis.
 aequoreae pristis, immania corpora ponti,
 undique conveniunt et glauco in gurgite circum
 verberare caudarum atque oris minitantur hiatu.
 iam tandem casus hominum, iam respice, Minos!
- 455 sit satis hoc tantum solam vidisse malorum!
 vel fato fuerit nobis haec debita pestis
 vel casu incerto merita vel denique culpa:
 omnia nam potius quam te fecisse putabo'.

Minos, zouden, meende ik, zij tenuitvoer brengen (indien een of andere
 toevallige omstandigheid te voren onze afspraak zou hebben aan 't
 licht gebracht), wier heiligdommen ik, wreede, nadat de muren zouden
 zijn doorbroken, door vuur heb willen verwoesten: eerder zouden,
 425 vreesde ik, na Uw overwinning zelfs de sterren hun loop wijzigen dan
 dat gij mij, na me te hebben gevangen genomen, zulke dingen zoudt aan-
 doen. Voorwaar, dit is een misdaad die alles overtreft! Heb ik, ongeluk-
 kige, U niet meer liefgehad dan het koninkrijk van mijn vader? Waart gij
 het niet, dien ik beminde? En verwonderlijk was dit ook niet: ik, <onge-
 lukkig > meisje, door <de schoonheid van > Uw gelaat betooverd, zoodra ik
 430 U had gezien, hoezeer heeft toen de liefde mij geheel overwonnen! hoezeer
 heeft die rampzalige verblinding mij op noodlottige wegen geleid! Maar
 voorwaar, ik kon ook niet verwachten, dat uit Uw schoone lichaam <voor
 mij > zulk een ramp zou kunnen worden geboren: door Uw stralende schoon-
 heid zoudt ge zelfs de sterren kunnen verduisteren. Mij heeft noch door
 zijn pracht en praal een weelderig paleis van mijn besluit afgebracht,
 435 weelderig door broos koraal en tranend barnsteen, noch <de gedachte
 aan > de door haar bevallige gestalte uitblinkende meisjes, noch heeft vrees
 voor de goden mij, toen ik in liefde ontbrand was, kunnen weerhouden:
 alle andere gevoelens heeft mijn liefde overwonnen: want wat zou be-
 stand zijn tegen de macht van de liefde? Mijn slapen zullen niet meer
 vochtig zijn van vette myrrhe, ook zal de huwelijksfakkel van pijnboom-
 hout het heilig eerevuur niet doen opvlammen, het ivoren rustbed zal
 440 niet met Oostersch purper worden gespreid — het zijn me wel groote
 dingen, over welker verlies ik me beklaag! . . . neen! zelfs ons aller ge-
 meenschappelijke moeder, de aarde, zal me niet in haar schoot opnemen,
 al was het slechts door een weinig op mijn lichaam gestrooid zand. Stoñd
 het me dan niet vrij, temidden der echtgenooten en der uit de dienaressen
 uitgekozen bijvrouwen, noch ook temidden der andere dienstmaagden
 445 het werk der slavinnen te verrichten en van Uw gelukkige gade, wie
 zij ook maar zal zijn, de met wol zwaar beladen klossen af te winden?
 Ach, hadt ge me dan maar als krijgsgevangene, volgens de wet van den
 oorlog, gedood! Eindelijk ontvlieden de krachten mijn reeds doodelijk
 vermoeid lichaam en langzaam zinkt mijn hoofd neer <op de borst >,
 450 terwijl de nek zich buigt; mijn <anders zoo > marmerblanke armen worden
 reeds gevoelloos door de strak aangetrokken knoopen. Monsters van het
 uitgestrekte watervlak, reusachtige gestalten van de zee komen van
 alle kanten samen en in de groenblauwe golven om mij heen zwemmend
 bedreigen ze mij door met hun staarten te slaan en hun bekken open te
 sperren. Bekommer U toch eindelijk, Minos, om de lotgevallen, welke
 de menschen kunnen treffen! Laat het U genoeg zijn, dat ik, door allen
 455 verlaten, deze vreeselijke ellende heb aanschouwd! Of het Noodlot kan
 het zijn geweest, dat eischte, dat dit verderf mij zou treffen, of een blind
 toeval, of wel tenslotte een zonde, die straf verdiende: van alles liever
 dan van U, zal ik willen gelooven, mij dit te hebben aangedaan."

- Labitur interea revoluta ab litore classis,
 460 magna repentino sinuantur lintea Coro,
 flectitur in viridi remus sale, languida fessae
 virginis in cursu moritur querimonia longo.
 deserit angustis inclusum faucibus Isthmon,
 Cypselidae magni florentia regna Corinthi:
 465 praeterit abruptas Scironis protinus arces
 infestumque suis dirae testudinis exit
 spelaeum multoque cruentas hospite cautes.
 iamque adeo tutum longe Piraeaea cernit
 et notas (eheu frustra!) respectat Athenas.
 470 iam procul e fluctu Salaminia respicit arva
 florentesque videt iam Cycladas; hinc sinus illi
 Sunius, hinc statio contra patet Hermionea.
 linquitur ante alias longe gratissima Delos
 Nereidum matri et Neptuno Aegaeo;
 475 prospicit incinctam spumanti litore Cythnon
 marmoreamque Paron viridemque adlapsa Donysam
 † Aeginamque simul salutiferamque † Seriphon.
 fertur et incertis iactatur ad omnia ventis
 (cymba velut magnas sequitur cum parvula classis
 480 Afer et hiberno bacchatur in aequore turbo),
 donec tale decus formae vexarier undis
 non tulit ac miseros mutavit virginis artus
 caeruleo pollens coniunx Neptunia regno.
 sed tamen externam squamis vestire puellam
 485 infidosque inter teneram committere pisces
 non statuit (nimium est avidum pecus Amphitrites):
 aeriis potius sublimem sustulit alis,
 esset ut in terris facti de nomine ciris,
 ciris Amyclaeo formosior ansere Ladae.
 490 hic, velut in niveo tenera est cum primitus ovo
 effigies animantis et internodia membris
 imperfecta novo fluitant concreta calore,
 sic liquido Scyllae circumfusum aequore corpus
 semiferi incertis etiam nunc partibus artus
 495 undique mutabant atque undique mutabantur.
 oris honos primum et multis optata labella
 et patulae frontis species concrecere in unum

460 Intusschen glijdt, afgevoerd van het strand, de vloot verder, door de plotseling opkomende wind bollen zich de groote zeilen, de riemen buigen zich in het groene zeewater, de kwijnende klacht van het uitgeputte meisje sterft langzamerhand weg gedurende de lange vaart. Ze verlaat den Isthmus, welke door twee zeeëngten wordt ingesloten, Corinthe, het bloeiende rijk van den grooten zoon van Cypselus: onmiddellijk hierop
 465 vaart ze voorbij de steile rotsen van Sciron en laat ze achter zich de voor haar stadgenooten <zoo> vijandige grot van de vreeselijke schildpad en de met veel bloed van vreemdelingen bespatte rotsen. En reeds aanschouwde ze in de verte het veilige Piraeus en keek ze om naar het (he-
 laas, tevergeefs!) haar bekende Athene. Dan, achteromziende, ziet
 470 ze van uit de golven op grooten afstand de vlakke van Salamis, verder ontwaart ze de bloeiende Cycladen; aan dezen kant breidt zich voor haar uit de golf van Sunium, aan den anderen kant daartegenover de baai van Hermione. Dan verlaat men Delos, dat boven de andere eilanden verreweg het meest geliefd is bij de Moeder der Nereïden en den Aegaeischen Neptunus; vóór zich ziet ze Cythnos, omringd door een schuim-
 475 bespatte kust, en het marmerrijke Paros en, na geland te zijn op het groeiende Donysa, Seriphos. Ze wordt meegevoerd en door de wisselende winden naar alle kanten geslingerd (evenals wanneer een klein bootje
 480 groote schepen volgt en de stormende Africus raast over de door de winterstormen gezwollen zee), totdat de in haar blauwe koninkrijk heerschende gade van Neptunus het niet <langer> heeft <kunnen> verdragen, dat zoo'n schoonheid geteisterd werd door de golven en aan het lichaam van het ongelukkige meisje een andere gestalte heeft gegeven. Maar toch heeft ze niet besloten, het meisje, over <geheel> haar lichaam, met schubben
 485 te bekleeden en haar, die zoo teer was, toe te vertrouwen aan het gezelschap der trouwelooze visschen (immers al te vraatzuchtig zijn de bewoners der zee): liever heeft ze haar hoog zich doen verheffen op vleugels, die haar zouden doen stijgen in de lucht, opdat ze, op aarde naar de naam van haar misdaad genoemd, een ciris zou zijn, een ciris,
 490 schooner dan de Amyclaeische zwaan van Leda. En evenals wanneer er in een sneeuw wit ei bij het eerste begin het teere beeld van een levend wezen is en de nog niet voltooide gewrichtsverbindingen der leden, door een voordien ongekeerde warmte tezamen gegroeid, heen en weer golven, zoo veranderden ook aan alle kanten haar leden, die reeds half, hoewel er nog deelen waren, waarvan dit onzeker scheen, overgingen
 495 in die van een dier, het lichaam van Scylla, dat omstroemd werd door het heldere zeewater en ondergingen ook zelf het proces der gedaanteverwisseling. Eerst begon de schoonheid van haar gelaat en haar lippen, welke velen hadden gewenscht te kussen en haar schoone, breede voorhoofd tot één geheel samen te groeien en de kin tot een ranke snavel uit

- coepere et gracili mentum producere rostro;
 tum qua se medium capitis discrimen agebat,
 500 ecce repente velut patrios imitatus honores
 puniceam concussit apex in vertice cristam;
 at mollis varias intexens pluma colores
 marmoreum volucris vestivit tegmine corpus
 lentaque perpetuas fuderunt bracchia pennas;
 505 inde alias partes minioque infecta rubenti
 crura nova macies obduxit squalida pelle
 et pedibus teneris unguis affixit acutos.
 et tamen hoc demum miseræ succurrere pacto
 vix fuerat placida Neptuni coniuge dignum.
 510 numquam illam post haec oculi videre suorum
 purpureas flavo retinentem vertice vittas,
 non thalamus Syrio fragrans accepit amomo,
 nullae illam sedes: quid enim iam sedibus illi?
 quae simul ut sese cano de gurgite velox
 515 cum sonitu ad caelum stridentibus extulit alis
 et multum late dispersit in aequora rorem,
 infelix virgo nequiquam morte recepta
 incultum solis in rupibus exigit aevum,
 rupibus et scopulis et litoribus desertis.
 520 nec tamen hoc iterum poena sine: namque deum rex,
 omnia qui imperio terrarum milia versat,
 commotus talem ad superos volitare puellam,
 cum pater extinctus caeca sub nocte lateret,
 illi pro pietate sua (nam saepe nitentum
 525 sanguine taurorum supplex resperserat aras,
 saepe deum largo decorarat munere sedes)
 reddidit optatam mutato corpore vitam
 fecitque in terris haliaetos ales ut esset,
 quippe aquilis semper gaudet deus ille coruscis.
 530 huic vero miseræ, quoniam damnata deorum
 iudicio natiq̄ue et coniugis ante fuisset,
 infesti apposuit odium crudele parentis,
 namque ut in aetherio signorum munere praestans,
 unum quem duplici stellarum sidere vidi,
 535 Scorpios alternis clarum fugat Oriona,
 sic inter sese tristis haliaetos iras

te rekken. Toen heeft daar, waar, midden over haar hoofd, de scheiding
 500 door haar haar liep, zie, plotseling, als nabootsend de onderscheiding van
 haar vader, een kam boven op haar kruin een purperroode vederbos doen
 wapperen. Maar de zachte veeren, bonte kleuren wevend, hebben haar
 marmerblanke lichaam bekleed met een bedekking als van vogels en haar
 zachte armen hebben lange vleugels doen ontstaan. Vervolgens heeft een
 505 rimpelige magerheid over andere deelen van haar lichaam een geheel
 nieuwe huid getrokken en <vooral> over haar beenen, zoodat deze als
 met roode menie waren geverfd en heeft aan haar zachte voeten scherpe
 nagels gehecht. En toch was het nauwelijks de genadige gade van Nep-
 tunus waardig, het rampzalige meisje tenslotte op deze wijze te hulp te
 510 komen. Nooit hebben hierna de oogen van de haren haar gezien, als
 ze met purperroode banden haar blonde haar bijeenhield; niet heeft een
 huwelijksvertrek, welriekend door Syrisch amomum, haar opgenomen,
 geen enkele woning nam haar op: wat had zij nog in een huis te doen?
 En nauwelijks heeft ze zich snel met geruisch uit de grijze zee ten hemel
 515 verheven met klapwiekende vleugels en wijd en zijd over het zeevlak veel
 druppels doen spatten, of, tevergeefs van den dood gered, leidde het
 ongelukkige meisje op eenzame rotsen een ruw leven, op rotsen en klippen
 520 en verlaten stranden. En ook dit niet zonder wederom straf te ondergaan:
 want de koning der goden, die door zijn heerschappij alle talloze lan-
 den beweegt, heeft, geschokt door het feit, dat zulk een goddeloos meisje
 ten hemel kon vliegen, terwijl haar vader, dood, verborgen bleef in ondoor-
 dringbare duisternis, hem, ter belooning van zijn plichtsbetrachting je-
 gens de goden (want dikwijls had hij als smeekeling met het bloed van
 525 glanzende stieren de altaren bespat, dikwijls ook met overvloedige eere-
 gaven de woonsteden der goden versierd) het gewenschte leven, zij het
 onder veranderde lichaamsgestalte, teruggegeven en gemaakt, dat hij
 op aarde een zeearend zou zijn: immers in klapwiekende adelaars schept
 530 die god steeds behagen. Maar haar, rampzalige, aangezien ze te voren
 veroordeeld was volgens de uitspraak van goden, van zijn zoon namelijk
 en van zijn gemalin, heeft hij voortdurend blootgesteld aan den wreeden
 haat van haar fel op haar gebeten vader. Want zooals de Schorpioen,
 welke uitblinkt in de hemelsche tooi van de teekens van den Dierenriem,
 de eenige, waarvan ik heb waargenomen, dat hij met een dubbele sterren-
 535 rij schittert, op zijn beurt den stralenden Orion op de vlucht jaagt, zóó
 koesteren, door een onverzoenlijk noodlot, de zee-arend en de ciris onder-
 lingeen bitteren haat gedurende den loop der eeuwen. En waar zij ook maar
 vluchtend de ijle lucht met haar vleugels doorklieft, zie, daar vervolgt

et ciris memori servant ad saecula fato:
quacumque illa levem fugiens secat aethera pennis,
540 insequitur Nisus; qua se fert Nisus ad auras,
illa levem fugiens raptim secat aethera pennis.

540 haar met groot geraas door de lucht haar vijand, de woeste Nisus, en waar
Nisus zich in de lucht verheft, daar doorklieft zij vluchtend ijlings de ijle
lucht met haar vleugels.

COMMENTARIUS.

1—100. Prooemium.

1—53. Quamquam studio philosophiae et Epicuri disciplinae me dedidi, tamen carmen, quod iam diu tibi pollicitus eram atque partim certe composueram, perficere volo. Si satis iam in sapientiae doctrina firmatus essem, libenter te, Messalla, ampliore ac digniore munere ornarem. Interea te precor ut hoc carmen quod fabulam parum notam canit, accipere velis. Narrat enim carmen nostrum quo modo Scylla Nisi filia in cirin avem mutata sit.

1. *etsi* . . . non tamen(9), cf. Catull. 65, 1 sqq.: *Etsi me assiduo confectum cura dolore*. . . . 15 *sed tamen*, qua imitatione auctorem nostrum Catullum, quem passim quidem imitatus est, carminis iam initio honore afficere voluisse vix esse puto cur commonefaciam. Voculam q.e. *etsi* Vergilius nusquam primo versus loco posuit (vid. contra Aen. II, 538; IX, 44); loco autem nostro plane e Catulli imitatione explicatur. Eodem loco obvium est apud Ovidium (Met. II, 322; Art. Am. III, 753), Lygd. (6, 47), Prop. (II, 2, 16; 19, 1: *etsi me invito discedis, Cynthia, Roma*). Pro **vario** quod omnes codd. habent, Heinsius (quem secutus est Baehrens) *vano* legere maluit, qua coniectura opus non est. **vario laudis amore**: per enallagen (cf. Norden ad Verg. Aen. VI, 2; Ladewig-Jahn ad Verg. Ecl. 9, 46) adi. *vario*, quod proprie ad *laudis* pertinet, ad *amore* positum est. *laus varia* i.q. vern. 'roem op verschil-lend gebied'. Vid. etiam Jahn, Rh Mus. 63 (1908), 102, qui confert Catal. 9, 61.

2. Amorem laudis cognovi, honorem etiam ac laudem apud vulgus iam expertus sum. Nunc autem, philosophiae disciplina doctus, vidi quam irrita ea praemia sint. Immerito complures viri docti his e versibus concluderunt auctorem nostrum hominem esse aetate iam progressum; de aetate autem poetae vix quidquam hi versus produunt. Iam antea carmina eum composuisse apparet e vss. 19 sq., 45, 93; fortasse etiam, sicut Vergilius, de quo Donatus, 15:

egit et causam apud iudices, unam omnino nec amplius quam semel (cf. Catal. 5, 1; Tenney Frank, Vergil, 10 a. 6; 26; 47; Némethy, Rh. Mus. 62, 1907, 482) in republica sive in causis et iudiciis versatus est. De re, cf. Hor. Carm. I, 1, 7; Ep. I, 19, 37; alibi.

3. Cecropius i.q. *Atheniensis*; de Athenarum rege c.n. Cecrops vid. Eitrem in RE XI, 119 sqq.; Immisch in Roscheri Lex. II, 1, 1014 sq.; Usener, Göttern. p. 136 sqq.; poetarum Alexandrinorum et neotericorum esse doctis epithetis sermonem ornare, satis notum est (cf. ap. nostrum vs. 15, 60, 62, 101, 102, 162, 228, 239, 242 al.; apud Verg. cf. Aen. VI, 398: *Amphrysia vates*, quem ad l. vid. Serv. et Kappes—Wörner.) **hortulus**; frequens apud nostrum ut neotericum et Catulli imitatore, deminutivorum usus est (de Catull. vid. Haupt, Observ. Crit. p. 14); cf. vs. 138, 182, 238, 251, 257, 277, 348, 440, 479, 495; *hortulus* etiam Catull. 61, 88; Priap. II, 4. *Cecropius hortulus* proprio sensu κήπος est, ubi Athenis Epicurus discipulos docere solebat; l.n. autem metonymice positum est pro Epicuri disciplina. Athenis poetam nostrum se sapientiae studio vovisse haec verba omnino non probant. Ad sensum cf. Cic. Deor. Nat. I, 120: *Democritus... cuius fontibus Epicurus hortulos suos inrigavit*; Prop. III, 21, 25: *illic vel studiis animum emendare Platonis | incipiam aut hortis, docte Epicure, tuis*; Sen. Ep. 21, 10: *cum adieris eius (Epicuri) hortulos, erit inscriptum postibus: 'hospes hic bene manebis, hic summum bonum voluptas est... 'non irritant', inquit, 'hi hortuli famem, sed extinguunt, nec maiorem ipsis potionibus sitim faciunt, sed naturali et gratuito remedio sedant'*; cf. Sen. Ep. 4, 10; ad metaphoram Ev. Joh. 4, 14. Apud nostrum deminutivi q.e. *hortulus* usus ex imitatione Catulliana intellegi potest, quod autem ad eisdem deminutivi apud Ciceronem et Senecam usum pertinet, nescio an iam apud Graecos auctores hic occurrerit, cf. Plut. Mor 1098, b: Παραβάλωμεν οὖν τῇ Ἐπαμεινώνδου μητρὶ τὴν Ἐπικούρου, χαίρουσαν ὅτι τὸν υἱὸν ἐπεῖδεν εἰς τὸ κηπίδιον ἐνδεδουκότα. Eundem in modum usus pluralis (cf. Cic. Fin. V, 3; Att. XII, 23, 2) intellegi potest; discipuli enim Epicuri frequenter οἱ ἀπὸ τῶν κήπων nominabantur (Sext. Emp. adv. phys. I, 64). **aura** per metonymiam usitatissimam pro *odore*.

4. Cf. Catull. 64, 87sq.: *...virgo | regia quam suavis exspirans castus odores | lectulus in molli complexu matris alebat* et Verg. Aen. I, 692: *...in altos | Idaliae lucos, ubi mollis* (vid. Catulli locum supra all.) *amaracus illum | floribus*

et dulci adspirans complectitur umbra. De quaestione utrum Vergilius an Ciris auctor versus supra laudatos prior composuerit Skutsch (II, 24 sq.) et Leo (Herm. 42, 37) disceptaverunt, quod tamen incertitudinem tollere nequaquam potuit. **sophia**: vox graeca quae apud Verg. non occurrit, id quod viro docto Sillig (Epim. in Cirin, 143) probare videbatur Vergilium Ciris auctorem esse non potuisse. Cui autem Vollmer, Sitzungsber. Bay. Ak., 1907, p. 359, iure haec respondit: „Solche griechische *ἡραξ* εἰρημένα” (apud Vergilium sc., quem etiam Cirin carmen scripsisse putat) „sind überhaupt in der Verfasserfrage gar nicht zu verwerthen, sie gehören zum Alexandrinischen Stil des Gedichts. . . . Ob Gallus, ob Vergil, ob ein Unbekannter, jeder der solchen Stoff in diesem Stile ausführen wollte, muszte zu diesem Mittel der Sprachfärbung greifen”. Aliis quoque auctoribus vox q.e. *sophia* in usu est, cf. Enn. 227 (Vahlen, A 218); Sen. Ep. 89, 7; Afran. ap Gell. XIII, 8; Mart. I, 111, 1; Prudent. adv. Symm. I, 34. Apud Cic. Off. I, 43, 153 graecis litteris scripta fuisse videtur. Praeter versus supra allatos conferre possis Verg. Ecl. 9, 19 sq. . . . *quis humum florentibus herbis | spargeret aut viridi fontes induceret umbra* (cf. Lucr. II, 32) et Stat. Theb. XI, 761: . . . *et grate profugos amplectitur umbra*, quibus locis, sicut apud nostrum, *umbra* metonymice positum est pro *fronde*; cf. Catull. 64, 41; Dir. 28; Verg. Georg. I, 157.

5. Corruptelis depravatam codd. hunc versum tradunt: *tu mea L; tum ea AR; tum mea H*; maxime placet Bücheleri emendatio q.e. **ut mens**: *mens* Catulli exemplo (65, 4, cf. ad vs. 1) commendatur (*tum mens*: Keil; *et mens*: Curcio; *nec mea quit ratio*: Barthius, Haupt; alii alia); praeterea Bücheler post alios **quiret** restituit e *qu(a)eret*, quod omnes codd. dant (*curet*: Leo, *quaerit*: Curcio); *quiret*: constructio ad sententiam, pro *queat*; cum enim auctor scribit: ‘hortulus me complectitur’ (quod i.e. quod: ‘in hortulo sum’) dicere vult: ‘philosophiae studio me vovi’. Ita fere intellegendum esse videtur, quod Bücheler dixit: „*quiret* und nicht etwa *queat* nach strenger lat. Zeitfolge wegen der vorausliegenden Studien”; cf. Skutsch I, 84 a.1. **dignum carmen**, cf. Lucr. V, 1 sqq.: *quis potis est (cf. quiret) dignum pollenti pectore carmen | condere. . . .* Contra ac Sudhaus (Herm. 42, 1907, p. 472) coniunctione q.e. **ut** h.l. sensu finali auctorem uti equidem puto. Poetae propositum erat opus magnum de rerum natura componere, sicut

Lucretius fecerat et fortasse se quoque facturum esse Vergilius ex̄petierat, ut apparet e Georg. II, 475 sqq.; cf. etiam Ecl. 6, 31 sqq.; Georg. II, 490; Aen. I, 742 sqq. **quaerere** i.q. *conquirere*: simplex pro composito (Stolz—Schmalz⁵, p. 548), cf. Lucr. III, 419; IV, 969: . . . *naturam quaerere rerum*; V, 1; Lucan. VI, 602: . . . *di gn u m qu o d qu a e r e r e cures* (unde Leo: *curet pro quiret*).

6. longe ἀπὸ κοινοῦ positum est, ut non solum ad *aliud studium*, sed etiam ad *alios labores* pertineat. Ad **studium accincta**, quod idem modo valere posse putandum est atque *ad studium cincta*, Lenchantin et Helm conferunt Verg. Aen. IV, 493: *magicas invitam accingier artes*, quem versum ita Servius interpretatur, ut idem valeat quod *ad magicas cingier artes*; perperam autem, cum *magicas artes* acc. graecus sit, quo pro abl. instrumentali h.l. Vergilius usus est (cf. Pease et Buscaroli ad l.; Aen. II, 510). Tamen, quamquam aliis exemplis caret, figura q.e. *accingi* c. acc. (i.q. *cingi ad*), quam, frequenter graece occurrentem (vid. Kühner—Gerth, § 428 a.3), graecismum habendum puto, Servio nota fuisse nec sermoni latino repugnasse videtur; cf. Housman, Class. Rev. 17 (1903), 304, qui tamen *inque* (*adque* raro invenitur) pro *atque* legendum proposuit. „**aliud** facile cum apodosi consociabitur, ut oppositum intellegatur non philosophiae studio sed leviorum carminum lusibus” recte Leo, Progr. Gött. 1902, 5.

7. altius, quod Catal. 3, 2 eodem versus loco positum est, idem fere est ac *altissime*, cf. Stolz—Schmalz⁵, p. 461. **suspendi** (H²; *suspensi* L; *suspendit* ARH¹) recipiunt Leo, Vollmer (conferens Hor. Ep. II, 1, 97: (*Graecia*) *suspendit picta voltum mentemque tabella* (cf. Kiessling—Heinze ad l.); Schiller, Die Teilung der Erde: *Mein Auge hing an deinem Angesichte, / an deines Himmels Harmonie mein Ohr.*); Curcio; Skutsch; Lenchantin (qui confert Val. Flacc. II, 85: *Iunonem volucris primam suspendit Olympo.*). Fortasse etiam conferre possis Aristoph. Nub. 225 ἀεροβατῶν καὶ περιφρονῶ τὸν ἥλιον (vid. v. Leeuwen ad Nub. 228sq.). Schrader contra, quem secutus est Helm (ubi vid.) *suspexit* legere maluit (cf. 218; Lucr. V, 1204; Verg. Ecl. 9, 46; Georg. I, 376; Aen. IX, 403; X, 899; XII, 196; Cic. Nat. deor. II, 2, 4. Sed leviolem correctionem praeferendam esse puto. **magni** — — — **sidera mundi**: cf. Catull. 66, 1: . . . *m a g n i dispexit lumina mundi*; Lucr. VI, 565: . . . *m a g n i naturam credere mundi*; **sidera mundi** cf. Lucr. I, 788; II, 328; V,

433: *alti volans poterat nec magni sidera mundi*; V, 514; Catull. 64, 206; Verg. Aen. IX, 93; Ovid. Fast. V, 545; Manil. I, 259; 283; 395; 809; II, 728; 836; III, 273; IV, 744; V, 410; Lucan. VI, 816; VII, 189. *magnus mundus* idem est quod *caelum*, cf. Lucr. I, 787 sq.: *nec cessare haec* (sc. *primordia*) *inter se mutare, meare | a caelo ad terram, de terra ad sidera mundi* (vid. Munro ad l.).

8. **placitum** i.q. *placentem*; cf. Ter. Hec. 241; Verg. Georg. II, 425; Aen. IV, 38; Ovid. Her. 17, 98; Sall. Iug. 81; Stat. Theb. XII, 302. Vss. 7, 8 parenthetice positi sunt, ut *aliud studium et alios labores* interpretentur; Ciris auctor, ut neotericus, parenthesis adhibendis maxime delectatur, multo magis etiam quam Catullus; cf. 13; 19 sq.; 55; 71 sqq.; 81 sq.; etc. **collem** cf. ad vs. 14 (cf. Hes. Op. 291).

9. Kaffenberger, p. 144 animadvertit ex compluribus nostri carminis locis apparere, prooemium (vs. 1—100) post ipsam fabulae descriptionem scriptum esse. Iam pridem auctor munus Messallae pollicitus erat (47), multa cum cura carmen composuerat (46), nunc autem, fortasse a Messalla comiter admonitus, sive quia sibi persuasit nondum se ad carmen didacticum de rerum natura, quod Messallae dedicare sibi proposuerat, scribendum satis firmatum esse, carmen olim iam conditum prooemio et dedicatione instruere atque ita confectum Messallae mittere in animo habet. **non tamen**, cf. ad vs. 1. **absistam**: cf. Verg. Aen. VI, 399; VIII, 403; XI, 408; XII, 676; Ov. Met. XI, 531. **coeptum detexere munus**: cf. Lucr. I, 418; VI, 42. Verbo q.e. *texere* eiusque compositis delectatus est auctor noster: vid. 21; 39; 100; 339. Metaphora perspicua est, de qua cf. quae Frid. Leo adnotavit ad Culicis vs. 2. Addo quae scripsit Thomason, p. 152: „Vergil has *detexo* ‘weave off. finish’ (Ecl. 2, 72; cf. Tib. II, 3,15). In the Ciris *detexo* has the tropical sense ‘fulfill, complete’, which is quoted by the Thes. also from Cic. Arat. 250 and Trag. inc. 181. (Ovid. in his later works has *praetexo* in the tropical sense: Fast. V, 567) This meaning is drawn from Lucr. I, 418; VI, 42. . . .” **munus** l.n. idem valet ac *donum*; quod autem ad versus structuram pertinet, cf. Catal. 14, 1 (vid. Birt ad l.; cf. Verg. Georg. II, 39) et Verg. Aen. VI, 629, ubi *munus* i.q. *officium*.

10. **iure**: „promiserat enim carmen aliquod poeta Messallae, quod nisi conscripsisset, studium poeticum male omisisset” (Sillig; cf. Forbigerum ad l.n.).

11. **leviter blandum morem**: si *leviter* et *blandum* inter se

coniungenda sunt, ita tantum intellegi id potest ut idem dicere velit quod 'eum scribendi morem, qui argumenti levitate blanditur'; tamen nescio an versum nostrum alium in modum intellegendum esse putandum sit. Alii enim viri docti *leviter* non ad *blandum* sed ad *deponere* pertinere putant, quod ita veritas: „a cuor leggero, di buon animo, senza rimpianti" (Lenchantin), vel „ohne Beschwerde" (Helm). *leviter*, quo adverbio Verg. nusquam usus est, vox est haud rara apud Ovidium (apud quem Rushton Fairclough, *Transact. Proc. Am. Phil. Ass.* 53 (1922), 22 admonuit decies sexies eam inveniri). **morem** omnes codd. dant; sed cum edd. vetustioribus Curcio, Ellis, Lenchantin, Leo, Helm, *amorem* legere maluerunt, conferentes sc. Catull. 76, 13; Lenchantin: *amorem* „sc. Musarum ἀπὸ κοινοῦ con Musas del v. 10", ubi ἀπὸ κοινοῦ ita intellegendum videtur ut ex acc. q.e. *Musas* (10) post *amorem* genetivus obiectivus q.e. *Musarum* cogitandus sit; ita versus noster contrarius fit ei quem Lucr. (I, 924) composuit: *et simul incussit suavem mi in pectus amorem / Musarum* (cf. ibd. I, 19; Steele, *Am. Journ. Phil.* 51, 152). Secundum alios (inter quos Leo, Herm. 37, 33) vox q.e. *amor* l.n. vertenda est per „leichte erotische Poesie". Tamen non satis esse puto cur a lectione tradita recedamus, quippe quae bonum sensum praebeat si *mos* h.l., ut saepe, idem valet quod *consuetudo*, vern. 'gewoonte'. **deponere** cf. Catull. 76, 13; 25; Ov. Met. VIII, 47.

12. Huius quoque versus tradita lectio graviter corruptelis depravata est, ita quidem ut vix satis probabiliter emendari possit. E coniecturis quas viri docti proposuerunt (vid. ed. Vollmer), quod excogitavit Curcio: . . . <**proferre valerem opus omni**>, in textum recepi, quippe quae emendatio ad sensum aptissima sit nec incertior quam quas ceteri proposuerunt. *genus*, quod codd. tradunt, fortasse commentator quispiam in margine scripserat, ut *morem* explicaret. **mirificum**, quo epitheto Vergilius nusquam usus est, etiam occurrit apud Ter. (Phorm. 871); Catull (84, 3); Ovid. (Ep. ex P. IV, 13, 5) nec non in sermone pedestri (Caes., Cic., Front., Augustin.). Ad figuram, quae dicitur *anaphora* vel *epanalepsis* vel *anadiplosis*, vid. Kroll. ad Catull. 64, 61; Stolz—Schmalz⁵, p. 797; 833; Norden, Aen. VI, p. 183; [Plut.] Hom. 32 ἔστι δὲ τὸ σχῆμα κίνησιν ἐμφαῖνον τοῦ λέγοντος καὶ ἅμα κινουῖν τὸν ἀκροατήν.

13. **modo sit tibi velle libido** parenthetice positum est; cf. Cul. 230: *modo sit dum grata voluntas*; ad locutionem Plaut. Pers. 807; Lucr. IV, 779: *quod cuique libido / venerit* (ubi *libido*

venerit i.e. q. *libuerit*, ut l.n. *libido sit* i.q. *libeat*); *velle* pleonastice positum est. Poetarum fautores ac patronos magnas in litteris egisse partes satis notum est; nonnumquam eos etiam libros edendos curavisse probat Stat. Silv. II, praef.: *si tibi non displicuerint, a te publicum accipiant; si minus, ad me revertantur*. **saeclo** dativus est; *opus mirificum omni saeculo*: opus quod omnium saeculorum aetates admiratione afficit. Lenchantin qui *s(a)eclis* legere vult (*quod si mirificum genus omnes <quod modo laudant> | mirificum saeculis modo s.l.v.l.*; *secli* enim codd. AL dant, *sedi* RH), sicut etiam Scaliger, Ribbeck, Leo, ablativum temporis id intellegit: „l'Ab. di durata di tempo senza attributo è d'uso sporadico: cfr. Schmalz⁵, p. 452". De sensu cf. Hor. Carm. III, 30, 1 et Kiessling—Heinze ad l.

14. si me iam tantam monosyllaborum coacervationem poetae evitare solent; cf. Quint. IX, 4, 92; Norden ad Verg. Aen. VI. 791. Ex Catulli epithalamio conferas e.g. vs. 139; 177. **Sapientia**, res abstracta h.l., ut saepe, in deam conversa est; cf. Afran. ap. Gell. N.A XIII, 8: *Sophiam me vocant Graei, vos Sapientiam*; vid. Usener, Götternamen, p. 364 sqq.; Axtell, The deification of abstract ideas in Roman Lit. and Inscr. Diss. Chicago 1907 (Ind.). **pangeret** i.q. *constitueret*; iure Leo (Progr. Gött. 6) ad Cir. 44: „sed quia nondum stabilem in summa Sapientiae arce stationem tenet, interea levioris argumenti carmen... fautori dedicat". Nusquam alibi hic sensus invenitur, quod v. d. Iakobs permovit ut proponeret: *si mihi iam summas Sapientia panderet arces* (*artes* ARHL; *arce* A², Ald. 1517), quam emendationem Baehrens (Fl. Jahrb. 105, 1872, 834) approbavit. Tamen non satis esse puto cur lectionem codicum ab Arundeliani correctore emendatam (*summa... arx* cf. Catull. 64, 241; Verg. Aen. II, 41; 166; IV, 410; VII, 70; IX, 86; XI, 477; XII, 698 ac praesertim Ov. Met. I, 163; *quae pater ut s u m m a vidit Saturnius arce*; I, 27: *emicuit s u m m a que locum sibi fecit* (cf. *pangeret*) *in arce*; XII, 43: *Fama tenet s u m m a que domum sibi legit in arce*, ubi *summa... arce* eodem versus loco positum est ac apud nostrum) reiciamus.; de arce Sapientiae cf. Munro et Ernout—Robin (ad Lucr. II, 7 sqq.) qui iure conferunt Aristophanicum illud (Nub. 1024): ὃ καλλιπυργον σοφίαν κλεινοτάτην ἐπασκῶν.

15. quattuor antiquis heredibus: 'den vier alten Weisheits-erben' (Ganzenmüller, p. 639); quattuor philosophiae principes h.l. intelleguntur: Plato, Aristoteles, Zeno, Epicurus. His quattuor

sapientibus stabilem stationem in arce Sapientiae auctor noster tribuit „in a more eclectic fashion than Lucretius would have proved” (Rand, H.S. 30, 147). **quae heredibus**: elisio gravissima (cf. autem Luc. Müller, de re metr.², 283), quae multas iam emendationes elicit: Heinsius e.g. qui *quae* omittit, coni.: *addita*; Thilo: *quae regibus*; Baehrens item *quae* expunxit, legendum autem censuit *edita* vel *en, data*. Vocem q.e. *quae* Vollmer et Ellis taciti omitunt, Curcio autem addit solum cod. L eam omittere; Ellis emendationem Baehrensii (*edita*) in textum recepit, Vollmer et Lenchantin vs. nostrum ut parenthetice positum intellegunt, quod elisionis duritiem tollit et ad sensum aptissimum videtur: velut auctoris excusationem se ad summa sapientiae fastigia nondum pervenisse hanc parenthesin intellegendam esse puto. **consors** i.q. *communis*, cf. Verg. Georg. IV, 153: *consortia tecta | urbis habent (apes sc.)*.

16. cf. Verg. Aen. VI, 378; **per orbem** item Verg. Aen. I, 457; 602, Auct. ad Pis. 159.

17. **despicere** Baehrens recte vidit h.l. non idem esse quod *contemnere*: „...si ex loco superiore in res inferius sitas oculos conicimus, tum recte eas *despicere*, καθορᾶν, dicimur”. Cod. H, id quod Thilo in app. crit. admonuit, praebet *dispicere*, quod idem in textum recepit; sed vid. Merrill ad Lucr. IV, 418 et locos infra afferendos. Ad sensum cf. Lucr. II, 7 sqq.: *sed nil dulcius est bene quam munita tenere | edita doctrina sapientum templa serena, | despicere unde queas alios passimque videre | errare atque viam palantis quaerere vitae* (vid. Ernout—Robin ad l.; Lejay ad Hor. Sat. II, 3, 48); Ov. Met. XV, 147 sq.: *iuvat ire per alta | astra* (cf. *suspendi* vs. 7). . . . | *palantesque animos passim ac rationis egentes | despectare procul*; Consol. ad Liv. 61 sq.: *ille vigil, summa sacer ipse locatus in arce | res hominum ex tuto cernere dignus erat*; Sen. Thyest. 365 *rex est* (cf. quod Cir. 15 Thilo proposuit) . . . | *qui tuto positus loco* (cf. *pangeret* Cir. 14) | *infra se videt* (i.q. *despicit*) *omnia*; Sil. It. XV, 106: . . . *mox celsus ab alto | infra te cernes* (cf. *despicere*) *hominum genus*; Stat. Silv. II, 2, 131: *celsa tu mentis ab arce* (cf. Cir. 14) | *despicias errantes humanaeque gaudia rides*; Claud. Pan. Theod. 6: (*virtus*) . . . *immotaque cunctis | casibus ex alta mortalia despicit arce*; Marmert. Pan. Maxim. 3: *et in tam arduo humanarum rerum stare fastigio ex quo veluti terras omnes et maria despicias*.

18. Apodosis incipit. **non ego te** etiam occurrit Ov. Fast. VI,

763; Val. Flacc. VIII, 95: *non ego te sera talem sub nocte videbam. talem.... tali*: h.l. vim contrariam habent (*tali* enim idem valet quod *tam exiguo, tantillo, tam indigno*), quae dicendi figura scholam rhetoricam redolet.

19. **non equidem** etiam Cir. 418; 431. Verg. Ecl. 1, 11; Aen. IV, 330 (cf. Cir. 290); VIII, 129; X, 793 (*haud equidem*: Georg. I, 415; Aen. I, 335; V, 56; 399; VII, 311); Ov. Her. 10, 105; Trist. III, 5, 51; IV, 1, 27; 3, 27; Fast. VI, 253; Pers. 5, 45. **ludere**; v. d. Wagenvoort (Ludus poeticus, Les études classiques, IV, 1935, p. 108 sqq.) iure animadvertit (p. 110) auctorem l.n. Ciris epyllion, quod iuvenis iam inceperat, nunc autem conficere vult, *ludum* nominare, ut ei carmini didactico 'de rerum natura' opponatur, quod Messallae dedicare voluisset. Ita vss. 19 sq. intellegendos esse etiam vss. 44 sq. probant.

20. Itaque e contextu concludendum est **gracilem versum molli pede claudere** non ita accipiendum esse ut auctor h.l. de elegiacis tantum carminibus mentionem faciat, quod voluerunt Skutsch (II, 20), Vollmer (Sitzungsber. d. Bay. Ak. 1907, 371a.6), Oltramare (309), alii; sed multo magis de eo genere scribendi, quo auctor noster uti solitus erat, antequam philosophiae studio se dedere constituerat, ut ante Wagenvoort (vid. supra) vidit Sudhaus (503): „In den Worten *quamvis—versum* ist der Gegensatz zu *ludere* die Kunst des (ihm versagten) Lehrgedichtes. Im folgenden Verse ist lediglich von einer weichen Gedichtsart die Rede, und das passt ebenso auf das Epyllion als auf die *versus impariter iuncti*, die *molles elegi*“; cf. Drachmann, 406 a. 1. **gracilem versum**: recte Wagenvoort (l.l. p. 109 a. 2, ubi vid.) affert Gell. N.A. VI, 14, 1: *et in carmine et in soluta oratione genera dicendi probabilia sunt tria, quae Graeci Χαρακτῆρας vocant nominaque eis fecerunt ἀδρόν, ἰσχνόν, μέσον. Nos quoque, quem primum posuimus „uberem“ vocamus, secundum „gracilem“, tertium „mediocrem“. Uberi dignitas atque amplitudo est, gracili venustas et subtilitas, medius in confinio est utriusque modi particeps*; cf. etiam Cul. 1; Rothstein ad Prop. II, 13, 3; Ovid. Ep. ex P. II, 5, 25: *dum tamen in rebus tentamus carmina parvis | materiae gracili sufficit ingenium*; cf. Forcellini qui (s.v. *gracilis*) locutionem q.e. *materia gracilis* circumscribit per: 'argumento levi et tractatu facili'; Lenchantin ad v.n.: 'i versi d'argomento tenue e senza grandi pretese'; parum accurate Thomason, p. 51 vertit per 'lowly, modest', recte tamen animadvertit

vocem q.e. *gracilis* apud Verg. semel tantum occurrere (Ecl. 10, 71), ubi haud magis quam Cir. 498 metaphorice positum est. **pes mollis**: *pes* non modo versus metrum, sed etiam genus carminis ('Vers-art') indicare potest: cf. e.g. Hor. Carm. IV, 6, 35: *pes Lesbicus* (i.q. carmen eroticum). *mollis*: cf. Ov. Trist. II, 307: *nec tamen est facinus versus evolvere mollis*; ibd., 349: *sic ego delicias et mollia carmina feci | strinxerit ut nomen fabula nulla meum*, quibus locis *mollis* ad argumentum modo, non (ut perperam putat Owen ad l.) ad metrum pertinere potest; cf. Gellii locum supra all. Ad parenthesis sensum eiusque cum vss. 10 sq. repugnantiae speciem cf. Catal. 5, 11 sqq.

21. magno intexens peplo; cf. 39 *magnis intexere chartis*; **peplus** (πέπλος) semel ap. Verg. (Aen. I, 480) occurrit; de usu vocum graecarum cf. ad vs. 4. Mos antiquus erat certis diebus peplum praeclare textum ad deam πολιοῦχον portare, quod iam apud Hom. (Il. VI, 297 sq.) fieri videmus; Panathenaeis id facere solebant Athenienses, qua de re vid. Cahen ap. Dar.—Sagl. IV, p. 303 sqq.; vid. etiam RE (1848), V, 1105; Boeckh, Staatshaushaltung der Athener, passim (vid. ind.); de peplo vid. Cahen l.l., p. 306; Lerroux, ibd. (s.v. *peplos*), IV, p. 385. **intexens**, (cf. Verg. Ecl. 2, 49) sc. *te*, i.e. *tuum nomen* (cf. vs. 40), e vs. 10 demutuandum; vid. ad vs. 9; cf. Lygd. 1, 5 *chartis intexere facta* (cf. Cir. 39). Hoc vult auctor: si inter viros sapientissimos numerarer, tuam gloriam aequo splendore celebrarem ac solent Athenienses Minervae facta peplo pulcherrimis figuris ornando. **si fas est dicere**: ap. Verg. aliud nihil conferri potest nisi Aen. II, 157: *fas mihi* (sc. *est*) et *sit mihi fas audita loqui* (Aen. VI, 266); cf. ap. Catull. (51, 2) *si fas est*; nec non Aetn. 173; *si fas est credere*; frequentissime hanc locutionem ap. Ov. invenimus: cf. *si fas est dicere* (Ep. ex P. IV, 8, 55; 16, 45); *si fas est loqui* (Trist. V, 2, 46); cum infinitivo (non verbi dicendi) coniunctam: Trist. III, 5, 27; V, 3, 27; Am. II, 13, 27; Her. 3, 6; Met. V, 417; verbo carentem: Ep. ex P. II, 8, 37; Fast. I, 25; Trist. III, 1, 81 (cf. Tib. II, 3, 74); vid. etiam Manil. III, 553; IV, 896; Consol. ad Liv., 129; Stat. Theb. II, 595; Claud. 41, 11.

22. Cum peplici descriptione (22—35) cf. Eur. Hec. 467 sqq.:
 ἡ Παλλάδος ἐν πόλει/τᾶς καλλιδίφρου Ἴθρα / ναίας ἐν κροκέῳ πέπλῳ /
 ζεύξομαι ἄρα πώλους / ἐν δαιδαλέαισι ποικίλ / λουσ' ἀνθοκρόκοισι πήναις,
 / ἡ Τιτάνων γενεάν / τὰν Ζεὺς ἀμφιπύρῳ / κοιμίζει φλογμῶ Κρονίδας; —
 — **Erechtheus** (Ἐρεχθεΐος) etiam Catull. 64, 211 (eodem ver-

sus loco): *sospitem Erechtheum se ostendit visere portum*. Ad versus nostri initium cf. Manil. I, 882 sq. Iam ap. Hom. (II. II, 547) populus Atheniensis δῆμος Ἐρεχθῆος appellatur. *Erichthonius* (i.q. *Atheniensis*) Cul. 30; (i.q. *Troianus*) Cul. 336; 344 occurrit. De Erechtheo vid. Escher R.E. VI, 404 sqq.; Engelmann in Roscheri Lex I, 1296 sqq.; Rohde, Psyche I, p. 135 sqq. **Erechtheis** | **Athenis**; *castae* | *Minervae* (23); *confecto* | *lustrum* (24); *alterno* | *Euro* (25); *gravidum* | *currum* (26); de talibus hexametris quorum duae partes similiter desinunt cf. Norden Ant. Kunstprosa II, 829 sqq. (cf. ap. nostrum e.g. 7, 10, 29, 30, 31, 33, 34, 38, 43, 52 etc.). **olim**; tribus modis haec vox h.l. intellegi potest. Primo enim loco idem fere valet quod *suo tempore*; cf. e.g. Verg. Aen. VIII, 391 (Plessis—Lejay ad l.); Hor. Sat. I, 1, 25 (Orelli—Baiter—Mewes ad l.); deinde *olim*...., *cum* idem esse potest quod *tum*...., *cum*; cf. Lucr. VI, 148 (Munro ad l.); Verg. Georg. IV, 433; Aen. V, 125 (*olim*...., *ubi*); postremo *olim* nonnunquam i.q. *inde ab antiquis temporibus, iamdudum, iampridem*, cf. Friedländer ad Iuv. 3, 163; vern. „van oudsher”, quod h.l. ad sensum mihi quidem aptissimum videtur; cf. e.g. Sen. Troad. 910: ... *patior hoc olim iugum, | annis decem captiva*; Iuven. 6, 346: *audio quid veteres olim moneatis amici*; cf. Plin. Ep. 8, 9; Senec. Ep. 77. Vss. 22—35 auctor, sic ut Catullus (64, 50—266) pulvinar, ita Minervae peplum, quod nihil omnino ad rem ipsam faceret, descripsit. Tales digressiones, quae auctoribus copiam darent sive mores pingendi sive doctrinam ostentandi, a poetis imprimis Alexandrinis adamas esse non est quod commonefaciam; cf. 54—91; 286—310; vid. Norden, comm. Aen. VI³, p. 120 sqq.; E. Rohde, Gr. Roman¹, p. 336; Heinze, Verg. ep. Technik³, p. 398 sq.

23. **casta** Minerva etiam appellatur Catull. 64, 212: *castae*.... *divae*; Hor. Carm. III, 3, 23 *castaeque*.... *Minervae* (cf. Verg. Aen. II, 31: *innuptae*.... *Minervae*); i. fere quod graece παρθένος. **vota solvere** etiam Verg. Georg. I, 436 (cf. Catull. 4, 22); Aen. III, 404; XI, 4; **debita vota** etiam Prop. I, 16, 44; cf. Ov. Fast. V, 596 *voti debita solvit*; Met. VI, 538 (Korn-Ehwald ad l.). Ganzenmüller p. 656 confert Claudian. 37, 40 *coniugium castamque cupit violare Minervam*, quem versum e Cir. 23 et 73 conflatum esse suspicatur.

24. **tarda**, emphatice versus initio positum (vern.: „dat reeds

ζόolang op zich had doen wachten”), desiderium exprimere vult quo Athenienses hos dies festos exspectare solebant. **quinquennia**: ludi, dies festi quinquennales, quinquennalia; cf. Stat. Silv. V, 3, 113 *cum stata laudato caneret quinquennia versu*; de sensu cf. Harpocr. s.v. Παναθήναια: . . . διττὰ Παναθήναια ἤγετο Ἀθήνησι τὰ μὲν καθ' ἕκαστον ἑνιαυτόν, τὰ δὲ διὰ πεντετηρίδος, ἅπερ καὶ μέγαρα ἐκάλουν.

25. Zephyrus veris adventantis nuntius; cf. Lucr. V, 737 sq. *it ver et Venus et Veneris praenuntius ante / pennatus graditur, Zephyri vestigia propter / Flora* (vid. Munro ad vs. 739). Alio nomine idem Favonius nuncupatur; cf. Cic. Verr. V, 27: *veris initium iste non a Favonio neque ab aliquo astro notabat, sed cum rosam videret, tum incipere ver arbitratur*. Cf. praeterea Catull. 46, 3; Verg. Georg. I, 43; II, 330; Hor. Ep. I, 7, 13; Plin. N.H. XVIII, 34. Cum versu nostro apte conferas Claudian. 20, 95: *mitior alternum Zephyri iam bruma teporem / senserat*, quod ita vertit Platnauer (Loeb-ed.): „Winter, passing into Spring, had now felt the returning warmth of Zephyrus”. Eurum contra ventum esse hieme occurrentem probat e.g. Verg. Georg. II, 338; vid. etiam Sen. Q.N. V, 16. **concrebruit**; verbum q.e. *concrebrescere* ἀπαξ εἰρημένον est; *crebrescere* eodem sensu occurrit Verg. Aen. III, 530; Stat. Theb. IV, 30. **alterno Euro** dativum (incommodi, ut videtur) esse puto. Vocem q.e. *alternus* h.l. passive intellegendam esse volui (vern. ‘waarmede afgewisseld wordt’), licet hunc usum nusquam alibi indagare potuerim. Potius ergo (exspectes enim *alternus*) accipiendum est *alterno Zephyrus concrebruit Euro* per levem quandam enallagen dictum esse, qua auctor duas hexametri partes similiter desinentes eliceret (cf. ad vs. 22). Levis tamen haec enallage est, cum utrumque ventum alternum, i.e. inter se alternantem, dicere possis.

26. prono . . . provexit pondere: alliteratio. Cum versu nostro cf. Catull. 62, 51; 54, 9 (ubi *currus* i.q. *navis Argo*; quam ad metonymiam etiam hunc vs. conferre licet, ubi de nave Panathenaica sermo fit); Verg. Ecl. 2, 50; Sil. It. II, 145. . . . *delapsus pondere prono*; II, 196. Olim mos erat peplum qui per pompam a Ceramico in Acropolim vehi solebat in curru ponere, qui ad similitudinem navis constructus erat, malo et antenna praeditus, ita ut peplus partes veli agere videretur, cuius rei prima significatio invenitur apud Strattim, mediae comoediae poetam (ap. Harpocr. s.v. τοπεῖον;

Kock C.A.F. I, p. 719): τὸν πέπλον δὲ τοῦτον ἔλκουσιν δεσμοῦντες τοπείοις / ἄνδρες ἀναρίθμητι εἰς ἄκρον ὥσπερ ἰστίου τὸν ἴστον; cf. Pausan. I, 29, 1.

27. Utrum hoc loco **ille dies** (codd. HL), quo semper Vergilius utitur, an **illa dies** (codd. AR), quod ubique fere (vid. autem Ov. Am. III, 12, 1 i.q. Stat. Theb. I, 166; cf. Silv. I, 2, 241) apud Ov. in usu est nec non apud Lucan. (VII, 216; 254), Mart. (VII, 21, 1), alios, legendum sit, haud ita facile est ad discernendum. Qua de quaestione viros doctos Fraenkel, Wolterstorff, Kretschmer, Zimmermann, Wackernagel disseruisse Lenchantin ad l.n. (ubi vid.) animadvertit. **felix et dicitur annus**; cf. Ov. Met. XII, 217; de vocis q.e. *felix* anaphora cf. Verg. Ecl. 1, 46; 51; 6, 47; 52; Georg. II, 490 sqq.; Catal. 9, 23; Prop. II, 34, 71 sq.; Ov. Met. VIII, 36 sq.; vid. ad vs. 12. **annus**; is annus πεντητηρίδος, quo Panathenaea celebrantur.

29. **ergo**: „de re quae antea iam commemorata nunc uberius exponitur” (Forbiger), cf. e.g. Cic. Phil. XII, 9 *tres viae sunt ad...*; *tres ergo, ut dixi, viae sunt...*; Tusc. I, 7; Fam. XV, 10. **Palladiae pugnae** i.q. *Palladis pugnae*; vid. ad vs. 30. **texuntur in ordine** potissimum inter se coniungere ac ita interpretari velim ut idem valeat quod *in ordine textae (a spectatoribus) spectantur*; ad versus structuram cf. Verg. Aen. I, 456, quem ad l. recte Plessis—Lejay: „l’expression (*ex ordine* sc.), ainsi enclavée, se rapporte à *pugnas* à la manière d’un epithète”; cf. Verg. Georg. III, 341; IV, 507; Aen. I, 198 (τὰ πρὶν κακά); ad sensum cf. Verg. Ecl. 8, 20; Aen. VIII, 629. **texuntur-ornantur-pinguntur(-additur)**: sententiae asyndetice copulatae ita ut verba eodem fere versus loco posita sint, frequentes sunt apud poetas Alexandrinorum sectatores, cf. e.g. Cir. 387—390 (Catull. 64, 19 sq.); Catull. 64, 32—42; Cir. 459—467.

30. Inter imagines aliarum Palladis rerum gestarum quae in peplo Panathenaeo intexi solebant, semper primas partes agebant Minervae cum Gigantibus proelia (cf. ad vs. 21; schol. ad Aristoph. Eq. 565—568; schol. ad Eur. Hec. 468 sq.); Minervae haec epitheta nonnunquam invenimus: γιγαντολέτειρα (Suidas s.v.), γιγαντόλειτις (Philop. 8) γιγαντόφοντις (Cornut. 20); sicut eadem Hymn. Orph. 32, 12 Φλεγραίων ὀλέτειρα γιγάντων appellatur; vid. Apollod. I, 35 W.; Waser in RE, Suppl. III, 655 sq.; Kuhnert in Roscheri Lex. I, 1639 sqq. **tropaeum** metonymice i.q. = *victoria*;

cf. Ov. Fast. V, 555; Her. 9, 104; 17, 242; Hor. Carm. II, 9, 19; Nep. Them. 5, 3: *victoria, quae cum Marathonio possit comparari tropaeo*.

31. sanguineo cocco pinguntur metonymice pro: *rubris filis intexuntur, rubris filis intexta (a spectatoribus) spectantur. cocco* (A²L; *socco* A¹R; *corco* H¹; *coco* H²; *succo* Ald. 1517); Baehrens mavult *sanguinea Gorgo* (quae verba voce *horrida* regi videntur); equidem hanc emendationem, quam Vollmer in textum recepit, Klotz (Ph. Ws. 52, 1932, 1292; vid. ad vs. 132) defendit, supervacaneam habeo. *coccus* vel *coccum* (κόκκος): „granum est arboris parvae aquifoliae ex genere ilicis, illius cortici veluti scabies quaedam adhaerens, innumerisque scatens vermiculis, ex quibus contusis color fit aptus lanis tingendis praestantissimus et magni pretii. . . . Color eius est rubens, sed qualis in rosa et cum amabili nitore coniunctus. . . . Differt a *purpura*, quae intensiorem ac nigriorem habet ruborem; *coccum* vero est dilutius. Quare aliquando *purpura cocco* superaddebatur. . . .” (Forcellini); cf. Hor. Sat. II, 6, 102; Mart. 3, 2; 5, 28; 10, 76; Quint. XI, 1, 31; de grano eius arboris vid. Plin. N.H. IX, 41; XVI, 8. Peplum ipsum luteum fuisse apparet ex Eur. Hec. 468 ἐν κροκέῳ πέπλω.

32. aurata; auratus l.n. idem quod *aureus*, cf. Ov. Met. V, 52 et fortasse Catull. 64, 5 (*aurca* enim illa pellis vocatur Sen. Med. 360; *inaurata* contra e.g. Hyg. fab. XII; Enn. Med. 210). Alium sensum (*auro ornatus* vel *inauratus* sc.) invenimus e.g. Cir. 151, ubi vid.; Cic. red. sen. 11; parad. 6; Liv. IX, 40. **Typho**; vid. Waser, RE, Suppl. III, p. 759; Ilberg in Roscheri Lex. I, 1643; plerumque *victoria e Typhone* parta Iovi soli adscribitur (vid. e.g. Hes. Theog. 820 sqq.; Apollod. I, 39) nec inter Gigantes Typho numeratur (Hes. Theog. 185 sq.). Nostro autem loco, sicut etiam apud Hor. (Carm. III, 4, 53, quem ad l. vid. Kiessling—Heinze; cf. etiam Nicandrum ap. Anton. Liber. 28, 2) unus e Gigantibus est. Vide etiam Lenchantin ad l.n. Vss. 32—34 ita vertit Oltramare, p. 300: „L'on voit Typhon précipité du ciel par une lance d'or, lui qui auparavant, jonchant les airs des rochers de l'Ossa, doublait la hauteur de l'Olympe en le couvrant des monts d'Émathie”.

33. prius dictum esse pro *olim, pridem* Kreunen conferens Catull. 4, 25; 51, 15 animadvertit; Sudhaus (Herm. 42, 478 a.1) contulit Cir. 530 sq. (*ante*) et Isocr. Paneg. 54: ἤλθον οἱ θ' Ἡρακλέους παῖδες καὶ μίκρον πρὸ τούτων Ἄδραστος ὁ Ταλαοῦ; Baehrens Cir.

252 (*prius*, cf. Catull. 64, 317: *quae prius in levi fuerant extantia filo*). **consternens**, cf. Cir. 115 ubi vid.; Leopold, poeta nostras, verba ita vertit („Uit den tuin van Epicurus”, p. 56): „den aether met de rots plaveiend / der Ossa”. Itaque emendatione quam a v. d. Kreunen propositam Curcio recepit (*conscendens*; cf. vs. 50) opus non est. **aethera**: recte Lenchantin monet voces q.s. *aether* et *aer* saepe, ut apud graecos, ita etiam apud auctores latinos confundi; ita ad Verg. Aen. I, 90 Servius adnotat: *aetherem hoc loco pro aere posuit. . . . et frequenter Vergilius duo ista confundit*.

34. **duplicabat**: imperfectum de conatu, cf. Verg. Georg. I, 281 *ter sunt conati*; Hom. Od. XI, 315: *μέμασαν*; perperam Baehrens, conferens Cir. 252, Catull. 64, 317 *duplicarat* proposuit. **Emathius vertex** i.q. *Pelion*; cf. Georg. I, 281 sq.; Hom. Od. XI, 315 sq.: *Ὅσσαν ἐπ’ Οὐλύμπῳ μέμασαν θέμεν, αὐτὰρ ἐπ’ Ὅσση / Πήλιον εἰνοσίφυλλον, ἐν’ οὐρανὸς ἀμβατὸς εἴη*; Aetn. 49; Prop. II, 1, 19 sq.; Ov. Met. I, 154 sq. *Emathia* stricto sensu Macedoniam significat; ei fines autem, qui et Macedoniam et Thessaliam comprehendunt, etiam interdum *Emathia* dicuntur, neque non quibusdam paucis locis *Emathia* dicitur pro *Thessalia*; cf. Verg. Georg. I, 492 (Serv. ad l.); Catull. 64, 324 (ubi, ut l.n., *Emathiae* versus initio positum est). Graece per nomen q.e. *Ἡμαθία* nusquam *Thessalia*, semper autem *Macedonia* designatur. Apud Strab. (VII, 329) tantum de urbe quadam in *Thessalia*, postea in *Macedonia*, sita et *Ἡμαθία*, antea autem *Οισύμη* nominata, mentio fit. Cf. Lenchantin ad l.n.; vid. etiam ad vs. 115 (*Attica*). **vertice Olympum**: elisio, de qua vid. Ganzenmüller, l.c. pag. 631; Sudhaus, Herm. 42, 494 a.2.

35. **tale velum. . . . portant** totam pepeli descriptionem comprehendit; dicere possis totam versuum 23—35 periodum parenthetice positam esse, ita ut *tali ritu* (36) cum correlativo q.e. *qualis* (22) coniungendum sit: *qualis* (22), *tali* (36) **sollemni tempore** vertit Leopold, p. 57 per ‘op gezette tijden’; etiam ita vertere possis: ‘in plechtige stonde’. Merguet: ‘herkömmlich, feierlich’, cf. Cir. 127, ubi *sollemni ritu* i.q. *ritu Attico*; 147.

36. Iure Kreunen, 39: „eodem fere modo quo auctor Ciris vs. 36 ad propositum revertitur, Catullus unde digressus est, redit 64, 265”. **vellem** vern. optime reddere possis per ‘ik zou wel gaarne. . . .’ E compluribus locis iam apparuit poetam, cum Epicuri disciplinae studio se dedere constituisset, sibi proposuisse, ut magnum de rerum natura carmen didacticum scriberet (cf. ad vs. 5). Quod

carmen num poeta incohaverit, dubium est; certum autem est eum tunc temporis iam sibi persuasisse se ad tale carmen componendum nondum satis firmatum esse. Ita etiam iudicat Sudhaus, p. 472; Skutsch contra, argumentis nisus, ut opinor, haud satis firmis, putat (I, 83) Ciris auctorem non modo philosophiae studio se dedisse, sed etiam versatum esse in carmine de rerum natura scribendo. **tali ritu** (*ritus* i.q. *modus, ratio*): tam amplifice et artificiose quam peplus Panathenaicus textitur.

37. purpureos soles: pluralis poeticus, de quo vid. Norden, comm. Aen. VI³, p. 408 sq.; Kroll, Studien, p. 258; cf. apud Catullum e.g. 64, 31; 141; 271. **purpureus**, cf. Verg. Aen. VI, 641 (cf. Cic. Arat. 60, Baehr. P.L.M.I, pg. 10); Klotz (Herm. 57, 591) animadvertit vocem q.e. *purpureus* interdum idem valere quod *lucidus, splendidus, candidus*; cf. Eleg. in Maec. I, 62 *bracchia purpurea candidiora nive* (vid. autem Vollmer ad l.); Hor. Carm. IV, 1, 10 *purpureis ales oloribus* (vid. Orelli—Baiter—Hirschfelder ad l.); Verg. Ecl. 9, 40: *ver purpureum*; Aen. I, 591: *lumenque inventae | purpureum* (recte Plessis—Lejay: l'éclat lumineux); VI, 641; Ov. Am. II, 1, 38; 9, 34; Fast. VI, 252; Stat. Theb. VII, 148. Quam significationem etiam Servius novit, ut apparet e nota ad Verg. Ecl. 5, 38 data *purpureo nunc specioso*, quamquam illo loco, ut opinor, haec annotatio minus exacta est; Romanos enim narcissos purpureo calice praeditos notos habuisse satis constat (vid. ad vs. 96). **sidus** de luna dictum etiam occurrit Senec. Med. 750; *sidus lunae*: Plin. N.H. XI, 9 (cf. VIII, 1); saepius de sole ut e.g. Ov. Met. I, 286; XIV, 173; Tib. II, 1, 47; Plin. N.H. II, 41; VII, 60. Karsten (S.N. 210) putat, iniuria meo iudicio, *sidus* l.n. *splendorem* significare, ut Stat. Silv. III, 4, 24 (vid. Vollmer ad l.). **candida** cf. Verg. Aen. VII, 8 sq.; Lucr. V, 1210.

38. pulsantia, cf. Verg. Aen. X, 216 (Kappes ad l.: „auch der Mond fährt auf einem Gespann — cf. Ov. Tr. I, 3, 28; Met. II, 208 sq. — dessen Rosse am Himmel stampfen (*Olympum pulsabat*)”). **orbis** i.q. *Olympus, caelum*, vern., ‘hemelgewelf’, cf. etiam Verg. Aen. III, 512 (cf. Hom. II. VIII, 68); VIII, 97; eodem sensu ap. Lucr. (V, 691) *signifer orbis* occurrit; vid. Munro ad l., qui tamen perperam Cic. Arat. 317, ubi *signifer orbis* i.e.q. *Zodiacus* (cf. ad Fam. II, 89), affert. **caeruleis bigis** recte Forbiger interpretatus est: ‘*caeruleae* autem i.q. *atrae*’; cf. Cir. 203; 215; Verg. Aen. III, 64 (vid. Serv. ad l.); VI, 410; Ov. Fast. IV, 446; Stat. Theb. II, 528;

Eleg. ad Liv. 93 (*mors caerulea*). De vocibus q. s. *caeruleus*, *caeruleus* acute ac uberius disseruit H. Wagenvoort, Glotta 26, 1937, p. 129 sq.

39. Fortasse conferre possis Lucr. IV, 969 *naturam quaerere* (cf. Cir. 5) *rerum | semper et inventam patriis exponere chartis*. **charta** (vid. K. Dziatzko, Untersuchungen über ausgewählte Kapitel des antiken Buchwesens, Cap. IV, V) post Enn. Ann. 229 V., a v. d. Dziatzko p. 115, 1 allatum, passim occurrit (vid. e.g. Catull. 1, 6; 22, 6; Pan. ad Mess. 200; Catal. 9, 13; Cul. 24), nusquam autem apud Vergilium. **intexere**: de metaphora cf. verbum q.e. (*ex*)ordior, quod identidem olim vim texturam incohendi habuisse apparet e Plaut. Pseud. 399; Cic. de Or. II, 145; cf. Cul. 2: *ut araneoli tenuem formavimus orsum*; Plin. N.H. XI, 180 *araneus orditur telas*; Muller, Altit. Wb. p. 306.

40. Pro tradita lectione q.e. **aeternum** (cui iure Nic. Loensis addidit **ut**) Heinsius coniecit *aeterno ut*, cf. Lucr. I, 121 *aeternis versibus*; Lygd. 1 (Paneg. in Mess.), 34 *aeterno versu*; adverbii autem vim *aeternum* habet Verg. Aen. VI, 235 *aeternumque tenet per saecula nomen* (*Miseni* sc.; cf. etiam VI, 381). Quare Nic. Loensem veram lectionem restituisse puto. Codicum lectio, quam retinent et alii et Thilo, fortasse ita defendi possit ut *aeternum*—*saeculis* appositionis loco asyndetice cum versibus praecedentibus coniungendum sit (vern. 'dan zou mijn geschrift...'), quem tamen sermonem ut nimis durum reicio. „**coniunctus** mit dem Ablativ ist Ciceronianisch; sonst finde ich bei Dichtern nur Aen. X, 653 und Lucr. II, 743" (Drachmann, p. 420); cf. Lucr. I, 449; IV, 493; Cir. 97.

41. **senibus saeculis** i.q. *saeculis futuris*: cf. Catull. 95, 6 *cana . . . saecula* (vid. Kroll et Ellis ad l.); vid. Lenchantin ad locum nostrum. **loqueretur** cum acc.: cf. Verg. Ecl. V, 28; Hor. Carm. IV, 15, 1: *proelia loqui* (Mewes ad l.: 'loqui et dicere per se significat *carmine celebrare*'); fortasse etiam ap. Plaut. (Men. 1066) occurrit: *loquere* (Fleckeis.: *eloquere*) *tuom mihi nomen. senibus saeculis* ('unto late ages' Rushton Fairclough) ablativus temporis mihi esse videtur, ita tamen ut **saeculum** idem valeat quod *aetas* (vern. 'geslacht'), cf. 13; *loqui* cum dativo raro invenitur: ap. Plaut. (Poen. 885 in cod. P.; Men. 1066 supra all.); etiam e.g. Caelius ap. Cic. ad Fam. VIII, 12 (quamquam h.l. codd. non consentiunt); Ov. Art. I, 584. **nostra pagina** i.q. *carmen, opus nostrum*; cf. Verg. Ecl. 6, 12; Cul. 26; Dziatzko l.l. p. 124. Hac voce omne scriptum metony-

mice designatur, cf. e.g. Mart. I, 5, 8: *lasciva est notis pagina, vita proba* (vid. Ganzenm. p. 564). Cum Cir. 41 et Verg. Georg. III, 11 conferri licet Auct. ad Pis. 153 *Aonium facilis deducit pagina carmen*; cf. praeterea Claudian. XXIX, 162 *antiquos loquitur Musarum pagina reges*.

42. **tantae artes**, cf. Cic. de cons. 74; Fin. III, 2; Aetn. 274. **nunc primum... nunc primum**, παθητικῶς per anaphoram, de qua vid. Stolz—Schmalz⁵, p. 797 (cf. ad vs. 12). De sensu, cf. ad vs 9; 14. De auctoris nostri aetate nihil hos versus prodere iure, ut puto, Sudhaus, p. 472,1 animadvertit. Skutsch contra (II, 122,1): „Dies bezieht sich zunächst freilich auf die philosophischen Studien des Verfassers, wäre aber doch jedenfalls... im Munde eines älteren Mannes absurd“. Quare haec verba a viro seniore nuperime philosophiae dedito prodita absurda essent, prorsus me latet.

43. **firmamus robore** (*robore* pleonastice addidit auctor necessitate metrica coactus), cf. Lucan IV, 372 *mox robore nervis | et vires rediere viris*.

44. **quae... in quibus** (*ab haec dona* pendens) duplicem in modum intellegi potest; primo enim ita ut hoc ipso tantum de carmine auctor h.l. loquatur: *haec dona, Ciris carmen* sc., *quae <dare> possumus, accipe*. Si hanc interpretationem sequimur quam Leo (Herm. 37, 29) praeferre videtur, item nobis accipiendum est poetam annos iuventutis in carmine nostro perficiendo exegisse, id quod cum per se absurdum est, tum versibus 10 sq.; 19 sq.; 93 sq. repugnare puto. Quam ob rem aliter versum nostrum interpretari velim, ita sc. ut idem fere valeat quod *talia dona, qualia <dare> possumus, accipe*, quae verba non ad Ciris carmen tantum pertinere possunt, sed ad totum illud scribendi genus, cuius carmen nostrum specimen est.

45. **prima rudimenta**: cf. Verg. Aen. XI, 156 sq. *primittiae iuvenis miserae bellique propinqui | dura rudimenta et nulla exaudita deorum | vota* (cf. ad vs. 47); Stat. Ach. I, 478 *cruda rudimenta et teneros formaverit* (cf. vs. 43) *annos*; Silv. V, 2, 9; Sil. It. I, 549. **iuvenes annos** cf. Ov. Met. VII, 295; XIV, 139. **exegimus**, cf. Cir. 518; Verg. Georg. III, 190; Aen. I, 75; VII, 776; X, 53; XI, 569; Ov. Met. VII, 752; VIII, 708; XII, 208; ad sensum cf. Ov. Tr. II, 543 sq. *ergo quae iuveni mihi non nocitura putavi | scripta parum prudens, nunc nocuere seni*, ubi versus primus ad Art. Am. pertinet (a. 1 a. C.n. scriptum, cum aetatem 42

annorum auctor assecutus esset), secundus autem ad Trist. II (a. 9 p. C. n. compositum, cum 51 vel 52 annos natus esset). Item in Constantini edicto (a v. d. C. Weymann, Hist. Jahrb. 1926, p. 73 all.): *cui aetati quoniam inter plenam perfectamque adulescentiam et robustissimam iuventutem media est firmatae aetatis appellationem imponimus*; cf. etiam Nep. frg. ap. Plin. N.H. IX, 137 (de quo Helm, Hieronymus' Zusätze, Philol. Suppl. Bd. XXI, c. II, p. 57); Gudeman ad Tac. Dial. Proleg. p. 43 sqq.; p. 229 i.f.; Forcellini s.v. *iuvenis* necnon s.v. *aetas*; quibus e locis apparet nomine *iuvenis* non minus virum 35 vel 40 annos natum designari posse quam adolescentem 20 annos natum. Loco nostro auctor non dicit iuvenem se Ciris carmen composuisse, sed in talibus carminibus scribundis iuvenes annos se exegisse, iuvenes ergo annos iam se exactos habere. Verisimile est, etsi minime necessario e vss. 44 sq. sequitur (cf. autem ad vs. 47), auctorem nostrum iam pridem, antequam iuvenes annos peregerit, Ciris carmen (vss. 101 usque ad finem sc.) condidisse, nunc autem, annis iuvenilibus peractis, prooemio instruxisse. Pro certo autem habere possumus Ciris auctorem prooemium scripsisse, cum annos iuventutis exegisset, i.e. cum inter 35 et 50 annos natus fuisset.

46. Cf. Cinn. fr. 11 Morel; Ov. Art. II, 285; Stat. Theb. XII, 811; Silv. IV, 6, 25. **vigilare** cf. Verg. Georg. I, 313 (vid. Ladewig-Jahn et Plessis—Lejay, qui ad l. conferunt Cic. Att. IX, 12, 1; Ov. Tr. II, 11; Fast. IV, 109) Alio sensu: Ov. Fast. IV, 167; Hor. Sat. I, 3, 17. De re cf. cum v. d. Sudhaus, p. 503, 2 Maneth. I, 8: *ὠκτας ἀνυπνος ἐὼν καὶ ἐν ἡμασι πολλὰ μογήσας / ὅπως σοι βίβλους ἄσπερ κάμον, ἄσπερ ἔτευξα / τὰς σοι ἐγὼ πέψω καμάτων σφετέρων μὲγ' ὄνειαρ.*

47. Corruptelis depravatam codd. hunc versum tradunt. HA¹R: *promissa atque diu iam tandem* (cui addidit R: *exordia*); LA² *et promissa tuis non magna exordia rebus*) Alii alia coniecerunt. Maxime placet emendatio quam proposuit Leo: *<reddita vota>* codicum HA¹R lectioni addens; cf. Catull. 36, 16; *reddita* eodem versus loco Catull. 64, 362. **diu** cum *promissa* coniunctum, idem quod *multo ante*; cf. ad vs. 9; de aetate sua nihil h.l. auctor noster dicit. **promissa atque** i.q. *atque promissa*; praeter locos a v. d. Helm allatos conferas Drachmann, p. 420; Cinn. fr. 3 Morel; Prop. III, 13, 39; Vollmer ad Stat. Silv. IV, 1. 25; Pease ad Verg. Aen. IV, p. 115 adn.; 176; 424; cf. ad Cir. 445.

48. **exterrita miris** h.l. Heinsius palmari emendatione restituit pro *exterruit* (-ernit H¹; r super rn H²; *terrui* R) *amplis*. Iam

pridem v. d. Schrader *exterrita* proposuerat, quae emendatio a plerisque editoribus accepta est (cf. Cir. 80—82; Verg. Aen. III, 307; IV, 672; V, 215; Ov. Met. I, 638 sqq.; IV, 488; Stat. Ach. I, 662), qui item vocem q.e. *amplis* sensu carere inter se consentiunt. Quod ad corruptelae historiam pertinet, consensus codicum probare videtur codicem deperditum omnibus qui supersunt codicibus archetypum hac corruptela iam depravatam fuisse. Maxime placet Heinsii emendatio quae, praeterquam quod bonum sensum praebet, palaeographice levior est: EXTERRITA MIRIS primo evaserit in EXTERRITAMPLIS, postremo scriba quispiam, ut metrum restitueret EXTERRVIT AMPLIS scripserit. **impia** Scylla dicitur, quia patrem patriamque pessumdedit (cf. vs. 52 sq.); cf. Ov. Rem. 67; Tr. II, 393 (vid. Owen ad l.).

49. sublimis in aere — $\frac{2}{3}$ etiam Verg. Georg. I, 404. **in aere coetus** cf. Stat. Ach. I, 518 *nunc superum magnos deprendit in aethere coetus | nunc sagas affatur aves*.

50. coetus / viderit, cf. Catull. 64, 407 qui versus v. d. Baehrensium pellexit ut l.n. *viseret* scriberet (cf. Catull. 64, 55), qua tamen emendatione nequaquam opus est. Eadem vis voci q.e. *coetus* etiam inest Catull. 64, 385. **aethera penna**, cf. Verg. Georg. I, 406; 409 (= Cir. 541); Aen. XI, 272. **conscendens aethera** minus apte h.l. de ave dictum est; aptius Ov. Met. III, 299 (de Iove); Stat. Silv. III, 1, 7 (de Hercule) *ignis ab Oetaea conscenderis aethera flamma*; Claudian. XXI, 141 (de imperatore defuncto); cf. Helm, Herm. 72, 82; vid. etiam ad vs. 205.

51. Cf. Verg. Ecl. 6, 78, ubi verba q.s. *sua tecta supervolitaverit* multo aptius posita sunt; haudquaquam enim prope ad Megaram Scylla in avem cirin mutata est; cf. Helm, Herm. 72, 1937, 80. **caeruleis alis** ('azure wings', Rushton Fairclough; 'perchè del color del mare' Lenchantin; cf. Plessis—Lejay ad Verg. Aen. V, 819: '*caeruleus*: épithète de tout ce qui se rapporte à la mer et aux dieux marins'; cf. etiam III, 432; vs. 205 ciris *candida* appellatur; vs. 502 de variis plumarum coloribus loquitur auctor, quos locos versui nostro vix repugnare puto cum *caerulea* dicantur omnia quae ad mare pertineant, cf. Helm, Herm. 72, 1937, p. 81; Thes. l.l. III, 104, 40; ad vim adiectivi vid. ad vs. 38. Vid. etiam Roscheri Lex. III, 1, col. 431a. Vollmer epitheton q.e. *caeruleus* h.l. vertit per 'schimmernd' (Sitzungsber. der Bay. Ak. 1907, 365, 2), *marmoreum* (503) conferens, iniuria autem, ut opinor; cf. ad vs. 38.

52. **pro purpureo poenam...** **pro patria**, de alliteratione vid. Norden, Aen VI², p. 416 ibidemque n. 5; Waltz, p. 47. Multos in modos μόρσιμον πλόκαμον Nisi purpureum fuisse auctor noster testatur, vid. vs. 122, 281, 320, 382, 387 (cf. vs. 501); idem proditum videmus Ov. Met VIII, 9; 92 (*purpureum crinem; scelerata*); Prop. III, 19, 22; Tibull. I, 4, 63; Stat. Theb. I, 332; Hyg. fab. 191; Apollod. III, 15, 8; Dion. Chrys. Or. 64, 27; Paus. I, 19, 4; Eutecn. Soph. (in paraphr. Oppiani de Aucup. II, 14); Nonn. Dionys. XXV, 162; cf. Jos. Schmidt in R.E. III^A, 656. Aureum Nisi crinem fuisse testantur schol. ad Eur. Hipp. 1190; Tzetzes ad Lycophr. Alex. 650. **pro capillo** sc. *deciso* (cf. 387), quod ex *excisa* facile suppletur. **poenam**: haud prorsus accurate Scyllae μεταμόρφωσις h.l. poena dicitur (vid. vss. 481 sq.); rectius Verg. Georg. I 404 sqq.; vid. Helm, Herm. 72, 1937, p. 91. **poenam solvens**, cf. Verg. Georg. I, 405. Lucr. V, 1225; Ov. Met. I, 209.

53. Versui, quem ita tradunt codd.: *pro* (HAR; *proque* L) *patris solvens excisa et* (ita H, *est* AR; omittit cod. L) *funditus* (inepte H^{1A} *funditur*) *urbe* emendatione tantum opus est, quam Haupt proposuit, *pro patriis*, legens **patria**; *patriis* enim nota (ad *capillo*) esse videtur, quae e margine in textum irrepsit; et alii edd. et Skutsch, Lenchantin hanc emendationem approbaverunt. Ad insolitum verborum ordinem, quem etiam codicis L scribe corrigere conatus erat (sensus enim hic est: *et pro urbe patria funditus excisa*) metrum auctorem nostrum coegit (vid. etiam ad vs. 47). **pro** Sillig, quem Helm secutus est, exclamationem putavit, id quod *pro* (52) vetare puto, quamquam Helm Verg. Ecl. 10, 11 sq. attulit. Diversam versus interpretationem comiter v. d. Wagenvoort mecum communicavit, qui *pro patria* (subst.) *et urbe* per figuram, quae dicitur ἐν διὰ δυοῖν intellegendum esse putat (cf. Verg. Aen. IV, 355 nec non quae Buscaroli et Pease ad l. adnotaverunt).

54—91. **A compluribus poetis, qui omnes narrant Scyllam virginem, cuiuscumque filia illa erat, quendam in modum esse mutatam in monstrum marinum, fabula mea longe recedit.**

54. Cf. Tzetz. ad Lycophr. Alex. 153, qui postquam Scyllae Nisi fabulam narravit, his verbis de Scyllae et Neptuni fabula loqui perguit: ἄλλοι δὲ φασὶ γυναῖκα ταύτην εἶναι εὐπρεπῆ, ἣν sqq. **complures** vocem esse, quae apud poetas temporibus Augusti florentes non nisi l.n., Cir. 391, Hor. Sat. I, 10, 87 occurrat, recte

Drachmann p. 421 et Rushton Fairclough (Transact. and Proc. 53, 1922, 23) animadverterunt. Auctor autem noster elocutiones in sermone pedestri et apud antiquioris tantum aevi poetas occurrentes non ita diligenter evitat. **Messalla:** e viris qui Messallae nomine praediti erant, illustrissimi hi erant: 1. *M. Valerius Messalla Corvinus*, qui inde ab anno 64 (vel 59?) vixit usque ad a. 8 a. C.n.; consul fuit a. 31 a. C.n.; Cicero (in Ep. ad Brut. I, 15, 1, a. 43 a.C.n. scripta) oratorem eum laudat; carmina etiam eum composuisse apparet e Catal. 9, 14 sq.; Plin. Ep. V, 3, 5; a. fere 45 a.C.n. Athenis versatus est (Cic. Att. XII, 32; XV, 17, 2; Tib. I, 3; I, 7; [Tib.] IV, 1, 1). A. 43 et 42 in Bruti et Cassii exercitu stipendia fecit; post proelium ad Philippum factum M. Antonio se adiunxit. Vid. Pauly (1852), VI, 2352 s.v. *Valerii*, 95; Lübker⁸, s.v. *Valerius*, p. 1086, 43; J. M. J. Valetton, *M. Valerius Messalla Corvinus*, diss. Gron. 1894; Skutsch, I, p. 86; Frank, *Vergil*, p. 87 sqq.; Furneaux ad Tac. Ann. III, 34; Schanz, II, 1, p. 21—24; 98. 2. *M. Valerius M. f. Messalinus*, oratoris filius, a. 43 (vel 42) a.C.n. natus, consul a. 3 a.C.n., de quo Ov. Tr. IV. 4, 5 *cuius in ingenio est patriae facundia linguae* (cf. Ep. ex P. II, 2, 51); Tac. Ann. III, 34: *Valerius Messalinus, cui parens Messalla ineratque imago paternae facundiae*; Tib. II, 5. Vide: Pauly (1852), VI, 2355 s.v. *Valerii*, 100; Lübker⁸, p. 1086, 44; Furneaux nec non Nipperdey ad Tac. Ann. I, 8; Prosop. imp. Rom. III, p. 333 sqq.; Schanz, II, 1, p. 460. 3. *M. Valerius M. f. Messalla*, sub Tiberio principe consul a. 20 (Tac. Ann. III, 2; vid. Furneaux ad l.), Messalini fortasse filius. Vid. Pauly (1852), VI, 2356, s.v. *Valerii*, 112; Ganzenmüller, 637. 4. *M. Valerius Messalla Corvinus*, Corvini oratoris pronepos, anni 20 consulis fortasse filius, ipse a. 58 cum Nerone principe consul (Tac. Ann. XIII, 34); vid. Pauly (1852), VI, 2358, s.v. *Valerii*, 116; Furneaux ad Tac. Ann. XIII, 34; Ganzenmüller, 637. De tempore, quo carmen nostrum compositum esse conicere possis, vid. praefationem.

55. nam verum fateamur: cf. Verg. Ecl. 1, 31: *namque fatebor enim*) . . . (i.q. Catal. 9, 11); Aen. II, 77: *fatebor vera*; Catal. 5, 12 *nam fatebimur verum*; Plin. N.H. II, 94: *si verum fateamur*. Haec locutio, quae locus communis fuisse videtur (*si verum fateri volumus* etiam ap. Cic. parenthetice occurrit), passim ap. Ov. in usu est, cuius haec exempla Ganzenmüller, 566 affert: Met. X, 53; 738; XV, 773; Tr. V, 12, 59; Ep. ex P. II, 3, 7; III, 1, 79; 9, 19; in

Scyllae fabulae narratione Met. VIII, 127 *moenia, nam fateor* **amat Polyhymnia verum**, cf. Catull. 62, 16: *amat victoria curam*, quod perperam v. d. Kreunen pellexit ut etiam l.n. *curam* legere vellet; Verg. Ecl. 3, 59. **Polyhymnia**: recte Lenchantin: „non come Musa inventrice della lira o della *γερωργία* o della orchestica (Roscher, Myth. s.v.), ma come protettrice in genere della poesia. Anche Orazio cita talora semplicemente la *Musa* dei suoi carmi (p.e. carm. III, 3, 70), tal altra ricorda per nome qualcuna delle Muse (p.e. carm. I, 1, 33).” Vid. Stoll in Roscheri Lex. III, 2, 2657: „. . . vor der späten römischen Kaiserzeit existierte kein festes Verhältnis zwischen den überlieferten Musennamen und den populären Musenfunktionen”; O. Bie, ibidem II, 2, 3293 (cf. 3293—3295; Lübker⁸, p. 685).

56. „**perhibent** mit dem Acc. c. Inf. 56; vgl. Enn. Ann. 393; 460; Pacuvius, 366; Verg. Georg. IV, 507; sonst bei keinem Augusteer” (Drachmann, 421). Cum versu nostro praesertim conferri potest Catull. 64, 124 *saepe illam perhibent ardenti corde furem / clarisonos imo fuisse e pectore voces*. In versu tradendo codd. dissentiunt: l. *aliam p. mutata in m. figuram* HAR tradunt, cui tamen lectioni si recipimus levi emendatione opus esse puto: l. *aliam p. mutatam in m. figuram* (per haplographiam corruptelam inrepsisse putant editores), sed et lectionem ita exstitisse puto propter ordinem verborum nimis durum et cod. L. versum sine vitio tradit: *longe alia perhibent mutatam membra figura*. Verbum q.e. *mutari* etiam Ovidius cum abl. coniunxit; vid. e.g. Met. IV, 397; VI, 115; IX, 81 *tauro mutatus membra rebello* (cf. Sil. It. VII, 425 *torvo mutatus membra leone*). **membra** acc. graecum esse non est cur commonefaciam (cf. Cir. 59; 198). Porro fortasse conferre possis Ov. Met. I, 547; Manil. II, 454 *singulaque in propriis parentia membra figuris*. Vid. etiam ad vs. 57.

57. Hunc versum, quem multis corruptelis depravatum codd. tradiderunt, Haupt et Hertzberg emendaverunt. Verba q.s. *infestare* et *vorax* apud Vergilium non occurrunt. Cicero (Phil. II, 67) Charybdim, Ovidius (Ib. 385) Scyllam voracem nominat. Voce q.e. *vorax* etiam Catullus (29, 2; 10; 33, 4; 57, 8) utitur, ap. quem (64, 156) Scylla rapax dicitur. **infestare**, cf. Ov. Am. II, 11, 18 *quas Scylla infestet quasque Charybdis aquas (quas-quasque*, cf. Cir. 204); Met. XIII, 730 *Scylla latus dextrum, laevum inrequieta Charybdis | infestat. vorat haec raptas revomitque carinas* (cf. Verg. Aen.

III, 420 sq.), | *illa feris atram canibus succingitur alvum*. V. d. H. Wagenvoort (Mnem. 45, 1917, 106 sqq.) acute magna que cum probabilitate opinionem defendit versus nostri verba q.s. *infestare voraci* Ovidii versum supra all. spectare Ovidiumque ergo unum esse e poetis qui l.n. arguuntur Nisi Scyllam cum Scylla in monstrum marinum mutata confudisse. „Nonne auctor noster loco laudato Ovidium quoque in magnorum illorum poetarum numero habere videtur, quos erroris atque permutationis convincere conatur?“ Quin inter eos *complures magnos poetas* Ovidius habendus sit, non satis esse putat cur dubitemus. Permutatio sane manifesta occurrit Am. III, 12, 21 sq.; Fast. IV, 500; Her. 12, 123, Art. Am. I, 331 sq.; Rem. Am. 737; cf. Rohde, Gr. Roman², p. 37; 99 sq. (Porro etiam invenitur ap. Schol. Eur. Hipp. 1200; Palaeph. π. ἀπ. 21; Schol. ad Hom. Od. XII, 105; Verg. Ecl. VI, 74 sqq.; Prop. IV, 4, 39). Expectes tantum e tali potius periodo, in qua manifestius quam Met. XIII, 730 Ovidius hac permutatione usus esset, Ciris auctorem verba quaedam desumpturum fuisse. R. Helm, qui vs. 56 codicum HAR lectionem retinet eamque ut ablativum absolutum intellegit (*illa in longe aliam figuram mutata membra*; ad duritiem dictionis *in membra figuram = membra in figuram* conferas Prop. III, 4, 18; Cop. 4; Cul. 205), versum nostrum ita leviter emendavit: *Scyllaeum monstro saxa infestata vocari* (Rh. Mus. 85, 260 sq.), quod propter vs. 56 nimis dure dictum esse puto, quamquam et Hauptii et Ribbeckii emendatio, quam plurimi edd. in textum receperunt, valde incerta est. **Scyllaeum** h.l. nomen proprium esse Helm l.l. putat (cf. Paus. II, 34, 7; Strab. I, 2, 9; 14; 15; 16; 25; VI, 1, 5; VIII, 6, 13; Liv. XXXVI, 42, 6; Pomp. Mel. II, 49; cf., Knaack, Rh. Mus. 57, 222). Potius autem *Scyllaeum* ut adiectivum (cf. e.g. Verg. Aen. I, 200; Stat. Theb. I, 333) cum subst. q.e. *saxum* coniungere velim; auctorem nostrum non promunturium ad Hermionam situm spectat, sed Siciliae saxum (Σκύλλαϊον ἄκρον: Polyb. XXXIV, 4 ap. Strab. I, 24), ubi Scylla monstrum omnium fere auctorum consensu collocatur (cf. Eur. Med. 1342 et schol. ad l.; ibd. 1359; Thuc. IV, 24, 5; Verg. Aen. III, 420 sqq.; VII, 302 sq.; Sen. Med. 350; Waser in Roscheri Lex. IV, 1024 sqq.; Schmidt, RE, III^A, 647—658).

58. „*aerumnae = labores*; cf. Cic. Fin. II, 118; Plaut. Pers. 2; Epid. 179; Ter. Hec. 286; Front. p. 1582 N (Iuv. 10, 361)“ (Drachmann, 421); de etymologia vid. Muller. Altit. Wb. pag. 16; Walde,

Lat. Etym. Wb. s.v.; Zimmermann, Etym. Wb. s.v. Cf. etiam Paul. Fest. 22, 16 (a v. d. Lenchantin all.): *aerumnae labores onerosos significant* (Cic. Tusc. IV, 8, 18 *aerumna aegritudo laboriosa*). Plautus et Iuvenalis Herculis labores aerumnas vocant, l.n. de diuturnis laboriosisque erroribus Ulixis sermonem esse puto (Hom. Od. I, 4 ἀλγεα). De interpretatione enim edd. dissentiunt. Skutsch (II, 32) confitetur: „Ich glaubte früher, *aerumnis Ulixi* soll heißen: 'in der Odyssee (lesen wir)', nun bin ich durch *saepe* stutzig geworden'. Si revera idem valeret quod in *Odyssea*, ablativus locativus (cf. e.g. Cir. 95; 208) putandus esset. Recte autem Skutsch addit: „Das musz ich also dahingestellt sein lassen. Trotzdem scheint mir klar, dasz *Ulixi* zu *aerumnis* gehört, nicht zu *Dulichias rates*“. *saepe* cum verbo q.e. *legamus* coniungendum est (perperam Rushton Fairclough in versione *saepe* et *vexasse* inter se coniungit). Mortimer Linforth (Am. Journ. of Phil. 27, 439) ablativum q.e. *aerumnis* cum verbo q.e. *vexasse* coniungendum putat (quem utrum locativum an instrumentalem intellegere velit, non satis liquet); duobus versibus haec verba inter se esse disiuncta non esse putat cur gravemur, quia vss. 59 sq. a Verg. Ecl. VI, 75 sq. auctor desumpsit. Optime tamen Leo sensum reddidit, ita (Herm. 42, 40,1) vertens: „von der wir oft lesen, dasz sie auf den Irrfahrten des Odysseus die Dulichischen Schiffe beunruhigt habe“; ad verborum ordinem, cf. Verg. Georg. I, 385 *vento impendente labi*; Aen. IV, 556 *vultu eodem — se obtulit*; VII, 225 *refuso Oceano*, nequaquam cum *summovet* coniungendum. Ellis in app. crit. pro *aerumnis* coniecit *errantis*, conferens δς μάλα πολλὰ / πλάγχθη; nihilo minus eam coniecturam (iure, ut opinor) in textum recipere non ausus est. *Ulixi*, cf. Verg. Aen. II, 90 *pellacis (fallacis?) Ulixi*; II, 7 *duri miles Ulixi*; III, 273; identidem praeter genitivi formam *Achillis* (XII, 352) etiam *Achilli* (I, 30) occurrit; I, 220 *Oronti*; cf. Charis. I, 68, 19: *inveniuntur . . . quae sine ratione genitivum faciunt per -i ut . . . 'fallacis Ulixi'*.

59. Locutio q.e. **candida succinctam latrantibus inguina monstribus** varios in modos variata saepenumero occurrit post Lucr. V, 892 sq.: *aut rabidis canibus succinctas semimarinis | corporibus Scyllas*; cf. e.g. Catull. 60, 2 *aut Scylla latrans infima inguinum parte*; Cul. 331 *Scylla rapax canibus succincta Molossis*; Verg. Ecl. 6, 75 (vid. infra ad vs. 60); Tibull. III, 4, 89; Prop. IV, 4, 40 (cf. III, 19, 21; Knaack, Rh. Mus. 57, 209 sq.); Ov. Met. XIII, 732; XIV, 60 (— *latrantibus inguina monstribus*); Am. III, 12, 21;

Art. Am. I, 331; Her. 12, 123; Fact. IV, 500. De Scylla, praeter ea quae ad l. n. Lenchantin adnotavit, cf. Waser in Roscheri Lex. IV, 1023 sqq.; Schmidt, R.E. III^A, 647 sqq.; Daremberg—Saglio IV, p. 1156. **monstris** cf. Cir. 79; Verg. Aen. III, 424 sqq.:

*at Scyllam caecis cohibet spelunca latebris
ora exsertantem et naves in saxa trahentem.
prima hominis facies et pulchro pectore virgo
pube tenuis; postrema immmani corpore pistrinx
delphinum caudas utero commissa luporum.*

60. Dulichias rates; Ladewig—Jahn ad Verg. Ecl. 6, 76: „Dulichium war eine Insel, die zur Herrschaft des Odysseus gehörte. Bei Homer, p. 205, hat dieser freilich nur noch ein einziges Schiff“. Verisimile ergo est Vergilium plurali poetico (de quo cf. Norden, Aen. VI², p. 408 sq.; Kroll, Studien, p. 258) usum esse. Quam insulam antiqui Dulichium appellare soliti sint, non ita facile est ad discernendum. Dörpfeld (quem sequitur Leaf, Homer and History p. 151) Homerum per Dulichium illam insulam intellegere putat, quae nunc Kephallenia dicitur, contra Bérard (Les Phéniciens et l'Odyssee, II, 442) insulam hodie nomine q.e. Meganisi designatam; cf. Strab. X, 2, 10—14, p. 452—456. **vexasse** Skutsch (I, 101) Probum sequens, idem dicere velle quod *tulisse, raptavisse* putat, sicut Cir. 481 *vexarier* idem valere videtur quod *ferri, raptari*; cf. Ladewig—Jahn ad Verg. Ecl. 6, 76, quem ad l. Servius haec dicit: *vexasse rates autem per tapinosin dictum est, nam non vexavit, sed evertit, quod Probus vult hac ratione defendere, dicens 'vexasse' venire ab eo, quod est 'veho, vecto, vexo', ut 'vexasse' sit portasse et sine dubio pro arbitrio suo evertisse; Serv. auct. ibd. (cf. Gell. N.A. II, 6, 2—5): qui fertur et raptatur et huc atque illuc distrahitur vexari proprie dicitur; cf. Lucr. I. 279 sunt.... venti.... corpora.... | quae.... nubila caeli | verrunt ac subito vexantia turbine raptant; VI, 429 et quaecumque in eo tum sint deprensa (cf. Cir. 61) tumultu | navigia in summum veniant vexata periculum. Recte ergo Serv. (vid. supra) **vexasse** interpretatus esse mihi videtur idem id dicere velle putans quod *evertisse* vel *fregisse*. **gurgite in alto**, cf. Catull. 64, 14; 178; 183.*

61. deprensos viri docti varie explicant. Primo enim loco conferri possunt loci quales sunt Hom. Od. XII, 96; 123 τόσους δ' ἐκ φῶτας ἔληται; 245 Σκύλλη γλαφυρῆς ἐκ νηὸς ἐταίρους / ἔξ ἔλεθ' (cf. 101 φῶτ' ἔξαρπάξασα νεὸς κυανοπρώροιο; Liv. II, 12; Caes. B.C. I,

38; Cic. ad Fam. II, 12 quem ad l. Schol. Bern. p. 803 *ideo nautae torquebant ad eam naves virginem eam credentes, quos illa comprehensos beluis suis porrigebat ut rabiem luporum posset compescere*. Rectius autem sensum intellegi puto cum conferamus e.g. Verg. Georg. IV, 421 *deprensus olim statio tutissima nautis* (vid. Lade-wig—Jahn ad l.); Lucr. VI, 429 (vid. Munro ad l.); Catull. 25, 13 (vid. Ellis ad l.); Hor. Carm. II, 16, 2. Haec Servius ad Verg. Georg. IV, 421 (*deprensos*) adnotavit: *verbum proprie nauticum, cum tempestate occupantur*. Leo *deprensos nautas* cum Bentleio (ad Hor. Carm. I, 14, 10) absolute vertit: „die Schiffer in Meeresnöten”. Mea autem opinione deprehendere l.n. idem fere valet quod *occupare*, etsi de tempestate nullus sermo est; ergo: *nautas quos subito et necopinato occupaverat*, id quod cum Homeri descriptione (Od. XII, 234—260) optime congruit. Vss. 59—61 e Verg. Ecl. VI, 74—77 fortasse auctor demutuatus est: *saepe legamus*; cf. Reitzenstein, Rh. Mus. 63, 616; Helm, ibd. 85, 261 (ubi apte confertur Cic. Leg. I, 1: *saepe a me lectus in Mario*) et Herm. 72, 1937, 92. Cf. etiam Verg. Aen. VI, 791 *quem promitti saepius audis*.

62. **Maeoniae chartae** per metonymiam i.q. *carmina Homeri*, cf. Ov. Ep. ex P. IV, 12, 27; *Maeonia* proprie i.q. *Lydia*; inde i.q. *Asia*; Vergilius semel (Aen. XI, 759) hoc nomine Etruriam designat, quia Etrusci a Lydis originem trahere putabantur; ap. Ov. Homerus *Maeonides* appellatur (e.g. Trist. II, 377; cf. Owen ad l.) **charta**, vid. ad vs. 39. **non patiuntur** = *vetant (auctoritate sua sc.)*. Recte vss. 62 sq. vertit Leo (Herm. 37, 30), quem sequitur Skutsch (II, 139): „Aber weder Homer gestattet daran (an die Identität der beiden Skyllen) zu glauben, noch der schlechte Gewährsmann jener Dichter (die die Identification vornehmen). Diese Dichter bewegen sich in *dubii errores*, denn sie halten bald diese, bald jene für die homerische Skylla”, quae versio inde proficiscitur quod verba ita supplenda esse apparet: *credere sc. illam Scyllam Nisi eandem esse quae Ulixis navem vexaverit*.

63. Hoc loco **non patitur** (= *vetat*), per zeugma quoddam adhibitum, alium in modum intellegendum est: quia parum auctoritate fruitur is, qui istos poetas, qui alii alia finxerunt de Scylla in monstrum mutata, in dubios errores pellexit, non est cur credamus ei fabulae alteram Scyllam alteri adaequanti; vel potius, quia simplicius: quod vanus (vid. infra) erat is auctor qui istos poetas in dubios errores pellexit, vetamur credere isti adaequationi; cf.

R. Helm, Rh. Mus. 85, 262. **malus** is est qui in dubios errores ducit, qui ergo indignus est cui credas. „Ob hier der griechische Dichter gemeint ist, der die Variante poetisch behandelt hat“, quod verisimilius videtur (cf. Kroll, R.E. XI, 116 s.v. κείρις), „oder der Mythograph, der dem Verfasser der Ciris als Zeuge für sie bekannt war, ist nicht zu sagen; einer von beiden gewisz.“ recte Leo (Herm. 37, 30) animadvertit; cf. etiam Rand. H.S. 30, p. 148, 3. **istorum** sc. complurium magnorum poetarum, qui ista adaequatione usi sunt. „**dubius** ist ein kühnes, aber verständliches Epitheton ornans zu *error*; irrige Ansichten erwecken mit Recht Zweifel (Th. I.I. V, 1, 2117, 59)“, recte R. Helm, Rh. Mus. 85, 261.

64. In versuum 64—98 periodo levem compositionis inconcinnitatem deprehendimus: non enim de poetis sermo est qui Scyllas inter se confuderunt, sed longa series narratur fabularum Scyllae marinae historiam canentium, quae, cuiuscumque filiam illam fuisse affirmant (nusquam Nisi filiam illam fuisse dicere videntur), tamen ita consentiunt, ut omnes Scyllam in monstrum marinum mutatam esse testentur. Minus apte ergo per voculam q.e. *namque* duae diversae sententiae copulantur, quae ita fortasse intellegendae sunt, ut vs. 63 de poeta quodam Alexandrino qui primus istam adaequationem vulgaverit, auctor noster sermonem fecerit, vss. autem 64—89 mythographum quendam aequalibus satis notum, qui omnes de Scylla marina fabulas collegerit eiusque confusionis quam Verg. Prop. Ovid. contraxerint, fons esse potuerit, velut digito monstraverit. Quaecumque ea sunt, ad egressionem locutio q.e. *dubii errores*, cui uberiore interpretatione (*namque*) opus esse poeta, nimium libenter facultatem doctrinae ostentandae arripiens, putavisse videtur, auctorem nostrum pellexit. **namque alias alii** a Lucretio (I, 1115; II, 507; 510; IV, 1039; V, 327; 1456) noster demutuatus est. *namque* versus initio etiam occurrit Catull. 64, 52. **vulgo**, quod emphatice ad *alias alii* additum esse puto, neerlandice ita potissimum vertere velim: 'naar willekeur' vel 'zonder eenige beperking', id quod contextus postulare videtur, quamquam nihil inveni, quod hanc significationem adstruere possit. Ad vim verbi cf. e. g. Cic. Mur. 35 *quid est vulgo? universos*; ad Att. XVI, 10 *vulgo loquebantur* (neerl.: 'men zeide algemeen') *Antonium mansurum esse Casilini*; Ter. Andr. 426 *verum illud verbum est vulgo quod dici solet, | omnes sibi malle melius esse quam alteri*; Verg. Aen. VI, 283

ulmus...., *quam sedem somnia vulgo | vana tenere ferunt*, quem ad l. Plessis—Lejay: ‘*vulgo* doit être joint à *tenere*: „temere, passim, catervatim” Servius’).

65 **Colophoniaco**, cf. illud: ‘Ἐπὶ πόλεις διερίζουσιν περὶ ῥίζαν Ὀμήρου / Σμύρνα, Ῥόδος, Κολοφών, Σαλαμίς, Ἴος, Ἄργος, Ἀθήναι. Colophona Homeri patriam fuisse ante alios Nicander (περὶ τῶν ἐκ Κολοφῶνος ποιητῶν), cuius libro c. t. Ἐτεροιούμενα etiam Parthenium innisum esse viri docti putant, testatus esse videtur; cf. Skutsch, II, p. 139, 1. **quae dicantur**, quod codd. HL tradunt (*dicuntur* AR), legere malim (contra R. Helm, Rh. Mus. 85, 262); sensus enim hic est: unam tantum Scyllam Homerus novit; alii tamen auctores alias puellas fingunt, quas ab Homero Scyllam nominatas esse putant et declarant. Lenchantin in ed. *quam* (= *quam quae*, cf. Cic. Brut. 123) *dicantur* proposuit, qua coniectura neque sermonem emendavit et sensum obscuriorem fecit.

66. **Crataein ait** emendatione restituit Heyne; codd. *gratinei* (HAR) vel *cratein* (L) tradunt; Sillig *Crataein ei* (sc. *dicit*) proposuit; verbo autem dicendi locus noster vix carere potest; vid. R. Helm, Rh. Mus. 85, 262. *Crataein*: declinatio graeca qua saepe utitur Ciris auctor, cf. e.g. 112; 463; 468; 471; 473; 535. De Crataeide vid. Forbig. et Lench. ad l.n.; Schmidt, RE, s.v. Skylla, III^A, col. 648 sq.; Stoll in Roscheri Lex. II, 1, col. 1408. **Crataeis** Heinsius restituit (omnes codd. *eritheï* dant) quem omnes fere editores secuti sunt. Ellis tantum (Am. Journ. of Phil. 26, 440) pro *Crataeis* coniecit: *Hecateis* (= Hecates filia), conferens Apoll. Rhod. IV, 826 sq. (ubi Hecaten eandem esse ac Crataein testatur) Σκύλλης Αὔσονίης ἑλοόφρονος ἢ ντέκε Φόρκω / Νυκτιπόλος Ἐκάτη τήν τε κλείουσιν Κράται (cf. schol. ad vs. 828; Hes. Erg., frg. 150 Rz.³; Waser in Roscheri Lex. IV, 1030). Alibi *Hecateis* sensu h.l. ab Ellisio accepto nusquam occurrit; Ov. (Met. VI, 139) adiectivi q.e. *Hecateius* (Met. XIV, 44 *Hecateia carmina*) formam femininam fingit q.e. *Hecateis*: *sucis Hecateidos herbae*; plerisque autem editoribus consentio recte Heinsium versum emendavisse; ad codd. orthographiam conferri possis schol. ad Fulg. Myth. II, 9, ubi Scylla *filia Phorci et nymphae Cretheidos* dicitur; cf. Serv. ad Verg. Ecl. 6, 74; Aen. III, 420, quos locos ad vs. 76 afferam. De nominis q.e. Κράταις etymologia (κραταίως) cf. Schmidt, R.E., III^A, 648; de accentu: Kühner—Blass, Gr. Gramm. I. § 84, p. 329 sq. Complures

locos ubi de Crataeide sermo est, enumerat Schmidt, R.E. III^A, 649.

67. Echidnam Typhoni Scyllae matrem fuisse etiam testatur Hyginus, praef. 12, 17; fab. 151; 125. Multa sunt monstra, quorum parentes Typhon et Echidna fuisse dicuntur; cf. Schmidt, R.E. III^A, 649; v. Sybel in Roscheri Lex. I, 1213 (cf. Hes. Theog. 306 sqq.). Codd. haec tradunt *genuit gravena* (-enna H²) HA¹R, *genuit grandeva* L, idemque volens (ut putat Vollmer) A² effecit *genuit grandena*; *monstro . . . bifirmi* omnes codd. dant. De loco nostro uberrime scripsit Ellis, Am. Journ. of Phil. 15, 471 sq.; cf. etiam R. Helm, Rh. Mus. 85, 262. **monstro bifirmi**: si hac locutione Typhon designatur, eximium sensum ea praebet (vid. Apollod. I, 39; Hygin. praef.; fab. 151). Itaque libenter dativum retinere velim; unica corruptela in voce q.e. *gravena* quaerenda esse videtur, ubi nomen proprium q.e. *Echidna* latere recte Haupt vidit qui emendavit *sive illam monstrum genuit grave Echidna bifirmis*. Kent (Class. Rev. 17, 305), quem sequuntur Housman et Vollmer, dativum q.e. *monstro bifirmi* retinet et ita textum emendare conatur: *sive illam monstro generavit Echidna bifirmi. genuit gra*, quod codd. tradunt, exstitisse putat
era

e *genuit* Nihil autem esse cur verbum q.e. *genuit* reiciamus recte (conferens Verg. Aen. I, 618; IV, 366; V, 39) R. Helm (Rh. Mus. 85, 262) animadvertit, qui *sive illam monstro genuit fera Echidna bifirmi* (cf. Th. l.l. VI, 605, 13 sqq.; Hes. Theog. 297; 304) legere mavult. Lenchantin *gravem Echidna* proposuit, quod quidem maxime codicibus congruit (*gravem* i.q. πῆμα βροτοῖσιν: Hom. Od. XII, 125). Ellis in app. crit. haec quaerit: „videtur latere nomen in -αινα, qualia multa sunt piscium ζύγαινα, μύραινα, σφύραινα, φώκαινα, φάλαινα. Fuitne *glanyaena*? an *glaucaena*?” Quenam lectio praeferenda sit, haud ita facile est ad discernendum. Levissimam tamen emendationem, quam Helm proposuit, in textum recipere malim. Stricto sensu haec fabulae versio contextui hic obvio haud scio an non congruat; Scyllam enim, si ei auctori qui Typhonis et Echidnae filiam eam fuisse finxit, credimus, monstrum iam natam esse verisimile est et vix postea *repente* (Cir. 79) in monstrum mutari potuit.

68. est neutra; perperam Vollmer (Sitzungsber. der Bay. Ak. 1907, 361, a. 1) *nec utra*: „*neutra* als Trochäus ist für Vergils Zeit unmöglich, das ist zu folgern aus den Darlegungen bei Birt, Rh. Mus. 34, 4 und

52 Suppl., p. 22", quod, ut opinor, nec probavit ipse nec probare voluit Birt neque ex eius dissertationibus concludi licet. Age ergo afferam quae scripsit Birt, Rh. Mus. 34,4: „Wenn nun auch in Versen wie des Horaz Sat. II, 2, 66 *in neutram partem cultus miser* wahrscheinlich daktylisch gelesen wurde, so ist doch auch der andere Fall nicht auszuschließen. . . . Dies (scil. vocem *neutra* per duas syllabas legendam) ist einmal sicher eingetreten in einem Verse der Ciris, 68." Cui recte addit poetas vocem q.e. *neuter* evitare solere: „Vergil hat es nie; Horaz nur einmal. . . . Ovid setzt ausser Am. I, 14, 11 viel mehr den obliquen Casus: Met. IV, 379; V, 91". Vid. etiam Helm ad l. **atque** idem fere valet quod vern.: 'maar veeleer'. **carmine**: tota in fabula, quoquo modo eam auctores tradiderunt. Quominus de certo quodam carmine, sicut de Odyssea (ut putat Kaffenberger, p. 149, 14), l.n. sermo sit, sensus impedit.

69. Rushton Fairclough, quem laudat Frank (p. 99) versum nostrum ita vertit: „the sin of lustfulness and love's incontinence" Allegorice h.l. Scyllae fabula explicatur (cf. Cir. 77 sq.), quo fabulas explicandi modo, qui hic et illic apud Platonem (qui et ipse fabulas allegoricas finxit) iam occurrit, imprimis Stoica disciplina usa est. Accurate discernendus est ab eo modo qui per rationem sensum quandam in fabulis invenire studet (vern. 'de rationalistische mythenverklaring'). Ex Aristotelis schola originem traxit haec methodus, cuius auctores imprimis Palaephatus et Euhemerus fuerunt. Arguere e.g. conabantur deos et heroes homines antea illustres fuisse, quibus mortuis propter beneficia civibus et generi humano allata honor divinus tribueretur. Cum certo quodam homine semper fabulam coniungere studebant ii auctores qui hac methodo uti solebant. Itaque minus accurate ad l.n. Scaliger adnotavit: „quod a pube canis tota fuerit, hoc significare eius immoderatam libidinem, qualis est in canibus, qui *ἀναίδην* coram omnibus coeunt" Ad vs. 78 sqq. aptior haec annotatio fuisset, ubi de vitiis abstractis nullus sermo est, sed potius de femina quadam, cuius immoderata libido ita infamis fuisse dicebatur, ut per imaginem canum monstrorumque, quibus inguina ei succincta esse dicebantur, designaretur. Cum versu nostro conferre licet Fulg. Myth. II, 9: *Scylla. . . . graece quasi σκόλμων dicta est quod nos latine confusionem dicimus et quid confusio nisi libido est?* **inguen** metonymice i.q. *libido*, quod egregie contextui (cf. vs. 59) aptum est.

Verbum q.e. **describere** alio tantum sensu apud Verg. in usu est: Aen. III, 4, 45 *in foliis descripsit carmina*; VI, 850 *caelique meatus / describent radio*.

70. sive etiam etiam legitur Lucr. IV, 356. **speciem mutata**: cf. Lucr. IV, 141 *nec speciem mutare suam*. Ad contextus sensum vid. schol. ad Lyc. Alex. 46 ἦν δὲ ἡ Σκύλλη γύνη εὐπρεπῆς Ποσειδῶνι συνοῦσα. Ἀμφιτρίτης δὲ ζηλοτυπησάσης καὶ φάρμακα ἐμβαλοῦσης (quod probat iniuria v. d. Baehrensium *tactis* proposuisse; codd. *iacris* [HA¹R] et perperam *exactis* [LA²] tradunt) ἐν τῇ πηγῇ, ἐφ' ἧς εἰδῶθαι λούεσθαι, ἀπεθριώθη. Fulg. Myth. II, 9: *Scyllam ferunt virginem pulcherrimam quam Glaucus Antedonis filius amavit, quem Circe Solis filia diligebat irataque Scyllae fontem, in quo lavari solita erat, venenis infecit. Ubi illa descendens ab inguine lupis canibusque marinis inserta est*. Hac de fabula uberius infra ad vs. 76 loquar; vid. etiam quae v. d. Lenchantin adnotavit. **mutata**, sc. est, nisi potius anacolouthon exstitisse putandum est.

71. infelix virgo cf. Verg. Ecl. 6, 47 *a! virgo infelix. . . .*, quem ad I. Servius e Calvi carmine c. t. Io hunc versum (fr. 9, Morel) affert: *a! virgo infelix, herbis pasceris amaris*; cf. Manil. V, 587; cf. Heinze, Vergils epische Technik, p. 371; vid. etiam ad Cir. 27.

72. ipse pater: *Neptunus* sc., sicut etiam Catull. 64, 21 *tum Thetidi pater ipse iugandum Pelea sensit*. **timidam saeva** codd. HLA² tradunt; *nudā seva* A¹; *“scaevam nudā* R. Praeter unum Ellisium omnes edd. *timidam* recipiunt: pro verborum autem coniunctione q.e. *saeva harena* alius aliud coniecit: Ruardi: *sola* (cf. Catull. 64, 57); Heyne: *flava*; Haupt (quem sequitur Helm, Rh. Mus. 85, 263): *sicca*. Satis firme autem, ut puto, Lenchantin lectionem codd. HLA² traditam defendit: „*saeva* per enallage riferito ad *harena* in luogo di *saevus* che conviene a *pater*: Catull. 51, 11 *geminā teguntur / lumina nocte*”. Vid. H. V. Canter, ‘Rhetorical Elements in the tragedies of Seneca’ p. 134 (“Adjectives referring to persons or things are attributed to the place where they are found”, cuius enallages figurae crebra exempla affert).

73. castae emendatione restituerunt Schwabe (In Cirin carmen observationes, Dorpat, 1871, 10) et Baehrens (Fleck. Jahrb. 105, 1872, 836). Codd. vel *carte* (HA¹R) vel *car(a)e* (A²L; in L, sicut in V, *curae* traditum esse Curcio putat) tradunt. Heinsius *canae* proposuit; *castae* eodem versus loco etiam occurrit Cir. 23. Ad vss. 23 et 73 conferre licet Claudian. 37, 40 *coniugium castamque*

cupit violare Minervam. Amphitrites eodem versus loco etiam vs. 486 auctor noster posuit: porro conferas Catull. 64, 11; Ov. Met. I, 14; Fast. V, 731; vid. Ganzenmüller, 625, qui nonnullos Dionys. Perieg. et Apoll. Rhod. locos affert, ubi Ἀμφιτρίτη in fine versus positum spondiacum efficit. In carmine nostro quindecim spondiaci reperiuntur, id est fere tricesimo sexto quoque versu (in Catulli Epithalamio decimo quarto quoque versu) idque ita ut auctori nostro versus spondiacus graecam per vocem clausus maxime placuerit (cf. 96, 113, 239, 326, 413, 474, 486, 535); versus spondiacos apud Alexandrinos maxime eorumque imitatores in usu fuisse iam vidisse Ciceronem (ad Att. VII, 2, 1) nemo ignorat. Norden, Aen. VI³, p. 441 sqq. (ubi vid.) apud Vergilium quadringentesimo fere quoque versu spondiacum inveniri animadvertit. In carmine c.t. Culex, quod plerique Vergilium scripsisse opinantur, nullus spondiacus occurrit (vid. Plésent ad Cul. 117; 269).

74. at tamen versus initio, alio licet sensu, etiam occurrit Catull. 64, 160; **poenas exigere**; apud Ovid. praecipue haec locutio in usu est, cf. e.g. Met. VIII, 125, ubi Scylla, Minoa exsecrans, patrem invocat (cf. Cir. 191): *exige poenas, Nise pater!* vid. etiam Trist. V, 8, 9 ad vs. 228 allatum; praeterea apud Lucan., Stat., German. (Arat. 1208; vid. Steele, Am. Journ. of Phil. 51, 178). Apud Vergilium: *poenam (poenas) pascere, reposcere, sumere. at tamen longo post tempore* i.q. *quamquam longo post tempore, (at) tamen*; vid. Kühn.—Stegm. II, 98: 'manchmal ist tamen auch den konzessiven Gedanken vorausgeschickt', cf. Cic. Sest. 140; ad Fam. II, 16, 7; XII, 10, 4; Prop. II, 55. Vid. etiam ad Cir. 263. Eundem sensum elegantius expressit Ovidius Met. II, 467 *distuleratque graves in idonea tempora poenas*; cf. (ubi de Phorci Scylla sermo est) Met. XIV, 70 sq. *Scylla loco mansit cumque est data copia primum, | in Circes odium sociis spoliavit Ulixen.*

75. cura cf. Verg. Ecl. 10, 22 (cf. Forbig. ad l.; Thes. l.l. IV, 1466, 57; 60. Am. I, 3, 16). **alto** sc. *ponto*, cf. e.g. Verg. Aen. I, 3; V, 764 (in sermone pedestri e.g. Cic. Fin. IV, 23; Caes. B.G. IV, 24). *tu(a)e*, quod codd. HAR tradunt, sensu caret; in cod. L **suae** legimus, quod idem valere quod *eius* satis probavit Thomason, Class. Phil. 19, 155, afferens Cul. 388 (cf. Plésent, Culex, Etude, p. 363); Aetn. 46; 581 (cf. Herr, de Aetn. sermone p. 41); Lygd. 6, 20; complures Ovidii locos (vid. e.g. Met. XV, 819 *tu facies natusque suus*: cf. XIV, 42 et Korn—Ehwald ad l.); apud Verg. hic usus

nusquam (nec Aen. IV, 633) occurrit. Vid. etiam Stolz—Schmalz⁵, p. 470. Apud nostrum conferas Cir. 524 (vid. ad vs. 133). Helm *piae* coniecit.

76. trucem pontum eodem versus loco legitur Catal. 9, 47 (cf. Th. Birt, Erklärung des Catal., 1910, p. 184); de epitheto cf. Catull. 4, 7 *Propontida trucemve Ponticum sinum*; 64, 179 *ponti truculentum aequor*; ad vs. n. etiam conferas Manil. V, 666; Lucan. III, 577; Sil. I, 126; VI, 706; Stat. Silv. III, 1, 35.

Ad vs. 70 (ubi vid.) iam attuli Schol. (Tzet.) ad Lycophr. Alex. 46, ubi fabulae versio occurrit, quam etiam narrant Schol. ad Lycophr. Alex. 650 et Servius ad Verg. Ecl. 6, 74 et ad Aen. III, 420 (vid. infra) et stringit Nonnus, Dionys. XLII, 409. Diversam autem eiusdem fabulae versionem legimus apud Fulgent. Myth. II, 9, ad vs. 70 allatum (ubi vid.) et in Hyg. fab. 199: *Scylla, Crataeidis fluminis filia, virgo formosissima dicitur fuisse: hanc Glaucus amavit, Glaucum autem Circe, Solis filia; Scylla autem, cum assueta esset in mari lavari, Circe Solis filia propter zelum medicamentis aquam inquinavit: quo Scylla cum descendisset, ab inguinibus eius canes sunt nati atque ferox facta. Quae iniurias suas executata est. Nam Ulixen praenavigantem sociis spoliavit. Utamque versionem Servius narrat ad Verg. Ecl. 6, 74: *Scyllae duae fuerunt, una Phorci et Creteidos nymphae filia, virgo pulcherrima, quam cum amaret Glaucus, deus marinus, dum ipse amaretur a Circe et eam contemneret, illa irata fontem, in quo se Scylla solebat abluere, infecit venenis; in quem cum descendisset puella, media sui parte in feras mutata est. hanc postea Glaucus fecit deam marinam quae classem Ulixis et socios evertisse narratur. quidam Scyllam hanc a Neptuno amatam dicunt et per Amphitriten, coniugem Neptuni, metuentem paelicis formam, venenis Circes in monstrum marinum esse mutatam. Altera vero Scylla fuit Nisi, sqq. nec non idem ad Aen. III, 420: *Scylla autem ipsa Phorci et Creteidos nymphae filia fuit. hanc amabat Glaucus, quem Circe diligebat; et quoniam pronior in Scyllam fuerat, irata Circe fontem, in quo illa consueverat corpus abluere, infecit venenis: in quem illa cum descendisset, pube tenus in varias mutata est formas. horrens itaque suam deformitatem se praecipitavit in maria. alii a Glauco, cum sperneretur a Scylla, rogatam Circe et iam ita, ut legatur, mutatam dicunt. alii a Neptuno amatam, cum illa Glaucum amaret, rivalitatis dolore in hoc monstrum mutatam. Idem narrant Ovid. Art. am. I, 333; Met. XIII, 898—XIV, 74 (vid. ad vs. 74) et***

Myth. Vat. I, 3; II, 123; 169, qui exscripsit quae Servius ad Verg. Ecl. 6, 74 adnotavit. Vidimus ergo eam fabulae versionem quae Scyllae, Glauci, Circes historiam narrat, hos auctores tractavisse: Ovid. (Met. XIII, 898—XIV, 74; vid. Korn—Ehwald ad XIII, 898 sqq.); Hygin. (fab. 199); Myth. Vat. (I, 3; II, 123; 169); Fulgent. (Myth. II, 9); Serv. (ad Verg. Ecl. 6, 74; Aen. III, 420); Jun. Philargyr. (ad Verg. Ecl. 6, 74; cf. Probi qui dicitur comm. eundem ad l.), cum eam versionem in qua Scyllae, Neptuni et Amphitrites fabula narratur, praebent Serv. (ad Verg. Ecl. 6, 47); Schol. (Tzet.) ad Lycophr. Alex. 46; 650; Nonnus (Dionys. XLII, 409); quos locos accurate nobis interpretantibus comparantibusque haec concludere licet: 1°: ambas versiones inter se diversas bene distinguere auctores solent; 2°: cum Scyllae et Glauci fabulam narrant, Scyllam postea iniuriam acceptam ultam esse saepe addunt, idque semper eo modo ut sociis Ulixem spoliavisse dicatur; 3°: apud eos autem auctores qui Scyllae et Neptuni fabulam tractant, nusquam verbum fit Scyllam quoquo modo poenas ab Ulixē repetivisse. Ad versuum 70—76 interpretationem iam tandem transeo. Eundem, quem codd. tradunt, textum retinui; ita tantum ut vs. 75 cum cod. *L. suae* legam; finem versus 73 etiam parenthesis finem esse puto. Ambas fabulae versiones supra tractatas contaminavit auctor noster (id quod persaepe poetas fecisse testatur Servius ad Verg. Ecl. 6, 74: *poetarum more miscuit fabulas*), ita sc. ut Scyllae in Circenultionem, alibi in Scyllae et Glauci versione tantum occurrentem, in carmine nostro cum versione altera, i.e. cum Scyllae et Neptuni et Amphitrites fabula auctor coniunxerit. Quae fabularum contaminatio Servio non ignota fuisse videtur (ad Verg. Ecl. 6, 47: *per Amphitriten... venenis Circes in monstrum marinum esse mutatam*). De coniuratione quadam, cuius et Amphitrite et Circe participes erant, hac in adnotatione sermonem esse apparet. Scylla enim, cum Amphitritem, deam potentem et Neptuni coniugem, ulcisci nequiret, Circen, eiusdem sceleris, quo ipsa in monstrum mutata esset, participem ita punivit ut Ulixen, Circes amorem ac delicias, cum in alto mari praeternavigaret, sociis spoliaret. Recte Kaffenberger (Philol. 74, 141): „durch das zärtliche *cura suae coniugis* soll angedeutet werden, wie gut Skylla in Odysseus die Kirke traf.“ Sunt qui, iniuria, ut puto, parenthesis cum versus 76 fine concludendam esse opinentur et nomen proprium q.e. *Amphitrite* subiectum verbi q.e. *exegit poenas* ducant: Amphitriten enim Scyl-

lam, quae Neptunum ad amorem pellexisset, ultam esse poetam indicare putant; vox q.e. *tamen* ita tum intellegenda esse iis videtur, ut idem fere dicat quod a *Scylla quamvis innocenti tamen poenas exegit*. In vss. 75 sq. interpretandis hi viri docti inter se dissentiunt. Nonnulli enim Neptunum *curam suae coniugis* esse (Ellis et Vollmer in App. Verg. ed.) et vs. 76 de eadem transformatione, quam vs. 70 auctor designaverit, sermonem esse putant (Forbiger, Rushton Fairclough in Verg. versione, Lenchantin de Gubernatis). Quam vero interpretationem recte et alii (Kaffenberger, Phil. 76, 141) et R. Helm (Rh. Mus. 85, 264) reiecerunt. Alium tamen in modum Helm vss. 75 sqq. interpretatur (p. 263): „der *ut*-Satz gilt der verwandelten Skylla als Meerungeheuer, das die Seefahrer verschlingt und so auch des Odysseus Gefährten tötete“ (legendum proposuit *cura piaae coniugis* i.e. *Penelopes*; cf. Ov. Met. XIII, 301; Her. 1, 85; Trist. I, 2, 37; iam pridem Unger coniecerat *cura Ithacae coniugis*). Qua in interpretatione nequaquam cum eo consentio nec video quo modo versuum 75 sq. contextus talem in modum intellegi possit. Ita enim Helm versus nostros interpretari videtur: Amphitrite Scyllam ita ulta est ut venenis eam mutaverit in monstrum marinum, quod, sicut ex Ulixis historia omnibus notum est, nautas et navigia evertere et perdere solebat. Quam interpretationem praeterquam quod nimis dura mihi videtur, ideo etiam reicio quia, sicut supra iam animadverti, ubicumque de aliqua ultione ii auctores, qui Scyllae fabulam narrant, mentionem faciunt, semper ita eam intellegunt, ut Scylla Circen ulta sit, cum Ulixen sociis spoliaverit: Hyg. fab. 199: *quae iniurias suas (= sibi illatas) executa. nam Ulixen praenavigantem sociis suis spoliavit*; Ov. Met. XIV, 71 (*Scylla in Circes odium spoliavit Ulixen; longo post tempore* (Cir. 74) etiam reddiderunt Hyg. (ibd.: *postea*) et Ovid. (Met. XIV, 70: *cumque est data copia primum*).

77. **seu vero**, cf. Catull. 44, 5. In Verg. Georg. I, 86—91 legimus *sive—sive—seu—seu magis*, sicut apud nostrum *sive—sive—sive etiam—seu vero*; adverbium q.s. *magis, etiam, vero* ἐμφατικῶς addita sunt; vid. Munro ad Lucr. I, 1019. — — — **ut perhibent**, cf. Catull. 64, 124 *saepe illam perhibent* (vid. etiam Catull. 64, 76 et ad Cir. 56); Verg. Georg. I, 247; Aen. IV, 179; Cic. Arat. 447; Sil. It. I, 85. **vinceret**: eodem sensu (vern. i.q. 'overtreffen') hoc verbo saepenumero utitur Ovidius: vid. e.g. Her. 16, 70; Fast. VI, 44;

cf. Thomason, p. 156. Ceteroquin eundem usum apud sermonis pedestris auctores inveniri non est, quod moneam. **cum**, vid. ad vs. 84.

78. passim popularet: alliteratio. Iam transit auctor noster ad Scyllae meretricis fabulam narrandam, quam etiam praeter auctores a v. d. Helmio nominatos (Heracl. π. ἀπιστ. 2; Fulg. myth. II, 9; Callim. fr. 184, quem ad v. conferas Hesych. II, p. 170 κατάκασαι αἱ δια τὰ ὄνειδη ὑπὸ αἰσχύνης ἐπ' οἰκίας μένουσαι) tractavisse vel designavisse videntur Ov. Met. XIII, 735: *hanc multi petiere proci; quibus illa repulsis, | ad pelagi nymphas(-), pelagi gratissima nymphis, | ibat et elusos iuvenum narrabat amores*; Hieron. s.a 847: *Scyllam spoliare hospites solitam scribit Palaephatus in incredibilium libro primo* (cf. ad vs. 88); Isid. Etym. II, 12, 6 (Lindsay) *Scyllam non marinam feminam, sed maritimam feminam, nec succinctam canibus, sed rapacem aliquam et inhospitalem venientibus extitisse* (quos locos Lenchantin ad vs. nostrum attulit); cf. etiam quae ad vs. 69, Scaligerum afferens, adnotavi. **passim** idem fere quod *promiscue* (cf. Hor. Ep. II, 1, 117 et Forcell. s.v.); **popularet**; *populare* (i.q. *populari*, cf. Neue-Wagener II, 314) i.q. graece σκύλλειν (inde Callim. οὐ φύθος οὖνομ' ἔχουσα). Saepenumero meretrices cum Scylla rapaci comparantur vel Scyllae rapaces nominantur; vid. e.g. Catull. 64, 156; Anaxil. Neott. 15 sq. (Kock C.A.F. II, p. 270); Alciph. I, 21, 3 (Schepers); Eustath. 1714, 37; Liban. or. I, 22 (Förster); Anthol. Palat. V, 189. **quaestus** cf. Plaut. Poen. 1140 *facerentque indignum genere quaestum corpore* Eleganter vss. 77—80 vertit Oltramare, p. 302.

79. piscibus et canibusque satis defendit Leo (Progr. Gött., 1902, p. 7), multa e titulis exempla afferens itemque ex auctoribus haec: Tac. Hist. IV, 53 *argenti et aurique stipes*; 54: *per Gallias et Germaniasque*; Ann. I, 65: *et eodemque*; XIII, 26: *et flagitatumque*; Ennius iam scripserat (ap. Varr. l.l. VII, 36) *versibus quos olim fauni et vatesque canebant* (cf. Cic. ad Fam. I, 114). Quibus exemplis haec addidit Klotz (Ph. Wschr. 52, 1932, col. 1289): Bell. Afr. 33, 1; Bell. Hisp. 42, 4; Paneg. XII, 21, 3; Hist. Aug. Al. Sev. 14, 5; Firm. Math. praef. 5 al. (cf. Cul. 274; Lyd. 70). Pro et Schwabe (quem sequitur Vollmer) coniecit *heu*; Ellis: *haec*; Haupt (et Helm) vs. 80 ante 79 delegaverunt; Leo (quod adnotat Vollmer ad l.) post 1902 *en* coniecisse et 78, 83, 84, 79 ordinavisse videtur; in cod. L pro *que malis* legitur *rabidis*, quod in cod. A

verbo q.e. *malis* suprascriptum est. **vallata** ∪ — ∪, cf. Lucr. V, 27 *quid . . . | Hydra venenatis posset vallata colubris*; Manil. V, 678 *excipitur vasta circumvallata sagina*; Lucan. III, 374 *moenia . . . densa iuvenum vallata corona* (cf. Cir. 85). Verbo q.e. *vallare* semel tantum Vergilius utitur: Aen. XI, 915 *moenia vallant*; bis Ovidius (idque perf. pass. participio): Her. 4, 159; Ep. ex. P. I, 2, 23; cf. etiam Sen. Her. Oct. 1193 *centum anguibus | vallatus. repente*; quamquam omnes codd. *repente est* tradunt, tamen recte Ellis, qui Iac. Pontanum (ed. 1628) sequens, *est* omiserit, locum emendavisse mihi videtur (cf. ad vs. 84). Helm, fortasse recte, vs. 80 ante vs. 79 posuit.

80. circum vidit se = *circum se vidit*; de verborum ordine cf. quae ad Cul. 92 Leo adnotavit. **formas** h. l. in malam partem i. q. *monstra*; **sistere** h. l., ut saepe, intransitive positum est.

81. mirata; etiam conferas Verg. Georg. II, 82 *arbos | mirata estque novas frondes et non sua poma. expalluit* raro occurrit, vid. Catull. 64, 100 (ubi eodem versus loco positum est); nec non Hor. Ep. I, 3, 10 *Pindarici fontis qui non expalluit haustus. artus* in versus fine positum auctori nostro non minus quam Catullo (cf. e.g. 64, 303; 364; 76, 21), Vergilio (passim), aliis placuit: 198; 237; 399; 482; 494.

82. ipsa suos (cf. Catull. 64, 27) ἀπὸ κοινοῦ et ad vs. 81 et ad vs. 82 pertinet. Verbo q.e. **pertimescere** imprimis Cicero utitur, sive cum accusativo sive cum praepositione q.e. *de* coniuncto. **pertimuit latratus** (— ∪ — / — — —), cf. *litoribus desertis* (518); de versibus spondiacis, qui verbo trisyllabo clauduntur, id quod praeter Catull. et nostrum evitare solent poetae, vid. Kreunen, p. 44 sq.; etiam conferas quae ad vs. 73 adnotavi.

83. ausa quod est: ad vocem q.e. *quod* (cum indic.) cf. Vollmer, Sitzungsber. Bayer. Ak. 1907, 360; Stolz—Schmalz⁶, p. 721; Kühner—Stegm.² II, 382. **mulier . . . deorum** inter se opponuntur, cf. Verg. Aen. VII, 611 *mixta deo mulier*; Rushton Fairclough: 'she, a woman, dared to defraud the powers divine'. Pluralis q.e. *deorum* ita intellegendus esse mihi videtur, ut Scylla, cum in Venerem scelus committeret, omnium deorum (= divinum) numen contemneret vel potius obtrectaret (cf. Caes. B.C. III, 59 *stipendium equitum fraudare*; Pandect. XXXVI, 1, 62 *legem fraudare*); quamquam sine dubio in versu nostro auctor pecuniam illam „quam meretrices tamquam decumas quaestus sui Veneri vovere solebant

(cf. Boeckh ad Pind. Vol. II, P. II, p. 611) et qua Scylla avara deam defraudaverat" (Forbiger ad l. n.) significat, tamen *numen deorum* nihil aliud dicere velle nisi *Venerem* (cf. locutiones qualis est βίη Διομήδεος) et *fraudare* l. n. idem valere quod *privare aliquem aliqua re* vel *avertere aliquid alicui* (cf. e.g. Cic. ad Att. I, 1, 3 *fraudare aliquem magna pecunia*; Stat. Theb. VI, 186), minime credo.

84. et h. l., ut saepe, idem fere valere quod *scilicet* non est quod commonefaciam; versus enim exponit quo scelere Scylla numen deorum laedere ausa esset. **dictam... votorum... poenam**: per enallagen dictum pro *poenam votorum dictorum*; *vota dicere* i.q. *vota suscipere, facere, promittere*. Baehrens proposuit: *donorum avertere partem*, quod ita interpretatus est: „dona sunt munera amatorum, quorum partem olim Scylla Veneri voverat”; emendatione tamen opus non est; ad vocis q.e. *poena*, qui graecismus est (passim ita ap. Hom.; Pind. Ol. 2, 64; Eur. Iph. T. 446 etc.), vim conferas Ov. Art. II, 205 seu *iacies talos, victam ne poena sequatur*, quem ad l. ed. Oxoniensis (1835) notis variorum instr.: „... placet ut *poenam* accipiamus pro multa, sive pecunia, quam, qui victus est, persolvere necesse habet.” Recte etiam Leo (Progr. Gött. 8) locum ita interpretatur: '*votorum poena* non est solutio voti, sed pecunia propter votum solvenda'. **votorum**: multi erant amantes, quos passim popularet (78), multa etiam erant vota, quae Veneri Scylla promittere soleret. **avertere poenam** (*avertere* i.q. ap. Plaut. *intervertere* dicitur), cf. Catull. 64, 5 *auratam* (cf. Cir. 151) *optantes Colchis avertere pellem*; Sil. It. XIII, 303: „... *avertere poenas*, quos locos satis probare puto recte Scaligerum, cum *avertere* proponeret, traditam lectionem, q.e. *vertere*, emendavisse.

85. Huius versus tradita lectio haec est *quam mala multiplici invennum quod saepta caterva / dixerat* e.q.s., quae verba retinuit Ellis (vid. ad vs. 88), verbum q.e. *dixerat* idem esse putans quod *indixerat amatoribus*. Nostro autem loco de poenis, quas Scylla amatoribus indixit, id quod Ellis putat, nequaquam sermo est (**dictam Veneri votorum poenam**) neque non, si recta esset Ellisii interpretatio, plurali numero h. l. auctorem usurum fuisse exspectemus. Traditam lectionem item retinet Lenchantin, adnotans: „*dixerat* con lo stesso significato di v. 84 *dictam*”. Verbum q.e. *dixerat* (*quam poenam dixerat*) si retinere volumus, sive recipienda est emendatio quam Sillig proposuit: *consaepta* sc. (ita Vollmer, *consaepire* autem raro tantum invenitur: vid. Varr. L. L. V, 157;

Liv. X, 38, 5; XXII, 57, 6; Cic. Senect. 17; Suet. Ner. 33; apud poetas nusquam occurrere videtur, id quod Silligii coniecturam valde incertam reddit), sive cum v. d. Helmio (per ellipsin: *saepta*, sc. *erat*; cf. Leo, Sen. trag. I, 187) *multiplici* — *caterva* idem fere dicere accipiendum est ac *quod meretrix erat*, quam interpretationem, quamvis haesitans, accipio. Tamen eam emendationem dignam esse puto quam mente volvamus, quam proposuit Scaliger (quem sequuntur et alii et Leo, Herm. 42, 86, et Curcio in ed.): *vixerat* sc.: *quam (Scyllam) infamem fuisse, quod mala saepta . . . atque iactata . . . vixerat, Pachynus testatur*. De re cf. Heracl. Περὶ ἀπ. II (vid. ad vs. 78).

86. **atque** coniungit verba q.s. *saepta* et *iactata*. **iactata** ita interpretatur Scaliger: '*iactata* hoc est plane θηριωδῶς ἐνμανεῖσα.' Catull. 64, 97 *qualibus incensam iactastis mente puellam | fluctibus*, quem locum Leo (Herm. 37, 33) attulit, non esse cur conferamus Skutsch (II, 21) probavit, quem Leo, parum firmis argumentis nisus, refutare conatus est (Herm. 42, 86). **animo ferarum** (vid. Klotz, Thes. l.l. II, 104, 72 sqq.) **iactata**: 'von Sinnesart wilder Tiere umgetrieben' (Leo, conferens Verg. Aen. VII, 351; ad dicendi rationem cf. Aen. III, 331). Vollmer contra *iactata* idem valere quod *difamata* putat, quam interpretationem Lenchantin iure reiecit comparans vs. 1.

87. **tali meritorum more** ~~~ per enallagen dictum est pro *talium meritorum more* (*mos* = *modus*, cf. vs. 10), vern.: 'op de wijze van zulk een wangedrag', 'zooals men bij zulk een wangedrag verwachten kon'. *merita*, in malam partem: vid. e.g. Ov. Am. III, 3, 16; Ep. ex P. III, 3, 76; 6, 10. Ad versus structuram cf. Catull. 68, 137 *ne nimium simus stultorum more molesti*.

88. Versus nostri codicum consensus hic est: **docta Palaepaphiae testatur voce Pachynus** (H²: *pachinnus*). Quae verba quid significant? Adi. q.e. *Palaepaphia* epitheton esse Veneris sacerdotis vel potius Veneris ipsius verisimillimum est; Palaepaphum enim insulam fuisse Veneri sacram Strabo p. 684 hisce verbis probat: εἶτα Τρήτα καὶ Βοόσουρα καὶ Παλαίπαφος, ὅσον ἐν δέκα σταδίοις ὑπὲρ τῆς θαλάττης ἰδρυμένη, ὕφορμον ἔχουσα καὶ ἱερὸν ἀρχαῖον τῆς Παφίας Ἀφροδίτης; cf. etiam Pomp. Mel. II, 7, 5: *Salamis et Paphos, et quo primum ex mari Venerem egressam accolae adfirmant, Palaepaphos*, vid. etiam Paus. VIII, 5, 2. Quibus e locis tradita lectio, quod quidem ad hoc epitheton pertinet, satis firmatur. De ed.

Aldinae 1517 emendatione q.e. *Palaephatia* vid. infra. **Pachynus** (cf. Ov. Met. XIII, 725; Paus. V, 25, 5; X, 11, 3) vel *Pachynum* (cf. Pomp. Mel. II, 116; Plin. N.H. III, 89) promunturium est Siciliae insulae quod nunc capo Passaro dicitur. Ubi templum Veneris fuisse Vollmer („ibi igitur in templo Veneris inscriptionem de Scylla fuisse putandum”) suspicatus est, Lenchantin autem in ed. hisce verbis uberius disseruit: „Nel capo Passaro era un porto assai frequentato. Luogo adatto per un tempio ad Afrodite *ἑταίρα* ο πάνδημος ο πόρνη. Nel tempio probabilmente si trovava un' iscrizione sull' etera Scilla. Cercida, nei suoi giambi fr. 10 D, accennava a due belle etere siracusane chiamate dai concittadini *καλλίπυγοι* che, in seguito ai guadagni fatti per questa loro dote, eressero un tempio ad Afrodite *καλέσασαι Καλλίπυγον τὴν θεόν* (Athen. 12, 554d). L'etera Pitonice (Athen. 13, 594c), amante di Arpalo, ebbe, alla sua morte, un' ara e un tempio e fu venerata con il nome di Afrodite Pitonice.” Mirum ergo in modum poeta doctrinam ostentavisse videtur. Iam pridem autem versus sensum viros doctos non iam intellexisse, non est quod miremur. Quare ed. Ald. 1517 („et sic Philippus Phasianinus, qui Palaephatum primus edidit et Parrhasius in Claudianum, p. 269,” ut Vollmer in ed. animadvertit) legendum proposuit: *docta Palaephatia testatur voce papyrus* (*pachinus* e nota quadam exstitisse censens, *pagina* sc., quam, ut vocem q.e. *papyrus* interpretaretur, in margine librarius quidam adscripsisset; *papyrus* idem valeret quod *liber*, qui usus exemplis non caret: cf. e.g. Catull. 35, 2; Mart. III, 2, 4; Iuv. 7, 101). Palaephatum quendam (tres enim eiusdem nominis auctores exstitisse videntur) Scyllae meretricis fabulam tractavisse mera scilicet est coniectura. Qua de re vid. quae scripsit Ellis Am. Journ. of Phil. 15, 474 sq. Si cum Helmio d. *Palaepaphiae t. v. papyrus* legimus, ita fortasse versum interpretari possimus, ut de eo Callimachi carmine l. n. sermonem auctor faciat, in quo Scyllae meretricis fabulam enarraverit (vid. ad vs. 78). Perperam Baehrens, conferens Prop. III, 34, 89 *haec etiam docti confessa est pagina Calvi*. v. n. legendum proposuit *testatur pagina voce*.

89. quidquid—locutus; hac sententiola sermoni pedestri similima auctor comprehendit quae uberius vss. 64—88 tractavit.

90. Varie codd. hunc versum tradunt: *omne suam* A¹R; *omne sunt* A²L; *omne sim* H. *somnia sunt*, quod Heinsius proposuit, plerique edd. receperunt, comparantes Lyd. 44 sq. ubi, quamquam

valde incertum est quid auctor scripserit, tamen ita parenthesis legenda esse videtur *nisi vilis Fama locuta est somnia* (omnes enim codd. *omnia* illic legunt, sicut etiam Cul. 60 *omnia luxuriae*, quo in versu difficili Hauptius primus et deinde in Catulli ed. (1867) Ellis, quem secutus est Plésent, per emendationem *somnia* legendum proposuerunt). Tamen *somnia sunt* l. n. minus apte dictum esse, recte, ut puto, Helm (Rh. Mus. 85, 264) adnimadvertit, cuius tamen coniecturam (*omissam* vel *dimissam*, cum apodosi coniunctum: 'die man vergessen'; Vollmer in app. crit. legendum proposuit *dimittam*, quod tamen in textum recipere non ausus est) haud ita verisimile esse puto. Iam pridem Unger (Progr. Halle, 1885, p. 23) coniecerat **omne sinam** (*sinam* i.q. *relinquam*: cf. Verg. Aen. IX, 620: *sine arma viris*; Claud. Eutrop. I, 227: *bella relinque viris*), quod et ad sensum aptius (cf. *potius*) et vix a codicum A¹R lectione recedit. **notescere**: hoc verbum l. n. vim transitivam habere Lenchantin putat, sicut apud verbi q.e. *suescere* composita hic et illic occurrit (vid. e.g. Varr. R.R. II, 1, 4; Lucr. VI, 397; Verg. Aen. VI, 832; Hor. Sat. II, 2, 109. Potius autem credam impersonale q.e. *licet* h. l. ut saepius per acc. c. inf. esse constructum; cf. e.g. Cic. Balb. 44 *si liceat eorum cives virtutis causa in nostram civitatem venire*; Rep. III, 33: *neque derogari ex hac (lege) aliquid licet*; vid. etiam ad. 10, 11; *notescere* igitur h. l., ut plerumque intransitive usurpatur (cf. vs. 304: *alii, quo notior esses*); verbum etiam in usu est ap. Catull. (68, 48), Propert. (II, 13, 37), Lucan., Tacit. **cirin** praedicative ,vern. 'als ciris'. De avis specie uberius disseruerunt et alii et Roscher in Lex. III, 1, col. 430 sqq., qui satis firmis argumentis probasse videtur avem cirin ardeae vel ἐρωδιοῦ speciem fuisse; vid. ad vs. 488; etiam Knaack, Rh. Mus. 57, 1902, 224; Kroll, R. E. XI, 116.

91. **atque unam ex multis**, cf. Catull. 68, 36 *huc una ex multis capsula me sequitur* (cf. Hor. Ep. I, 6, 60); Verg. Aen. V, 644; Ov. Rem. 682. Ad vs. 64 haec locutio l. n. pertinet. Omnes codd. in versu tradendo consentiunt, quare emendare non sine magna necessitate velim (Kreunen e.g. proposuit *atque unam ex multis Siculo Scyllam esse puellis*, quod ita interpretatus est: „inlarescat ciris, Scylla sit una de multis”. Quamquam satis duram esse dicendi rationem codicibus traditam concedo, tamen ita eam intellegi posse puto, ut verbum q.e. *notescere* vs. 90 personaliter, vs. autem 91 impersonaliter (i.q. *notum fiat*; leviter

ad hunc usum pellexit constructio per acc. c. inf.) positum sit.

92—100. Antequam ad ipsum propositum auctor transit, Musas invocat ut carmini suo propitiae sint.

92. Cf. Cul. 18; **meditanti mittere cantus**; de sensu cf. Lade-wig—Jahn ad Verg. Ecl. 1, 2 '*meditari* (nach Servius = μελετᾶν) bezeichnet den Entwurf oder Vortrag von Worten und Tönen'; cf. Hor. Sat. I, 9, 2 *nescio quid meditans nugarum* ('*Entwurf* von Worten und Tönen'; cf. Wagenvoort, *Ludus poeticus*, *Les études classiques* IV, 1935, p. 113), neque non quae hoc de versu animadvertit Hartman in libro c. t. „*Beatus ille*“, p. 44 sq. Alter vocis sensus ('*Vortrag* v. W. u. T.') occurrere videtur (cf. autem quae Plessis—Lejay ad Verg. Aen. X, 455 adnotaverunt) Verg. Ecl. 1, 2 *Tityre, tu. . . . | silvestrem tenui musam meditaris avena* (cf. 6, 8; Theocr. 7, 88: τὸ δ' ὑπὸ δρυσὶν ἢ ὑπὸ πεύκαις ἀδὲ μελισσόμομος κατέκλισο); Ecl. 6, 82; Lyd. 6. **mittere** (= *emittere*; cf. ἰέναι φωνήν, ἀοιδίην; Ov. Met. III, 38 *horrendaque sibila misit*) **cantus** idem fere quod *carmen componere*. De prolusionibus suis l. n. poeta mentionem facit (*meditanti mittere cantus* idem ergo putandum est quod *proludenti*), quibus magnam gloriam se consecutum esse profitetur (de re cf. Plin. Ep. VII, 9, 9: *sed hi lusus non minorem interdum gloriam quam seria consequuntur*; Hor. Carm. IV, 9, 8; cf. Wagenvoort l.l. p. 116 sq.). Quibus prolusionibus satis commode perficiendis id meditantur poetae ut ad certos (i.e. *veros*, cf. Heinze ad Hor. Ep. 15, 16) cantus mittendos iam transire possint. **certos** (L), quod acceperunt edd. veteres, Baehrens, Waltz, Thilo, Ellis, Curcio nec non in archetypo, per abbreviationem *c'tos*, scriptum fuisse verisimile est (cf. 72, ubi *pat' timidam* per haplographiam in cod. A abiit in *pater nudam*; vid. etiam Thompson, *Introduction*, p. 88), facile, praesertim cum et alii et carminis nostri scribae saepenumero litteras q.s. *c* et *t* confundere soleant (vid. e.g. vs. 14, 61, 75, 97, 143, 163), in *c(a)ecos*, quod in codd. ARH legitur, abiisse potest. Ad vim vocis (*certus* i.q. *verus*; vern. 'echt, waar, werkelijk') cf. e.g. Lucr. IV, 1067; Hor. Ep. 15, 16 et Kiessling—Heinze ad l.

93. magna praemia inter ea fuisse, quae vs. 2 *irrita* dicantur, verisimillimum mihi videtur. Nequaquam hae locutiones inter se repugnant. Magna enim praemia Musas sibi tribuisse auctor dicit, cum sibi proludenti ita propitiae fuissent, ut magnam apud vulgus

gloriam sibi peperisset. Irrita autem haec praemia esse tum se intellexisse vs. 2 sqq. poeta testatur, cum ad Epicuri disciplinam se convertisset.

94. altaria (*turca* sc., cf. Stat. Theb. IV, 312, ut recte animadvertit Helm ad l.), quod omnes codd. tradunt, eodem versus loco posuit Vergilius Ecl. 5, 66; 8, 106. Iure, ut puto, Skutsch (II 42 a. 3), cui assentiuntur in edd. Vollmer et Lenchantin, auctorem h.l. βωμούς προνάους dicere suspicatus est, cf. Aesch. Suppl. 493: . . . ὡς ἂν τῶν πολιτισσούχων θεῶν / βωμούς προνάους καὶ φιλοξένους ἔδρας / εὐρώμεν . . . ; cf. Daremberg—Saglio I, p. 348, fig. 409.

95. Ad versusum Jahn (Rh. Mus. 63, 92) confert Tibull. I, 4, 62 *aurca nec superent munera Pieridas*. **munere meo** per brachylogiam dictum est; cf. e.g. Verg. Georg. I, 7; Ov. Met. VII, 93; VIII, 502. **meo inficiunt**: synaloephe; cf. Skutsch I, 70 sq.; Drachmann, Herm. 43, 411. **foribus**: ablativus locativus. **hyacinthus** in versus fine quinquies ap. Verg. invenitur: Ecl. 3, 63; 6, 53; Georg. IV, 137; 183; Aen. XI, 69.

96. deponunt; Skutsch (II, 42 a.3): „auch *deponunt* 96 ist richtig. . . . Die Hyazinthen legen ihre Blüten an der Tempeltür nieder; das ist gewisz allerliebste poetische Ausdrucksweise. Höchste zierlich sind 97 die drei Blumenarten zum Kranz gefasst; das sucht seinesgleichen in der römischen Poesie”. (cf. etiam Unger, Progr. Halle, 1886, ad l.). Minus recte, ut puto, Helm *deponere flores ut deflorescere* intellegit; potius credam locutionem idem dicere quod *hyacinthi florentes deponuntur*. **suave rubens** cf. Verg. Ecl. 3, 63; 5, 38, quem ad l. Servus: *purpureo nunc specioso*; cf. ad Cir. 37. Narcissi autem speciem exstitisse, cuius flos partim quidem purpureus esset, testatur Plinius N.H. XXI, 19: *narcissi duo genera in usum medici recipiunt, purpureo flore et alterum herbaceum*; ibd. 25; cf. etiam H. Blümner, Die Farbenbezeichnungen bei den römischen Dichtern (Berl. Stud. f. klass. Phil. und Arch. XIII, 3, 1891, p. 190, 195 sq.); A. Klotz, Zur Ciris (Herm. 57, 590 sq.). Ad vs. 95—98 conferas Verg. Ecl. 2, 45—50; Ov. Am. II, 5, 35 *quale rosae fulgent inter sua lilia mixtae*.

97. caltha i.q. vern. ‘dotterbloem’; Lenchantin affert Diosc. 4, 58: χρυσάνθεμον. . . οἱ δὲ βούφθαλμον. ‘Ρωμαῖοι κάλθα; cf. etiam Verg. Ecl. 2, 50, quem ad l. Forbiger: „*caltha*, Gr. *χάλκη* (cf. Schneid. ad Nicandri Alexiph. p. 204), die Ringelblume (*Calendula officinalis*, Linn.), quae in fragm. Georg. Nicandri ap. Athen. XV diserte inter

flores coronarios nominatur. Cf. etiam Plin. XXI, 6, 15; Colum. X, 97 et 307."

98. nunc age initio versus saepe apud Lucr. legitur; cf. ad Lucr. I, 265 Munro qui et alia confert et Emped. (248, ed. Karsten; Ritter—Preller § 137C): νῦν δ' ἄγ' ἔπωας... / τῶνδε κλύε...; ap. Verg. conferas Georg. IV, 149; Aen. VI, 756; VII, 37. **age**.... **aspirate**; Nettleship (Contributions to Latin Lexicography, p. 105): „age is followed by the plur.: Plaut. Mil. 923 Rib. *age abite*; ibd. 1347 *age ite*; Cic. Man. 40 *age considerate* and so elsewhere in Cic.". Quam levem inconcinnitatem de sermone cotidiano auctor demutuatus est. **liminibus** (abl. loc.) **floret rosa**, cf. Verg. Aen. IV, 202 *et variis florentia limina sertis*.

99. Cf. Verg. Aen. II, 385 *adspirat primo Fortuna labori* (Stat. Theb. XII, 197: *adspiratque pio Fortuna labori*); Verg. Aen. IX, 525 *vos, o Calliope, precor adspirate canenti* (Sil. It. XII, 390: *sed vos, Calliope, nostro donate labori*); Ov. Met. I, 3; Verg. Aen. I, 330 *sis felix no strumque leves quacomque laborem*; Ov. Art. III, 770 *praecipue nostrum... opus. aspirare* „eigentlich: günstig wehen, guten Fahrwind schenken, d.h. sich günstig erweisen" (Kappes ad Verg. Aen. II, 385; cf. VII, 8).

100. praetexite (ad versus structuram cf. Verg. Aen. IV, 172 *hoc praetexit nomine culpam*) h.l. idem fere quod *coronate* vel *ornate*; Thomason, p. 152: 'praetexo also has the tropical meaning „crown, adorn", cf. Lygd. 1, 11', quem ad sensum porro conferas Ov. Fast. V, 567 *Augusto praetextum nomine templum*; Val. Flacc. III, 436 *glaucasque comis praetexere frondes* (pro *glaucisque comas praetexere frondibus*; cf. *circumdare alicui aliquid*). **aeterno honore** cf. Pind. Pyth. VI, 10 ὕμνων θησαυρός... τὸν οὔτε χειμέριος ἄμβρος... οὔτ' ἄνεμος ἐς μυχοῦς ἀλὸς ἄξεισι (cf. Prop. III, 2, 17; Ov. Met. XV, 871); Callim. fr. 121, 2 Schn. *ποῦλὸ μενοῦσιν ἔτος*; Catull. 1, 10 *plus uno maneat perenne saeculo*; Hor. Carm. III, 30; Mart. VIII, 3, 5 *cum rupta situ Messalae saxa iacebunt* | *altaque cum Licini marmora pulvis erunt*, | *me tamen ora legent*. 'volumen here has the meaning „bookroll, volume" as also Ov. Tr. II, 550; III, 14, 19; in Vergil it means only „coil, fold" (5 times)', Thomason, p. 156. Item ap. Horat. (Ep. I, 2, 26; 13, 2) et in sermone pedestri. Vid. K. Dziatzko, Untersuch. üb. ausgew. Kap. des ant. Buchwesens (1900), cap. V („Buchrolle und Chartablatt").

101—115. Megarae obsidio.

101. sunt; cf. Verg. Aen. I, 12; 159; Ovid. Ep. ex P. I, 8, 11: *stat* (cf. Cir. 105) *vetus urbs, ripae vicina binominis Histri* (cf. Sil. It. I, 326; Stat. Silv. V, 1, 89). **Pandionius** = *Atheniensis*; h.l. tertium iam adiectivum mythologicum a nomine proprio derivatum, quo pro adj. q.e. *Atheniensis* auctor noster utitur, invenimus; cf. ad 3; 22; 62; etc. Adiectivum q.e. *Pandionius* apud Catull., Verg., Tibull. non occurrit; cf. autem Lucr. VI, 1143; Cul. 251; Ovid. Met. XV, 430; Prop. I, 20, 31, ubi eodem semper versus loco positum est. Infra (vs. 408) Heynius pro *vos, o numantina*, quod sine dubio corruptum est, *vos, Pandionia* coniecit. De Pandione vid. Höfer in Roscheri Lex. III, 1, 1516 sqq. **sedibus** (cf. 513) **urbes**; cf. Verg. Aen. II, 611; Cul. 363; Lucan. II, 574; *sedes* frequenter hoc sensu ap. Catull. occurrit, ut e.g. in Epithal. vs. 43; 85; 176: . . . *sedibus hospes*.

102. Actaeus = *Atticus*; Atticam regionem antiquitus Actam nominatam fuisse probant loci quales sunt Eur. Hel. 1674: φρουρὸν παρ' Ἀκτὴν τεταμένην νῆσον λέγω; Lycophr. Alex. 1339: καὶ πᾶσαν Ἀκτὴν ἐξεπόρθησαν δορὶ, / τὰς Μοῦσῶπιους αἰθαλάσσαι γύας nec non testatur Plinius N.H. IV, 23: *Attice antiquitus Acte vocata*; cf. Strab. IX, 391 et 397. **candida** . . . / **litora** cf. Paus. I, 44, 6 *μόνοις δὲ Ἑλλήνων Μεγαρεῦσιν ὁ κογχίτης οὗτός ἐστι καὶ σφισι καὶ ἐν τῇ πόλει πεποιήται πολλὰ ἐξ αὐτοῦ ἔστι δὲ ἄγαν λευκὸς καὶ ἄλλου λίθου μαλακώτερος κόγχαι δὲ αἱ θαλάσσαι διὰ παντὸς ἐνεῖσιν οἱ*.

103. purpureis conchis; de voce q.e. *purpureus* vid. ad vs. 37; de re cf. Paus. I, 44, 6 ad vs. 102 allatum. **redientia** cf. Lucr. II, 559; IV, 1125; V, 1394; Verg. Ecl. IV, 20; VII, 55; cum abl. coniunctum Catull. 64, 284: *quis (floribus sc.) permulsa domus iucundo risit odore*; Ovid. Met. XV, 284: *florumque coloribus almus ridet ager*; cf. Trist. I, 5, 27; Hor. Carm. IV, 11, 6 (vid. Kiessling—Heinze ad l.). **litora conchis**: cf. Lygd. 3, 17: . . . *in Erythraeo legitur quae litore concha*.

104. quarum cum *non ulli* (i.q. *nulli* sc. *urbi*; cf. Verg. Aen. VI, 103; 147; Georg. III, 209) ita coniungendum esse puto ut *quarum non ulli* idem fere valeat quod *et earum nulli* (sc. *alii*). **concedere digna** etiam Catull. 68, 131: *aut nihil aut paulo cui tum concedere digna*.

105. stat, cf. ad vs. 101. **Alcathous** vid. Bernhard in Roscheri Lex. I, 231; Hiller v. Gaertringen, RE I, 1510 sq; Lenchantin ad l.n.

Pro *Alcathoi*, quod Ribbeck restituit, omnes codd. *act(h)ei* (*acteonis* H²) praebent; *Actaeus* autem nullo modo *Alcathous* appellari potest, etiamsi auctor noster minus accurate eam regionem Atticam appellat, quae et Atticam et Megaridem comprehendit (cf. vs. 102; 115). Adiectivum enim q.e. *Actaeus* l.n. originem tantum *Alcathoi* designare posset; de anaphora vid. ad vs. 12. **quondam munita** —, cf. Ovid. Ep. ex P. II, 3, 25: *en ego, non paucis quondam munitus amicis*. Loco nostro omnes codd. *mutata* exhibent, quod sensu caret; iure itaque omnes editores post ed. Ald. 1517 *munita* in textum receperunt. Olim (Am. Journ. of Phil. 8, 1887, 5) Ellis *murata* coniecerat, cum (ut in editionis app. crit. adnotat) id vocabulum R. Y. Tyrrell satis probabiliter restituisset Cic. ad Att. IV, 16, 7; in ed. autem a. 1927 Ellis ad *munita* revertit. De re cf. Theogn. 773:

Φοῖβε ἀναξ, αὐτὸς μὲν ἐπύργωσας πόλιν ἄκρην

Ἄλκαθῶφ Πέλοπος παιδί χαριζόμενος.

Pausan. I, 42, 2: τότε δὲ αὐτῶ (*Alcathoo*, sc.) *τειχίζοντι*, ὡς φασιν οἱ Μεγαρεῖς, *συνεργάζεται τε Ἀπόλλων καὶ τὴν κιθάραν κατέθηκεν ἐπὶ τὸν λίθον· ἦν δὲ τύχη βαλὼν τις ψηφίδι, κατὰ ταῦτά οὗτός τε ἤχησε καὶ κιθάρα κρουσθεῖσα* (Cir. 107, 108); Anth. Plan. 279 (εἰς τὸν ἐν Μεγάροις κιθαρίστην λίθον):

Τὸν με λίθον μέμνησο τὸν ἠχήμεντα παρέρπων

Νισαίην· ὅτε γὰρ τύρσιν εἰτειχοδόμει

Ἄλκαθῶος, τότε Φοῖβος ἐπωμαδὸν ἤρε δομαῖον

λαῶ Λυκωρείην ἀνθέμενος κιθάρην.

ἔνθεν ἐγὼ λυραοιδὸς ὑποκρούσας δέ με λεπτῆ

χερμάδι τὸν κόμπου μαρτυρίην κόμισαι.

106. deus namque adfuit illi; cf. Verg. Georg. IV, 221:

.... *deum namque ire per omnes | terras....*

107. unde etiam; cf. Lucr. II, 596; V, 1165; 1365; 1408; Verg. Aen. VII, 778. **voces imitatus** — (imitatus eodem versus loco etiam Cir. 500) cf. Lucr. V, 1379: *at liquidas avium voces imitauer ore. imitatus saepe hoc versus loco legitur*, cf. e.g. Verg. Georg. IV, 72; Aen. XI, 500; Cul. 404; Hor. Sat. II, 3, 186; Ep. II, 1, 207; ap. Ovid. passim (ut e.g. Am. II, 4, 15; Her. 13, 41; Met. VIII, 736, X, 106; XIV, 521); Manil. I, 201; 848.

108. recrepat; alibi semel tantum hoc verbum invenitur: Catull. 62, 29: *leve tympanum remugit, cava cymbala recrepant*, ubi *recrepare* vim intransitivam habet, quod l.n. codicis R lectionem q.e.

murmura, quam Curcio in textum recepit (de ceterorum codicum consensu: *munera*, Curcio in app. crit. ne mentionem quidem fecit) minime commendat. *murmura* porro cum interioris obiecti accusativum intellegimus nimis dure id dictum videtur. **Cyllenia munera**: appositio ad *saepe lapis recrepat* (cf. Lucr. VI, 391; Verg. Aen. VI, 222), quae app. ita intellegenda est ut ipsam saxi resonantiam Phoebus Megarensibus donum dederit, honoris a se civibus et ante alios Alcatoo regi tributi testimonium. *Cyllenia* ea munera (de plur. cf. Verg. Aen. V, 359; VI, 179) ideo appellantur, quia Mercurius, qui in monte Cyllena natus erat, lyram per quam in saxis depositam ea resonantia exstiterat, invenisse dicebatur. Eandem fabulam etiam narrat Ovidius (Met. VIII, 14 sqq.): *regia turris erat, vocalibus addita muris, | in quibus auratam proles Letoia fertur | deposuisse lyram; saxo sonus eius inhaesit. | saepe illuc solita est ascendere filia Nisi | et petere exiguo resonantia saxa lapillo*. Cf. etiam Pausan. I, 42, 2 et Anth. Plan. 279 ad vs. 105 all. Scaliger ad vs. n. 'barbari scriptoris Martiani' (Martiani Capellae) locum affert: *Megarum saxum ad ictum pulsus cuiuscumque fidicinat*.

109. honorem (HL) l.n. aptius est ad sensum, cf. Anth. Plan. IV, 279 (τοῦ κόμπου μαρτυρίην κόμισαι) ad vs. 107 allata. Codd. AR *amorem* tradunt (cf. Verg. Aen. III, 487), quod facilius e *honorem* existere potuisse nemo est quin affirmet [*onorem* sc.; cf. Sen. Dial. (ed. Gertz) II, 19, 3 in cod. A: *onestior* pro *honestior*; Hor. (ed. Keller—Holder) Ep. I, 18, 102 in cod. E: *onus* pro *honor*; Art. P. 69 in cod. R *onos* pro *honos*; Carm. II, 20, 24 in cod. γ: *onores* pro *honores*]. Cf. etiam Cir. 500: *imitatus* (cf. Cir. 107) *honores* (Colum. X, 205: *veteres imitatur amores*). **veterem** i.q. *olim, antiquitus datum*, tum sc., cum Phoebus Alcatoo opem ferens moenia urbis aedificaret; cf. Catull. 96, 3; Ov. Her. 15, 255; Met. V, 576, quos locos tamen non sufficere puto ad vocem q.e. *amorem* recipiendam.

110. ante alios iam invenitur ap. Enn. fr. 318 (B): *o, multum ante alias infelix littera theta!*; cf. Cir. 473; Verg. Ecl. 3, 78; Aen. I, 347; saepius. **in armis** (*arma* h.l. metonymice pro *bellum*) saepe in versus fine occurrit, cf. Verg. Aen. II, 317; III, 595; V, 550; VI, 826: *fulgere. . . . in armis*; VII, 434; XI, 769: *. . . . fulgebat in armis*; XII, 938. **florebat** (A²L; *forebat* H¹; *ferebat* A¹R; *fervebat* H²), quod optimi codices tradunt, etiam ad sensum aptius est; postquam littera *l* excidit, per coniecturam q.e. *ferebat* vel *fervebat* scribae quidam textum sanum reddere conati sunt.

111. infestam h.l. passive (i.q. *vexatam, infestatam, discriminis plenam*), cf. e.g. Ovid. Met. IV, 619: *infesta terra colubris*; Vergilius semper active (i.e. *inimicus, adversus, hostilis*) hoc adiectivo utitur; vid. e.g. Aen. II, 529; 571; VII, 299, cf. ap. nostrum 117; 466; 532; *infestare*: 57. Utramque vim occurrere expresse testatur Gellius, N.A. IX, 12, 2: *et is infestus appellatur qui malum infert cuiquam, et contra cui aliunde impendit malum, is quoque infestus dicitur.* **populator**, qua voce Vergilius nusquam usus est, ap. Ovidium legitur Met. XIII, 655: *Troiae populator* (cf. ibd. XII 593; Consol. ad Liv. 433; Sil. It. I, 408; Martial. VII, 26, 1; Val. Flacc. I, 683). In sermone pedestri inde a Livio (III, 68: *agrorum populator*) invenitur; de sensu cf. ad vs. 115. **remige**: singularis collectivus; cf. Verg. Aen. V, 116. **Minos**, cf. Helbig in Roscheri Lex. II, 2, 2994 sqq.; Poland, RE, XV, 1890 sqq.; vid. etiam Ernst Meyer, RE, XV, 180.

112. hospitio avito; cf. Cic. ad Fam. XIII, 34: *avitum hospitium mihi est cum Lysonē*; *avitus* h.l. idem valet atque *antiquus*, cf. Cic. Tusc. I, 19; Hor. Carm. I, 37, 5 (vid. Porphy. ad l.); Ovid. Art. Am. II, 695. **Polyidos**; vid. Stoll in Roscheri Lex. III, 2, 2646. Polyidi fabulam uberius narrat Apollodorus (Bibl. III, 3), quam narrationem totam afferre velim: Γλαῦκος δὲ ἔτι νήπιος ὑπάρχων μιῶν διώκων εἰς μέλιτος πίθον πεσὼν ἀπέθανεν. ἀφανοῦς δὲ ὄντος αὐτοῦ Μίνως πολλὴν ζήτησιν ποιούμενος περὶ τῆς εὐρήσεως ἐμαντεύετο. Κούρητες δὲ εἶπον αὐτῷ τριχρώματον ἐν ταῖς ἀγέλαις ἔχειν βοῦν, τὸν δὲ τὴν ταύτης θέαν ἄριστα εἰκασαὶ δυνηθέντα καὶ ζῶντα τὸν παῖδα ἀποδώσειν. συγκληθέντων δὲ τῶν μάντεων Πολύιδος ὁ Κοιρανοῦ τὴν χρόαν τῆς βοῆς εἰκασε βάτου καρπῷ, καὶ ζητεῖν τὸν παῖδα ἀναγκασθεὶς διὰ τινος μαντείας ἀνεῦρε. λέγοντος δὲ Μίνως ὅτι δεῖ καὶ ζῶντα ἀπολαβεῖν αὐτόν, ἀπεκλείσθη σὺν τῷ νεκρῷ. ἐν ἀμηχανίᾳ δὲ πολλῇ τυγχάνων εἶδε δράκοντα ἐπὶ τὸν νεκρὸν ἵοντα· τοῦτον βαλὼν λίθῳ ἀπέκτεινε, δέσας μὴ κἄν αὐτὸς τελευτήσῃ, εἴ τι τὸ σῶμα πάθοι. ἔρχεται δὲ ἕτερος δράκων καὶ θεασάμενος νεκρὸν τὸν πρῶτον ἄπεισιν, εἶτα ὑποστρέφει πᾶσαν κομίζων καὶ ταύτην ἐπιτίθησιν ἐπὶ πᾶν τὸ τοῦ ἑτέρου σῶμα· ἐπιτεθείσης δὲ πᾶσ ἀνέστη. θεασάμενος δὲ Πολύιδος καὶ θαυμάσας τὴν αὐτὴν πᾶσαν προσενεγκὼν τῷ τοῦ Γλαύκου σώματι ἀνέστησεν. ἀπολαβὼν δὲ Μίνως τὸν παῖδα οὐδ' οὕτως εἰς Ἄργος ἀπιέναι τὸν Πολύιδον εἶα, πρὶν ἢ τὴν μαντείαν διδάξαι τὸν Γλαῦκον· ἀναγκασθεὶς δὲ ὁ Πολύιδος διδάσκει. καὶ ἐπειδὴ ἀπέπλει, κελεύει τὸν Γλαῦκον εἰς τὸ στόμα ἐμπύσαι· καὶ τοῦτο ποιήσας Γλαῦκος τὴν μαντείαν ἐπελάθετο. De causa autem belli nostri alia fabula, quam etiam Ovidius (Met. VII, 457 sq.;

VIII, 58) significat, legitur ap. Apollodorum (III, 15, 7, 3), qui Minois et Pasiphaae filium, cui nomen Androgeos, cum Athenis omnes aemulos ludis superavisset, ibi interfectum esse idque Minoi causam belli cum Atheniensibus gerendi fuisse testatur. Quas fabulas auctor noster *poetarum more*, ut dicit Servius ad Verg. Ecl. 6, 74, miscuisse videtur idque ita ut l.n. Polyidus non Glaucum ad vitam revocavisse, sed Androgeon interfecisse intellegatur; cf. Steele, p. 172. Non enim verisimile putandum est h.l. fabulae versionem quandam auctorem nostrum secutum esse, quae narraret, aut Polyidum, cum Glaucum invenisset eumque ad vitam revocare iussus esset, in Graeciam effugisse, aut Minoa Polyidum cum is per dolum Glaucum privasset medicamento notitia, quam a Minoe coactus ei dedisset, persecutum esse ut eam Glaucum redderet coacturum vel certe supplicio eum affecturum; cf. Knaack, p. 226; 227a.1; de graeca declinatione (*Polyidos*), cf. ad vs. 66; **quod** cum indicativo: vid. Vollmer Sitzungsber. der Bay. Ak. 1907, p. 360 (cf. ad vs. 83).

113. Carpathium sc. *mare*, ut graece τὸ Καρπάθιον, sc. πέλαγος; vid. Büchner, RE X, 2000. **fugiens** eodem sensu eodemque versus loco Verg. Aen. VIII, 320: *arma Iovis fugiens et regnis exul adeptis*. De versu spondiaco cf. ad vs. 73. Recte Heynius monuit versum nostrum ad verbum e Graeco expressum videri, cui plane respondeat: Καρπάθιον λείπων (Knaack: φεύγων) καὶ νάματα Καίραταια. Vide Kroll, Unsere Schätzung der römischen Dichtung (Neue Jahrb. VI, 1903, p. 17) qui formavit, ad Catull. 62, 94 (*proximus Hydrochoi fulget Oarion*): πλήσιος Ὑδροχοεὶ λαμπέτω Ωαρίων; ad Verg. Ecl. 2, 24: Ἀμφίων Διρακῆος ἐν Ἀρκαταίῳ Ἀρακύνθῳ; ad Verg. Georg. I, 437: Γλαύκῳ καὶ Νηρηϊ καὶ Ἰνώῳ Μελικέρτῃ (cf. Ladewig—Jahn ad l.). **Caeratus** (Καιράτειος) adiectivum est a nomine proprio q.e. *Caeratus* derivatum, cf. Strab. X, 476: ἐκαλεῖτο δ' ἡ Κνωσσὸς Καίρατος πρότερον. Ap. Callimachum autem (Hymn. Dian. 44: χαῖρε δὲ Καίρατος ποταμὸς μέγα, χαῖρε δὲ Τηθύς) per nomen q.e. Καίρατος flumen designatur quod proxime Caeratum (= Cnossum) urbem fluebat. Utrum l.n. urbem an flumen auctor dicere voluerit, effici nequit. Vid. Büchner, RE, X, 1507.

114. se texerat; se tegere h.l. metonymice idem fere valet quod vernacule 'zich in veiligheid stellen', sub tecto hospitis, sc.. **hunc** sc. Polyidum; gr. τοῦτον. **Gortynius** (h.l. i.q. *Creticus, Cretaesus, Cretensis*), cf. Catull. 64, 75: *attigit iniusti regis Gortynia tecta*. De *Gortyna* urbe vid. Büchner, RE, VII, 1665.

115. Attica i.q. *Megarensia*; cf. ad vs. 102, **rura suburbana** sc. h.l. opponuntur oppidi muris, oppido munito. **sternebat**, cf. Verg. Georg. III, 298, quem ad l. Ladewig—Jahn: „*sternere aliquid aliqua re* etwas womit bedecken, bestreuen, findet sich erst seit Vergil. Vgl. noch A. IX, 666 und Hor. III, 17”; Aen. IX, 666: *sternitur omne solum telis*; vid. etiam ad vs. 33. Leo (Herm. 37, p. 36) putat l.n. *sternebat rura sagitta* parum accurate dictum esse et e Vergilii imitatione tantum intellegi posse; non enim opus civibus fuisse pulvere et sanguine, ut patriam defenderent, neque ergo Minois militibus opus fuisse sagittis coniciendis, nedum sagittis rura suburbana sternendo (ita etiam iudicat Klotz, Herm. 57, 592). Quae licet haud spernenda sint, tamen ita fortasse locus noster intellegi potest ut *sagitta* l.n. idem dicere velit quod *sagittarius*, quam metonymiam, quamquam hac in voce nusquam alibi eam inveni, analogiis non carere satis notum est. Simplicius tamen sensum interpreteris, si accipias, id quod textui nequaquam repugnat, non statim Nisum defensionem totam omisisse, sed potius vi armorum rura suburbana defendere conatum esse. Minos ergo postquam equitibus et sagittariis rura suburbana vastavit et defensores, qui ipsa ex urbe auxilio venerant, intra oppidi moenia inclusit, longa iam obsidione Megaram capere conatur. **Cretaea**, cf. Prop. III, 19, 26: *pendet Cretaea tracta puella (Scylla sc.) rate*.

116—128. Crinis purpureus.

116. Sed neque tunc (i.q. *ne tunc quidem*), i.e. cum hostes vi armorum omnia suburbana occupavissent vastavissentque (vid. ad vs. 116); cf. Paus. I, 19, 4: *ὡς δὲ οἱ Κρηῆτες ἦλθον ἐς τὴν γῆν, τὰς μὲν ἄλλας ἐξ ἐπιδρομῆς ἤρουν τὰς ἐν τῇ Μεγαρίδι πόλεις, ἐς δὲ τὴν Νίσαιαν καταφεύγοντα τὸν Νῆσον ἐπολιορκοῦν*; Ovid. Met. VIII, 6: *interea Minos Lelegeia litora vastat* (cf. Cir. 111 ubi Minos *populator* nominatur); vid. Skutsch II, p. 35; Belling, p. 163; Klotz Ph. W. 52, 1291. Ad versus structuram cf. Catull. 64, 68: *sed neque tum mitrae neque tum fluitantis amictus*, qui versus, iniuria ut opinor, pellexit viros doctos q.s. Haupt, Bachrens, Thilo, Leo ut etiam l.n. *sed neque tum.... neque tum....* scribere vellent. **rex ipse**, cf. Verg. Georg. II, 98; Aen. VII, 432; 556; XI, 231. **veretur**; *vereor* h.l. per accusativum c. inf. constructum est; vid. Kühner—Stegmann, II, 2, § 189 A. 3.

117. volitanti (*volitare* h.l. sicut plerumque translate ponitur

ita ut idem fere valeat quod *discurrere, hac et illac discurrere, vagari*: cf. e.g. Verg. Aen. XII, 126; Hor. Carm. IV, 5, 19) **examine** ita optime vertere possis: 'in verspreide zwermen'; *examen* proprio sensu apes vel locustae condere dicuntur (quod aptissime cum *volitanti* congruit), cf. Verg. Georg. II, 452: *nec non et apes examina condunt*, ubi *examina* eodem versus loco positum est, sicut etiam ibd. IV, 21 *novi ducent examina reges* et, inverso tamen sensu, Aen. XII, 725: *duas aequato examine lances*; alibi e.g. Lucr. V, 1364; Aetn. 373. Quod ad codicum lectiones pertinet, codicem L *infestos muros* (*infestos ad muros* H) *volitanti exagmine* (*volitanti exagmine* etiam H¹A) *turmas* tradentem paene veram lectionem dedisse puto; lego enim cum v. d. H. Wagenvoort, qui hanc coniecturam mecum communicavit: *infestos muros volitanti examine turmas*; *infestos*, sicut in vs. 111, etiam h.l. passive: vern. 'de bedreigde muren'. Cum autem semel *examine* in *ex agmine* abiisset (... *agmine turmas* etiam Cul. 248; Sil. It. VIII, 404), alii scribae alia coniecerunt, ut sensum tolerabilem efficerent; vid. edd.. Accusativi c. inf. q.e. *turmas deicere muros* subiectum *turmas* (sc. *hostium*) esse satis perspicuum est.

118. deicere (coni. Vollmer; *dicere* HA¹R; *ducere* A²L; *reicere*: Heinsius; *icere*: Ellis): per synizesin, cf. Lucr. III, 877 (vid. Munro ad l.); IV, 1272; Verg. Ecl. 3, 96; Hor. Sat. I, 6, 39; Ovid. Fast. IV, 709; Stat. Theb. IV, 574. *deicere muros* i.q. vern. 'de muren neerhalen'; cf. Liv. VIII, 14; Caes. B.C. II, 221. De praesentis infinitivo (exspectes enim inf. futuri vel *fore ut deiciant* vel *deicere posse*) vid. Kühner-Stegmann II, 2, § 189 A. 3. **indomitas mentes** de Megarensibus dictum optimum sensum praebet; neque dura interpretatione (cf. Lenchantin ad l.n.) neque textus emendationibus (Heinsius conferens Verg. Aen. II, 440: *Martem*; Heinrich; *gentes*) opus est. **indomitum** eodem versus loco etiam legitur Verg. Aen. II, 440; 594.

119. responsum deorum (= *oraculum*), cf. Verg. Aen. IX, 134: ... *responsa deorum* (vid. etiam Cir. 388); porro Ter. Andr. 698; Nep. Paus. 5; Liv. I, 56; Verg. Aen. V, 706; VI, 44; 82. L.n. de oraculo quodam sermonem esse probat Apollod. III, 210 (W.): ἀπέθανε . . . Νῆσος διὰ θυγατρὸς προδοσίαν. ἔχοντι γὰρ αὐτῷ πορφύρεαν ἐν μέσῃ τῇ κεφαλῇ τρίχα, ταύτης ἀφαιρεθείσης ἦν χρησμὸς τελευτῆσαι; cf. Schol. ad Eur. Hipp. 1200; Hygin. fab. 198. Iure Leo (Progr. Gött. p. 9): 'non hoc poeta narrare videtur Megarenses

fortiter muros ab hostium incursu defendisse, sed securos aggredientium impetum aspexisse'. Qui autem vir doctissimus cum verbum q.e. *vereri* l.n. per acc. c. inf. esse constructum non viderit, suspicari cogitur inter vss. 117 et 118 versum excidisse, quam lacunam ita supplere conatus est:

*sed neque tum cives neque tum rex ipse veretur
injesto ad muros volitantis agmine turmas,
<nec parat armatas adversum ex urbe cohortes>
ducere et indomitas virtute retundere mentes.*

In sensu explicando idem atque Leo iudicat Vollmer, qui contra lacunam ita supplere maluit: *<nec iam oppugnantis molitur turribus hostes> deicere sqq.*

120. In vss. 120—125 periodo quaestioni: „quo modo factum est, ut satis esset responsum deorum meminisse; quid responsum deorum continebat?” respondetur. *α ἀπὸ κορυφῆς* et ad *capite summo* et ad *medio vertice* positum esse putandum mihi videtur: *a summo capite caesaries et (a) medio vertice crinis roseus surgebat. capite a summo*: iniuria, ut opinor, Baehrens (Fl. Jahrb. 105—1872—838) quaerit quomodo fieri potuerit ut medio de vertice (nihil aliud enim illud *a capite summo* significare putat) simul candida caesaries et roseus crinis surgeret. *Caput summum* enim totam neurocranii (ut dicunt medici) superficiem indicat, quod certe supra coronam laureatam, quam circum tempora rex gerebat, eminebat. Regis caesaries cana erat, medio tantum in vertice crinis purpureus surgebat, quem undique cani capilli circumdabant. Idem etiam invenimus apud Ovid. (Met. VIII, 8): . . . *quam Nisus habet, cui splendidus ostro | inter honoratos medioque in vertice canos, | crinis inhaerebat. . . . mirabile dictu* passim ap. Vergil. (ut e.g. Georg. II, 30; III, 275; Aen. I, 439; II, 174; IV, 182) occurrit, sed etiam apud Livium aliosque sermonis pedestris auctores (cf. e.g. Liv. VII, 26; Cic. Parad. V, 1). De sensu cf. ad vs. 39.

121. *caesaries* in cod. L legitur; HAR *cesarie* praebent, quod vitium inde exstitisse videtur, quod parentheticam dictionem scribae non intellexerunt. Utrum l.n. *florebant* (quod codd. HL praebent) an *frondebant* (AR), quod sensui aptius videtur (cf. Varr. L.L. VI, 3: *velatae frondentes comae i.q. comae fronde velatae*, sicut l.n. *frondebant tempora lauro* idem valeret quod *fronde lauri tempora coronata erant*) legendum sit, haud ita facile est ad discernendum. Tamen *florebant*, lectionem enim difficiliorem codicibusque

non peioribus nec magis interpolatis confirmatam (cf. etiam 387), in textum recipere malim. *florere* saepe idem esse quod *virere* (vid. infra) non esse puto cur commonefaciam. **tempora lauro**; cf. Verg. Aen. III, 81; V, 246; 539; Ovid. Am. II, 12, 1; Tibull. II, 5, 5; Lygd. 4, 23; Val. Flacc. IV, 334; Cons. ad Liv. 459. Exclamationem q.e. *mirabile dictu* ad crinem purpureum tantum pertinere nemo est quin videat. *Candida caesaries et roseus crinis* idem ergo dicere vult quod: *inter candidam caesariam roseus crinis* (cf. Ovid. Met. VIII, 8 ad vs. 120 allatum). Cum plerisque editoribus *florebant tempora lauro* ut parenthesin intellegere velim, quam ita Leo (Progr. Gött., 10) defendit: „durities.... parentheticae dictionis quo modo evenerit manifestum est; volebat poeta colorum, albi viridis rubri, amoenam varietatem quasi in pictura proponere (cf. vs. 320)”. Praeterea autem per hanc parenthesin fortasse auctor etiam explicare voluit quo modo locutio q.e. *capite a summo* intellegenda sit. Quid enim? Nonne etiam a temporibus neque a summo tantum capite candida caesaries surgebat? Sine dubio, auctor respondet, sed temporum caesaries spectari non poterat, quia coronam laureatam Nisus rex gerere solebat. Itaque capiti summo l. n. tempora consulto opponi verisimile putandum est. Praeterea autem parenthesin q.e. *florebant tempora lauro* Nisum propter crinem purpureum sanctum fuisse eamque per causam laurum regis tempora circumdedisse ut crinem fatalem tueretur, testari velle non inconcinnum videtur. Primo enim, ut Koechlingii (De coronarum apud antiquos vi atque usu, R.V.V. 1914, p. 25) verbis utar „omnis ramus aut folium, dum viret, signum est vivacitatis aut.... numinis ipsius”, nec non (ibid. p. 28): „caerimonia ornandi caput.... ramis virentibus sive frondibus illam rami vim salutiferam ad hominem transferri putabant.... Deinde vivacitas ramorum effecit ut coronas.... vim apotropaei habere putarent veteres.”

122. Cf. Catull. 64, 309: *at roseo niveae residebant* (cf. Cir. 126) *vertice vittae*; 350: *cum in cinerem canos solvent a vertice crines*. **vertice crinis** (-es, -em, etc.) saepe in versus fine occurrit; cf. e.g. Verg. Aen. IV, 698; Ovid. Met. IV, 558; XIII, 427; Manil. I, 833; Lucan. I, 188; Sil. Ital. III, 284; Stat. Theb. I, 90; VI, 607; VIII, 344. **surgebat vertice**, cf. Verg. Aen. X, 187: *cuius olorinae surgunt de vertice pinnae*; Ovid. Ep. ex. P. IV, 9, 53: *surgat pius ignis ab ara*. **roseo** = *purpureo*, quod ex imitatione Catul-

liana (64, 309) fortasse explicari potest; de sensu, vid. ad vs. 52. **crinis**: ad singularem (etiam v. 52: *pro purpureo capillo*) recte Lench. confert locos quales sunt Aesch. Choeph. 619; Schol. ad Eur. Hipp. 1200 (ad vs. 130 et 124 all.).

123. cuius natura, fortasse i.q. *qui* (cf. Cic. Deor. Nat. II, 54: *alvi natura* i.q. *alvus*; Lucr. III, 561: *animi natura* i.q. *animus*; I, 281, *aquae natura* i.q. *aqua* [cf. Munro ad l.]); vid. etiam Thomason p. 153: „According to Heyne ad l., *cuius natura* is a periphrasis for *qui crinis*; so also Ovid. Am. III, 8, 45 *hominum natura*; Met. XII, 394: *naturae... illi*, sc. *Centaurorum*”), quamquam l. n. locutionem q.e. *cuius natura servata fuit* idem valere quod *quae integra servata fuit* dicere malim. **fuisset** h. l., ut passim, i.q. *futura esset*.

124. tam (*diu* sc.)... **futurum**, cf. Schol. ad Eur. Hipp. 1200: ἦν εἰμαρμένον μὴ παραληφθῆναι τὸν τόπον, ἐν ᾧ ἦν ὁ Νῆσος, ἕως εἶχε τὸν χρυσοῦν πλόκαμον ἐν τῇ κεφαλῇ αὐτοῦ; cf. ad locutionem Verg. Aen. II, 88: *dum stabat regno incolumis regnumque vigeat | consiliis* (cf. Cir. 330; Verg. Aen. XII, 39). De Nisi morte h. l. auctor omnino tacet, quam negligentiam vs. 131 corrigere voluisse videtur (cf. etiam vs. 523). De Nisi morte vid. etiam Kroll ap. Skutsch. II, p. 193 sqq.

125. Cf. Verg. Ecl. 4, 46 sq.:

'talìa saecla' suis dixerunt 'currite' fuis
concordes stabili fatorum numine Parcae.

De cuius et nostri versus mutua relatione disseruit Skutsch (I, p. 118; II, p. 36 sq.), qui in Verg. Ecl. 4, 47 locutionem q.e. *stabili fatorum numine dicere aliquid* vix tolerabilem esse et e Ciris tantum imitatione intellegi posse putat; de Parcarum oraculis, quas hac ratione consuli Leo (Herm. 37, 37 a. 1) negavisset et de quibus Ciris auctorem l. n. loqui ipse putet, etiam sermonem esse Catull. 64, 325; Hor. Carm. Saec. 25; postremo et Vergilium (Ecl. 4, 47) èt Ciris auctorem (v. n.) a Catull. Epith. 321 et 377 mutuatos esse. Quibus autem versibus comparatis Ciris auctorem priorem imitorem fuisse putandum esse: Vergilium enim, Catulli locutionem ex Epithal. desumptam cum Cir. 125 (ubi fortuito alium Epithalamii versum, 377 sq., imitatus erat auctor) videri contaminasse (cf. Oltramare, p. 317). Quibus haec respondit Leo (Herm. 42, 41): in Verg. Ecl. 4, 47 *numine* (abl. causae i. fere q. *propter numen*, cf. Aen. VII, 60; XI, 568; Catull. 64, 379) de voce q.e. *concordes*

dependet, quod sine vitio est: numen stabile est, ergo Parcae concordantes sunt. In locutione q.e. *talia saecula* (acc. spatii, cf. *aequor, viam, stadium currere*) *currere* nihil est quod vituperemus. De Parcarum oraculis Catull. 64, 325 et Hor. Carm. Saec. 25 (ubi enim inconsultae Parcae futura canunt; cf. Cir. 270) nihil probant. Ciris versui 125 quem e Verg. Ecl. 4, 47 auctor desumpsit, nihil cum Catull. Epithal. 321 et 377. Quibus haec addit: „Es ist mir jetzt wahrscheinlich dasz der Dichter mit den Worten *firmarant Parcae* nicht die Hinweisung auf das eingeforderte Orakel (v. 119) wiederholen (*firmarant* wie *affirmarant*) sondern den dem Orakel zugrunde liegenden Schicksalsschluss bezeichnen wollte: die Parcen hätten es gefügt, wie Verg. Aen. V, 798 sagt: *si dant ea moenia Parcae*. Wenn das richtig ist, so enthalten die Worte nichts Anstößiges und gibt der Vers keinen Beweis für die Priorität der Ciris; aber ganz gewisz auch keinen für die Posteriorität Vergils“ Cui opinioni plane assentior. Vid. etiam Ladewig—Jahn ad Verg. Ecl. 4, 47 (app.); Plessis—Lejay ad Verg. Aen. I, 22; Helm, Herm. 72, 87; Heinze, Vergils epische Technik³, 295; Heinze ad Hor. Carm. Saec. 25.

126. ergo omnis: cf. Lucr. II, 879; Verg. Georg. III, 229; 318; Aen. II, 26; VI, 275; VIII, 494. **cano**, quod omnes codd. exhibent, perperam in ed. Ald. 1517 in *caro* mutatum est. Crinis enim purpureus una cum caesarie in unum nodum comptus erat, qua de re iure Leo (Progr. Gött., 10) ita iudicavit: ‘mirum est quod pergunt *caro* pro *cano* ponere, postquam Birtius (Mus. Rhen. 33, 627) rem apertam digito monstravit: non unus pilus comitur aut fibula munitur, sed crobylus caesariem complectens etiam crinem illum tuetur’, cf. Ov. Aen. III. 12,21: *Scylla patri canos furata capillos*. **residebat** cum abl. locativo coniunctum; cf. Catull. 64, 309 ad vs. 122 allatum. **omnis cura**, cf. Verg. Aen. I, 646: *omnis in Ascanio cari stat cura parentis*.

127. aurea fibula; cf. Verg. Aen. IV, 139: *aurea purpuream subnectit fibula vestem*; ibd. V, 313: *.... et tereti subnectit fibula gemma* (cf. Val. Flacc. II, 103); ad sensum cf. Verg. Aen. VII, 815: *fibula crinem auro internectit*. **sollemni ritu** = *ritu Attico*, cf. ad vs. 35. **quem** hyperbaton (cf. Catull. 66, 83), de quo vid. Stolz—Schmalz⁵, p. 794 sqq.; Kroll, Studien, p. 261 sq.

128. Huius versus lectio non constat. In codd. haec invenimus: *corpsel(la)e* HAR; *corselle* L; *nectebant (-abant A)* HAR; *-ebat* L.

Nic. Loensis coniecit *crobylus et*, quam emendationem plurimi editores acceperunt; Ellis: *morsilis et* (Am. Journ. of Phil. 15, 477; cf. Mai, Class. Auct. VIII, 362: *morsabilis ad mordendum habilis, quod et morsilis dicitur*, cf. ibd. p. 338; Claud. in Eutrop. II, 184: *mordēbat fibula vestes*), olim sive *crobylus et* sive *Cecropis et*; Lenchantin: *consertae et*; Birt: *volsella et tereti vel rostello et tereti* (cf. Rh. Mus. 33, 629; Erkl. des Catal. p. 183). Si Nic. Loensis emendationem accipimus, vocula q.e. *et* per μετάθεσιν inversa est (cf. ad vs. 47); sensus enim hic est: aurea fibula et *crobylus* (tereti dente cicadae sc.) nectebant capillum comptum (i.q. ita ut comptus esset) ritu Attico; cf. Thuc. I, 6: καὶ οἱ πρεσβύτεροι αὐτοῖς τῶν εὐδαιμόνων διὰ τὸ ἀβροδίαιτον οὐ πολλὸς χρόνος ἐπειδὴ χιτῶνάς τε λινοῦς ἐπαύσαντο φοροῦντες καὶ χρυσῶν τεττίγων ἐνέρσει κρωβύλον ἀναδόμενοι τῶν ἐν τῇ κεφαλῇ τριχῶν, ubi ἀναδέομαι, idem valet quod (*sub*)necto; vid. Classen—Steup⁵, p. 386—394 ad Thuc. I, 6, ubi etiam tractantur: Aristoph. Eq. 1322—1331; Nub. 984 (cf. v. Leeuwen ad I.); Heracl. Pont. (ap. Athen. XII, 512b, e dialogo c. t. περὶ ἡδονῆς): κορύμβους δ' ἀναδόμενοι τῶν τριχῶν χρυσοῦς τέττιγας περὶ τὸ μέτωπον καὶ τὰς κόμας ἐφόρου; Asii fragm. quod invenitur ap. Athen. XII, 525, e—f:

οἱ δ' αὐτῶς φοίτεσκον ὅπως πλοκάμους κτενίσαιντο
εἰς Ἥρης τέμενος, πεπυκασμένοι εἴμασι καλοῖς,
χιονέοισι χιτῶσι πέδον χθονὸς εὐρέος εἶχον·
χρῦσειαι δὲ κορύμβαι ἐπ' αὐτῶν τέττιγες ὤς·
χαῖται δ' ἠωρεῦντ' ἀνέμῳ χρυσοῖς ἐνὶ δεσμοῖς·
δαιδάλεσι δὲ χλιδῶνες ἄρ' ἀμφὶ βραχίσιον ἦσαν, sqq.;

Nicol. Damasc. (F.H.G. III, 395, 62; Gutschmid, Kl. Schr. IV, 310): ἀλουργῆ ἀμπεχόμενος καὶ κόμην τρέφων χρυσῶ στροφῶ κεκορυμβωμένην. Loci supra allati, e Thuc., Aristoph., Heracl. Pont. desumpti satis probare videntur κρωβύλον (i.q. κορύμβην, κοσύμβην; cf. Poll. II, 30) stricto sensu certum quendam modum subnectendi capillos designare. Ea autem ratione χρῦσειαι κορύμβαι τέττιγες ὤς, quod ap. Asium invenimus, intellegi non potest. Χρῦσειαι κορύμβαι h. l. idem designare videntur quod vs. 5 χρῦσοι δεσμοί (cf. ap. Nicol. Damasc. supra all.: χρυσῶ στροφῶ κεκορυμβωμένην), quod etiam testatur Hesychius: κοσύμβη· δεσμός, ἀνάδεσμα, ἢ ἐγκόμβωμα καὶ ὅπερ αἱ Κρήσσαι φοροῦσιν, ὅμοιον ἀ(σ)πιδίσκῳ. καὶ περιζῶμα Αἰγύπτιον. καὶ τὸ ἐγκομβοῦσθαι. Verisimile mihi videtur apud Asium locutionem q.e. χρῦσειαι κορύμβαι τέττιγες ὤς ita

intelligendam esse, ut mentio sit de taenia quadam, quae, tota aurea, speciem haberet unius continuæ cicadarum ordinis. Qui sensus (*crobylus* i.q. κοσύμβη, δεσμός, στρόφος) etiam l. n. Nic. Loensis emendationi eximium sensum praebere possit. **cicadae** i.q. *cicadarum*: singularis pro plurali, ut saepe. Illae ergo cicadae, quae in aurea taenia inhaerebant, tereti dente praeditae fuisse videntur, quo et taeniam et capillum firme continere possent. Praeterea etiam fibula transversa per capillum transfigi solebat. Simplicius tamen et per emendationem minus a traditis lectionibus recedentem eximium etiam sensum fortasse restituere possumus, si cum v. d. Wagenvoort legimus: *aurea sollemni comptum quem fibula ritu | corsellā et tereti nectebat dente cicadae. corsella* nusquam alibi occurrit, apud Vitruvium autem (IV, 6, 6) de *corsa* sermo est, quod parvum ornamentum fuisse videtur, quod 'in modum fasciae', ut dicit Forcellini s.v. supra ianuas vel valvas muro affigi solebat. Cui idem addit: 'putant esse a Graeco κόρση; tempus seu pars capitis utraque ad aures sita'; cf. Hom. II. IV, 503; apud Aesch. (Choeph. 282) idem valet quod *crinis*: λευκὰς δὲ κόρσας τῆιδ' ἐπαντέλλειν νόσῳ; apud Emped. (232, Karst.): ἦ πολλαὶ μὲν κόρσαι ἀνάγχενες ἐβλάστησαν, ubi κόρσαι i.q. *capita*. Quae cum ita sint, non inconcinnum videtur vocem q.e. *corsella* idem dicere voluisse quod voces q.s. *fascia*, *taenia*, *diadema*. Ad deminutivi formam cf. e.g.: *agnella*. Sensus ergo hic evadat: *fibula capillum nectebat corsella et tereti dente cicadae*. De voce q.e. **teres** vid. Munro ad Lucr. I, 35.

129—162. A Iunone auxilio vocatus Amor Scyllae insanum erga Minoem amorem inicit.

129. vero haec, cf. *verum haec* (310), *verum istaec* (421). Pro **vobis**, quod omnes codd. habent, Heinsius: *urbis*, Baehrens: *crinis* coniecerunt; emendatione autem opus non est, quia lectio tradita bonum sensum praebet: *vobis* enim i.q. *Niso et omnibus civibus*; cf. *cura omnis* (126) quod idem valere puto quod *omnium* (*Megarensium* sc.) *cura*. Poeta figura quae dicitur apostropha usus est, aliquanto durius tamen, cum auctor verbis non expresserit, quosnam adloquatur (cf. Cir. 153). De apostropha viros doctos q.s. Hampel (De apostrophae apud poetas romanos usu, Jena, 1908); Curcio (L'apostrofe nella poesia latina, Catania, 1903); Heinze (Sächs. Ber. 71, 64) scripsisse Kroll animadvertit (Studien, p. 257). Vid. etiam Norden (ad Verg. Aen. VI, p. 122), qui Vergi-

lium ea figura posterioribus praesertim Aeneidis libris usum esse admonet.

130. nec fuerat (*ea custodia usque ad id tempus vana sc.*). **novo furore**; *furor* persaepe amorem insanum indicat; cf. ad Cir. 164; de sensu adiectivi q.e. *novus*, cf. Cir. 81; 205; 259; 262; Kaffenberger, Philol. 76, 155. Apud omnes fere auctores qui fabulam nostram narrant, insanus Scyllae in Minoem amor fuit qui ad scelus eam adduxerit. Quam versionem tragicum quendam, Euripidis imitatore, primum finxisse Rohde, Gr. Rom. p. 36 suspicatur. Apud Aeschylum enim e contrario invenimus „das altertümliche Motiv einer Verlockung durch goldnen Schmuck” (Rohde ibd.; cf. Welcker, Ep. Cycl. II, 374), Choeph. 615 sqq. sc.:

ἄλλαν δ' ἔστιν ἐν λόγοις στρυγεῖν
 φοινιᾶν Σκύλλαν
 ἄτ' ἐχθρῶν ὑπὲρ φῶτ' ἀπώλε-
 σεν φίλον, Κρητικοῖς
 χρυσεοδμήτοισιν ἕρ-
 μοις πιθήσασα δώροισι Μίνω,
 Νῆσον ἀθανάτας τριχῶς
 νοσφίσασα προβοῦλως
 πνέονθ' ἅ κυνόφρων ὑπνω·
 κιγγάνει δέ νιν Ἑρμῆς.

correpta iure omnes editores post ed. Ascens. 1507 pro *concepta*, quod codicum consensus exhibet, receperunt (cf. Karsten, Sert. Nab. p. 197).

131. sepulcrum h. l. metonymice i. q. *parricida, auctor patris necis et patriae interitus*, quem sensum nusquam alibi inveni. Ad versus nostri structuram cf. Ovid. Met. XIII, 423: *in mediis Hecuba est natorum inventa sepulcris*, quem versum auctorem nostrum imitatum esse suspicari in promptu est; verba enim q.s. *inventae* et *sepulcris* apud Ovid. multo faciliora sunt ad intellegendum quam versu nostro. Thomason, p. 423 praeter Ovidii vs. supra all. confert Catull. 68, 89: *Troia, nefas, commune sepulcrum Asiae Europaeque*. Nomen proprium q.e. **Scylla** παθητικῶς per anaphoram auctor iteravit; vid. ad vs. 12; cf. e.g. Cir. 290 sq.; 295 sq.; 313 sq.; 402 sq.; Cul. 124 sq.; 232 sq.; Verg. Ecl. 9, 28; Aen. VI, 164; VII, 586 (quem ad versum conferas Hom. Il. XV, 618).

132. cupidis ocellis; cf. Catull. 64, 86: *hunc simulac cupido*

conspexit lumine virgo. ocellus in carmine nostro ter (132; 238; 348) invenitur; apud Catull. septies (ut e.g. 64, 60: *maestis Minois ocellis*), saepe etiam ap. Ovidium (vid. Ganzenmüller ad l. n.); de deminutivorum apud Alexandrinos eorumque imitatores usu, vid. ad vs. 3. **Minoa** (*si non* codd.): emendatio palmaris, quam proposuit Lachmann ad Lucr. III, 734 (p. 162); cf. Catull. 64, 85: *magnanimum ad Minoa venit sedesque superbas*, et Cir. 367; Bücheler: *Minon* (cf. Lenchantin ad l.; Klotz, Ph. W. 52, 1292), Schrader *Minoi* coniecerunt; **inhiare** cum accusativo coniunctum etiam invenitur e.g. Plaut. Stich. 605; Aulul. 194; Verg. Georg. II, 463.

133. Cf. Verg. Ecl. 8, 50: *improbus ille puer! crudelis tu quoque, mater*; ad epitheton cf. Simon. 24, 1 D. σχέτλιε παῖ; Theogn. 1231: σχέτλι' Ἔρωσ; Eur. Hipp. 538: Ἔρωτα δέ, τὸν τύραννον ἀνδρῶν (vid. Barthold ad l.), πέρθοντα καὶ διὰ πάσας | ἰόντα συμφορᾶς; ad sensum cf. Apoll. Rhod. III, 91 sqq.:

Ἦρῃ Ἀθηναίη τε, πίδοιτό κεν ὑμῖ μάλιστα
ἢ ἔμοι αὐτὰρ ἐμεῖο (Ἀφροδίτης, sc.)
οὐκ ὄθεται, μαλὰ δ' αἰὲν ἐριδμαίνων ἀθερίζει.

— — — **ille puer** etiam occurrit Ov. Rem. Am. 168 *sic venit ille puer* (*Amor* sc.). **sua**, emphatice, i. q. *ipsius*: vern.: 'zijn eigen Moeder', quem usum nequaquam cum vs. 75 et 524 conferre licet. Cf. autem Ov. Met. II, 186; VII, 827; VIII, 646; XIV, 42; XV, 123. Apud Verg. praeter Aen. IV, 633 nullum locum quem conferas inveni. Perperam tamen Thomason, l. l. pag. 155 et Stolz—Schmalz⁵, p. 470, Ov. Met. XV, 819: *ut deus accedat caelo* (*Caesar*, sc.), *tu facies natusque suus* conferunt; ubi *suus* i. valet q. *eius* (sicut apud nostrum vss. 75 et 524) et sine emphasi dictum est. Has enim diversas pronominis possessivi significationes et Thomason et Stolz.—Schmalz confundunt. De Amore, vid. Waser, RE VI, 487 sqq.; Furtwängler in Roscheri Lex. s. v. 'Eros', I, 1346 sq.; Korn—Ehwald ad Ov. Met. V, 364.

134. **potuit** perfectum gnomicum esse putat Stolz—Schmalz⁵, p. 560, qui confert Catull. 62, 42: *multi illum pueri, multae optavere puellae* (cf. Kroll ad l.). **pater atque avus idem**: 'quia Iuppiter eum ex filia genuit' (Ascensius in ed. 1507). Iovem Amoris patrem esse etiam legitur Eur. Hipp. 534: Ἔρωσ ὁ Διὸς παῖς (vid. Barthold ad l.); de Amoris autem genealogia valde dissentiunt auctores, cf. Schol. Apoll. Rhod. III, 26: Ἀπολλώνιος μὲν Ἀφροδίτης

τὸν "Ἐρωτα γενεαλογεῖ, Σαπφῶ δὲ Γῆς καὶ Οὐρανοῦ, quam (Sappho, sc.) ceteroquin πολλὰ καὶ οὐχ ὁμολογοῦντα ἀλλήλοις de Amore cecinisse Pausanias (IX, 27, 3) testatur. Simon. fr. 24, 1 Venerem et Martem, Alcaeus fr. 8D Zephyrum et Irin Amoris parentes fuisse declarant. Venerem ab antiquis temporibus Iovis filiam habitam esse non est cur commonefaciam cf. Hom. II. V, 370; e recentioribus Sen. Phaedr. 275. Vid. etiam Kaffenberger, p. 156. Ad versus nostri sensum cf. Ov. Met. V, 369 sq.: *tu superos ipsumque Iovem, tu numina ponti / victa domas ipsumque regit qui numina ponti.*

135. ille etiam . . . , ille etiam, cf. Cir. 394 sqq.; Verg. Ecl. 10, 13 sq.; Georg. I, 464 sqq.:

— *ille etiam caecos instare tumultus
saepe monet, fraudemque et operta tume scere bella
ille etiam . . .* (vid. ad vs. 136 sq.).

Poenos leones, cf. Verg. Ecl. 5, 27: *Daphni tuum Poenos etiam ingenuisse leones*, ubi epitheto q.e. *Poenus* minus apte Vergilium usum esse quam h. l. Ciris auctorem Skutsch affirmavit, Leo hisce verbis concedit: „Hier ist für unser Gefühl der Dichter der Ciris im Vorteil; aber dasz dem hellenistischen und römischen Leser Epitheta jener Art keinen Anstoz gaben, wissen wir doch zur Genüge“ (Herm. 37, 42; cf. Skutsch II, 74; Leo, Herm. 42, 51a.1). Apud Verg. adi. q.e. *Poenus* epitheti ornantis tantum partes agere omnes consentiunt, cum contra l. n. *Amor etiam Poenos leones domat* eximium sensum dat, quippe qui Poeni leones ferissimi essent; cf. Sen. Phaedr. 348: *Poeni quatunt colla leones, cum movit Amor*; Ov. Art. am. II, 183: *obsequium tigresque domat Numidasque leones*; Trist. IV, 6, 5: *tempore Poenorum compescitur ira leonum* (Ganzenmüller, 577).

136 sq. docuit, cf. Verg. Ecl. 8, 47: *saevus Amor docuit natu- rum sanguine matrem / commaculare manus* (cf. Tib. II, 4, 18; Lygd. 4, 65 sq.); vss. nostros qua ratione Leo (Progr. Gött., 11) interpretetur, uberius afferam: „Vs. 136 *docuit* necessarium est, nam idem audiri debet sequenti versu, ubi *divos homines*, ut Ribbeckius adnotavit, suppletur cogitato *amare (docuit)* vel potius *comprimere*, quod ne eloquatur cavet, ergo etiam *mansuescere* significat *mansuetum fieri*, non *facere*, nam Amor tigres ipse mansuefieri, non homines eas mansuefacere docuit, sed *domitare* nec a verbo q.e. *docuit* pendere nec eodem loco haberi potest quo *mansuescere*, eadem de causa; conieceram *domat arte*, sed impedit

temporum ratio; iam video quid voluerit. Amor quem nec Venus nec Iuppiter flectere iratum *potuit*, ille etiam iracundissimas bestias (*potuit*) *domitare* et tigres *mansuescere docuit*. durior sermo quo quae anaphora copulantur membra, structura distinentur; tamen sic constructam orationem manifesto deprehendimus"; quae durities fortasse ex imitatione Vergiliana (Georg. I, 464 sq. ad vs. 135 all.) facilius intellegi potest. Durior tamen sine dubio sermo est, quin ita durus, ut multos viros doctos ad emendationes proponendas iam pellexerit. Pro *docuit* Haupt coniecit: *novit*; Baehrens: *doctus*; Heyne *rabidas valuit* legendum proposuit; Curcio: *potuit*; pro *domitare* Ribbeck metro invito *dormitare* (*docuit* retinens); Lenchantin qui lectionem traditam retinet, post *homines* ita supplet: *vires mansuescere docuit*; verbo enim q.e. *mansuescere* auctorem nostrum h. l. transitive (i.q. *mansuescere*) usum esse putat, quem ad usum conferre potuit e.g. Varr. R.R. II, 1, 4: *silvestria deprehenderent ac concluderent et mansuescerent*; Lucr. V, 1368: *.... fructusque feros mansuescere terram | cernebant indulgendo blandeque colendo* (cf. Munro ad IV, 1282); Coripp. Ioann. VI, 253; 484; cf. Sanct. Min. III, 3 (Ganzenmüller, 557a.4; cf. Baehrens, Fl. Jahrb. 1872 (105), p. 839; Thomason, 153). Vergilius semper intransitive verbo nostro utitur, cf. e.g. Georg. IV, 470. Itaque in vs. 137 explicando v. d. Lenchantin fortasse sequi possumus; quid autem illud: *Amor* (*homines*, ita enim supplendum esse videtur) *docuit leones domitare et tigres mansuescere* (i.q. *mansuefacere*) dicere vult? Mihi quidem omni sensu haec carere videntur. Quae cum ita sint, explicationem quam Leo dedit, si quidem traditam lectionem retinere volumus, nobis accipiendam esse opinor. Melior autem sensus et sermo aliquanto minus durus existat, si emendationem, quam Curcio proposuit (*potuit* sc. pro *docuit*) accipiamus et e *potuit mansuescere* (136) post *homines* suppleamus *mansuevit*, quamquam et ita v. 137 anticlimax et asyndeton molesta manerent. Alium in modum v. d. Wagenvoort vss. nostros emendare conatus est, qui nomen proprium q.e. *Iuppiter*, quod sine dubio plane supervacuum est, in archetypi margine velut glossam ad vs. 134 adscriptum fuisse et a scriba quodam in textum receptum esse putat quo facto verbum *potuit* per metri necessitatem esse omissum. Vs. 135 ergo ita scribere vult: *ille etiam potuit Poenos domitare leones*. Quae quamvis elegans emendatio quominus recipiatur manifesta imitatio Vergiliana (Georg. I, 464 ad vs. 135 all.)

si non impedit, attamen minus probabilem facit. Quod ad vs. 136 pertinet, pro *vires* cum codice L et editionibus veteribus v. d. Wagenvoort (quem sequor) *victas* legendum proposuit, quod etiam Scaliger, qui in edd. tantum vett. hanc lectionem inveniebat, reponere voluit: *et validas docuit victas mansuescere tigres* (= *ita ut victae essent*); cf. Lygd. 6, 16: *Armenias tigres et fulvas ille leaenas / vicit et indomitis mollia corda dedit.*

138. tristes i. q. *tristitiam afferentes*, cf. Cir. 283; 536; Catull. 2, 10: *tristes curas*; Cul. 81; Verg. Ecl. 6, 7; 2, 14: *nonne fuit satius tristes Amaryllidis iras / . . . pati . . . ? acuebat iras*, cf. Verg. Aen. IX, 464: *variisque acuunt rumoribus iras*; ibd. XII, 590: *magnisque acuunt stridoribus iras*. Sicut versus supra all. post *iras* supplendi sunt cogitato *sibi* vel *suas* (*ipsorum*), ita l. n. genitivus q. e. *Iunonis magnae* cum *iras* non coniungendus est, quod etiam sensum postulare recte Kreunen (p. 97) vidit: „etenim non Amor acuit Iunonem, sed Iuno Amorem. Nempe ordo rerum hic est: ut scelus puellae ulcisceretur insano amore eam ab Amore inflammandam curavit.” Perperam autem Kreunen pro *acuebat* proposuit *armabat*, qua emendatione nequaquam opus esse Vergilii loci supra laudati satis probant.

139 sq.. Iunonis magnae etiam Verg. Aen. III, 437. Recte Vollmer hos versus intellegere videtur cum (in ed. 1909 app. crit.) dicit: „*periuria* intellego *iura laesa*; sensus videtur esse: cuius deae iura laesa tot nymphae meminere diu”; eodem modo *periurus* h. l. idem valet quod *iura deae laedens*, ut opinor, quamquam vs. 155, ubi de iure iurando sermo est haec impedire fortasse putes. L. n. autem Scylla, quia Iunonis sedem violavit, periura dicitur (141; cf. 154 *violata sacraria*). Pro se (140) Baehrens **ipsae** coniecit, quae levis emendatio, cum *divae ipsae* et *puella* praeclare inter se opponantur (cf. vs. 83), ad sensum aptissima videtur, cf. e.g. Verg. Aen. VI, 553 sq.: *columnae / vis ut nulla virum, non ipsi excindere bello / caelicolae valeant*. Ad versus 139 structuram cf. Verg. Georg. I, 502: *Laomedonte a e luimus periuria Troiae olim*, cf. ad vs. 22. Vss. 139—141 asyndetice (*Iunonis magnae <enim>* sc. —) cum vss. praecedentibus coniuncti sunt; cf. Stolz—Schmalz⁵, p. 653; 846.

141. non ulli, vid. ad vs. 104. **licitam**, quod pridem recipere volueram, per coniecturam Unger proposuit, quem plurimi sequuntur; codd. ARH: *liceat*; L *licitam* (s. s. *pro relictam*); Heinsius

conferens Verg. Aen. VIII, 468: *licitum*; Stadtmüller: *nulli neclectam*. Lectionem codicum ARH: *non ulli liceat*, etiam cum parenthetice id dictum accipimus, omni sensu carere opinor; *licitam* post Ungerum inter alios etiam Ellis et Curcio in textum receperunt, sed quo modo illud *liceat* e *licitam* existere potuerit, me latere fateor. Deinde: quo verbo sententia supplenda est? Num verbo q.e. *violare*? Sed id testari plane supervacuum est, quippe cum nemini in mentem veniat ut dicat Iunonis templum violare cuiquam licere. Alii *non ulli licitam* sc. *intrare* audiunt, qua autem interpretatione accepta per *non ulli* nihil aliud intellegi potest nisi *non ulli profano*. Itaque graviolem corruptelam, cuius medela nondum inventa sit, latere opinor.

142. **dum** l. n. vim causalem habere vix esse puto cur dicam. **sacris operata**, cf. Liv. I, 31; *operari* (sc. *sacris*) e.g. Verg. Georg. I, 339; Hor. Carm. III, 14, 6, quem ad l. Kiessling—Heinze: „Das alte Wort *operatus* ist nicht Part. Perf. von *operari* (das Vb. begegnet nicht vor der Augusteischen Zeit), sondern von *opera* abgeleitet, wie *feriatus* von *feriae*, und hat stets präsentische Bedeutung „im Dienst“; cf. Tibull. II, 1, 9; 65; 5, 75; Prop. II, 28, 45; 33, 2; Ovid. Am. II, 13, 17; Fast. VI, 249; Tac. Ann. II, 14 (cf. Furneaux ad l.). **lascivit** (verbum q.e. *lascivire* apud Vergilium nusquam occurrit): cf. Ovid. Met. VII, 321: *agnus / lascivitque fuga lactantiaque ubera quaerit*. **extra / procedit longe** cf. Lucr. I, 72: *et extra / processit longe flammantia moenia mundi*.

143. Cf. Lucr. II, 628: *floribus umbrantes matrem comitumque catervas*; Verg. Aen. XI, 478: *.... magna matrum regina caterva* (cf. II, 240; 370; V, 76); Ovid. Met. XII, 216: *.... matrum numerumque caterva*; *caterva* (-as, -ae) versus fine etiam Verg. Aen. VII, 804 (= XI, 433); XI, 456. **matrum** = *matronarum*; cf. Verg. Aen. II, 489 (Plessis—Lejay ad l.); 797; V, 622; 654; 715; 750 etc. Sensum ita reddidit Sudhaus, p. 499: „Bei einer Procession der Frauen und Mädchen, so scheint es, ist sie voraus gelaufen und vergisst sich im Spiel. Ihr Ballwurf stört die heilige Handlung.“

144. **suspensam vestem**, cf. Lucr. I, 305; VI, 114; 471 sq. De vi verbi q.e. *suspendi* vid. ad vs. 7. **in corpore ludere** cf. Lygd. 4, 35: *una videbatur talis intrudere palla*. Addere velim quae his de versibus Oltramare, p. 298 scripsit: „Il y a sans doute de la fraîcheur naïve dans les vers qui peignent la joie physique d'un

corps alerte et souple se mouvant au grand air" nec non quo modo sensum reddere conatus sit: „elle a retroussé sa tunique et, joyeuse de la sentir jouer librement sur son corps en relâche sur sa poitrine les plis gonflés et agités par les souffles de l'aquilone."

145. aquilone: recte Lenchantin: per vento in generale, così Hor. Ep. II, 2, 201: *non agimur tumidis velis aquilone secundo*; cf. etiam ad 460.

146 sq. necdum etiam, cf. Catull. 64, 55: *necdum etiam sese quae visit, visere credit*; Verg. Georg. II, 539: *necdum etiam audierant inflari classica, necdum | impositos duris crepitare incudibus enses*; Aen. I, 25 (cf. Kappes—Fickelscherer ad l.); VIII, 697; Prop. I, 9, 17; Manil. I, 73. **gustaverat** metaphorice, cf. Lucr. II, 192: *et celeri flamma degustant (ignes sc.) tigna trabesque*. R.B. Steele (Am. Journ. of Phil. 51, 156) contulit Lucr. V, 180: *nunquam . . . vitae gustavit amorem*; Drachmann (Herm. 43, 421) Hor. Sat. II, 5, 82. Etiam in sermone pedestri verbum nostrum in usu fuit. **ignis honores**, cf. Gratt. Cyneg. 457: *suos ubi contigit ignis honores* (cf. Ovid. Ep. ex P. IV, 16, 34). **castos:** 'puritate dis gratos' (ita ad l. n. Lenchantin, qui confert Paul. Fest. p. 14, 8 ἀπὸ τοῦ ἀγνοῦ quod significat *castum*; Non. p. 257: *castum religiosum*, cf. Verg. Aen. VII, 71: *castis adolet . . . altaria taedis*). **sollemni lympha:** recte Lenchantin: l'acqua lustrale, il καθάρσιον ὕδωρ. **perfusa**, vid. Daremberg—Saglio, IV, 966 (cf. Aristoph. Pac. 961 sqq.); vid. etiam ad vs. 376.

148. Cf. Verg. Georg. III, 21: *ipse caput tonsae foliis ornatus olivae*. Oltramare, qui p. 316 versum nostrum cum Verg. Georg. III, 21 comparat, his e versibus apparere putat Vergilium in Georg. III, 21 scribendo Ciris auctorem esse imitatum: „Dans le vers des Géorgiques, l'épithète habituelle (*pallens*) n'entraîne pas métriquement, elle a été remplacée par la cheville *tonsa*." Iniuria autem locutionem q.e. *tonsa oliva* reprehendit, quod satis apparet ex Aen. V, 556; 724; vid. etiam Ladewig—Jahn ad Verg. Georg. III, 21 sq. **pallens** cf. Verg. Ecl. 5, 16 (vid. Ladewig—Jahn ad l.). **exornarat:** „archaisch und prosaisch; bei keinem Augusteer (Stat. Silv. III, 1, 132)" ut dicit Drachmann (Herm. 43, 421; cf. Rushton Fairclough, Transact. a. Proc. of the Am. Phil. Ass. 53, 23).

149. cum fugit: *cum* inversum. **relapsa est** (ita Heinsius

emendavit; *relaps(a)e*: codd.; *clapsa est*: Ribbeck; *ea lapsa est*: Waltz; *relapsa*: Vollmer, cum praepositionem esse putans). Quid revera auctor scripserit, non plane liquet. Levissima est Heinsii emendatio: *relapsē*, *relapsa ē* = *relapse est*; cf. etiam Ovid. Met. X, 57: (*Orpheus*) . . . *flexit amans oculos et protinus illa relapsa est*, ubi *relapsa est* (quamquam plane alium sensum habet) eodem versus loco positum est. De sensu nostro Lenchantin: „Il Vollmer sembra intendesse: ‘e con la palla rinbalzante corre in avanti la fanciulla’. In realtà il senso è: ‘e comme la palla rimbalzò, si slanciò in avanti la fanciulla’”. Valde tamen incerta haec omnia sunt. Fortasse: *cumque era et ipsa | procurrit virgo* (*virgo* appositionis loco ad *era*; cf. *dea virgo*)?

150. procurrit eodem versus loco etiam Catull. 65, 20. **quod uti ne** (*uti* i.q. *utinam*), cf. Ter. Phorm. 157: *quod utinam ne Phormioni id suadere in mentem incidisset; quod ut* (i.q. *quod utinam*), cf. Cir. 228; Verg. Aen. X, 631; *quod utinam* (i.q. *utinam*), cf. e.g. Cic. ad Fam. XIV, 4, 1: *quod utinam minus vitae cupidi fuissemus! prodita ludo* cf. Verg. Aen. I, 470: . . . *primo quae prodita somno* (cf. Ovid. Her. X, 5).

151 sq. Cf. Catull. 64, 5: *auratam optantes Colchis avertere pellem*; ibd. 66: *omnia quae toto delapsa e corpore passim. auratam* (coniecit Iakobs; *aurea iam*: codd.; *aurae, iam*: Lenchantin cuius emendationem Klotz [Ph. Wschr. 52, 1289] „zwar elegant, aber doch nicht überzeugend”, appellat, „da iam nicht verständlich ist; Iakobsii ergo emendationem approbandam esse putat) i.q. *auro* (vel *aureis figuris*) *ornatam* cf. ad vs. 32; ad sensum cf. Verg. Aen. I, 648. **solvisses** emendatione ut puto probabilissima restituit Barth, quem secuti sunt Ellis, Curcio, Sudhaus, alii. Ad apostropham vid. ad vs. 129. Waltz, p. 67: „ipse Ciris auctor, tenero et molli animo praeditus, aerumna suae Scyllae affici (videtur), ut ex his apparet, quae narratio rebus intermiscuit; cf. 71; 188 sq.”; de auctoris autem indole tales locutiones nihil dicunt; poetarum enim Alexandrinorum eorumque, qui illos imitantur, modo scribendi consentaneae sunt; cf. Heinze, Vergils epische Technik², p. 360 i.f.

153. o!; frequentissime auctor interiectionibus utitur, inprimis *o!* (terdecies: 153, 195, 199, 202, 224, 278, 286, 287, 295, 314, 404, 410, 424); deinde etiam *heu!* (octies: 81, 82, 132, 161, 190, 264, 360, 469), *age* (bis: 98, 234), *a!* (bis: 185, 228), *hei* (semel: 237),

io (semel: 257), *ecce* (semel: 500). **vel(1)em tua** codd.; *velamina* coni. Sudhaus (Herm. 42, 414; cf. Verg. Aen. I, 649; 711), qua tamen emendatione opus non est. Pro **haberes** expectes *habuisses*; sed cf. Verg. Aen. VI, 537. **tecum tua**; emphatice; ad verborum coniunctionem Ellis (Am. Journ. of Phil. 8, 6) confert Lyd. 34: *tecum tua laeta capella*, iniuria autem, quia et sensus et versus structura plane diversi sunt.

154 sq. violata sacraria i.q. *violationem sacrariorum*, quod l. n. idem dicere vult quod *disturbationem sacrorum*. **piasses**, cf. Verg. Aen. II, 184: *effigiem statuere nefas quae triste piaret*. Fabulam aequalibus suis notam auctor noster hisce versibus significat et quasi adumbrat, id quod sensum totius periodi (quam praeterea gravibus corruptelis depravatam esse satis constat) maxime obscuravit. Praeterea dicendi ratio satis involuta est neque facilis ad explanandum. Primo loco afferam qua ratione Ellis (Am. Journ. of Phil. 8, 6) versus nostros verterit: 'Never wouldst thou have profaned by a hand-throw the goddess' shrine and then, to thy sorrow, made unavailing atonement thereof by a false oath (that thou wert not guilty)', nec non quae addiderit: 'Sillig is obviously right in explaining of Scylla's swearing a false oath, that she had not committed sacrilege; though, from want of other narrators of the story, it is difficult to pronounce exactly what form the false allegation took; whether that she did not expose her limits, or that she or the ball did not reach the confines of the sanctuary, must remain undecided'. Aliam per viam Scaliger sensum tolerabilem elicere conatus est. Haec enim adnotavit ad vs. 138: '. . . . nam quum nescio quid perperam iurando Iunonis iram in se provocasset, non diu factum est, ut quodam die, Dea ita volente, inter aequales suas in lusu pilae, cum, ut fit, imprudens studio provecta longius processisset, ad ipsa usque urbis moenia perveniret: unde castra prospiciens, Minoa conspiciata est. Cuius amore deinde icta fuit, quae ei ἀρχέκωνος dies, et caussa caputque malorum extitit. Id vult accidisse Vergilius Iunonis providentia, cuius numen Scylla peierando in eius templo offenderat'. Bene ergo Scaliger distinguit inter sacrarii violationem et periurium. Primo enim loco tota e versusum 132—163 periodo apparere videtur amorem erga Minoem, quem Iunonis iussu Amor Scyllae inieciisset, poenae partes egisse. Quaeri iam potest quodnam peccatum esset quod ut tam gravi et exitiosa

poena Scyllam afficeret Iunonem permoveret vel certe praetextum iusti supplicii ei daret. Versibus nostris et de sacrarii violatione (vel de caeremoniae sacrorum disturbance) et de iure iurando (155) sermo est. E vss. 154 sq. clare liquet ius iurandum successisse violationi qua Scylla propter intemperantiam ac ita inconsiderate se proripiens se obstrinxisset. Ius iurandum ergo, quod in hoc tempore periurium fieri necesse erat (vid. infra), eo referebatur ut violatio expiraretur eiusque poena evitari posset, neque quicquam indicio est — ut vult Scaliger, qui partem tantum vidit solutionis — in ipso deae templo Scyllam peierasse. Cetera valde incerta sunt, haec tamen, ut sensum tolerabilem elicias, conicere possis. Periodo nostra auctor obscurius indicare voluit quo modo Scylla et Minos se cognoverint. Scylla enim, cum e matrum comitumque pompa sollempni progredientium caterva se amoveret, imprudens pallam abiecerat et ita levi tantum veste, quam φαινόμηρον fuisse Scaliger putat, induta vel potius obducta celeri cursu se abripuerat („quod utinam ne fecisses”, auctor noster exclamat, „neve tam diu non rediisses!”), cum subito, ludens ac per campos errans Minoi obviam occurrit. Quo occurso, quem ἐρωτικῶς fortasse auctor quidam depinxerat, de fatali patris crine Scylla Minoi nuptias ea condicione (cf. Cir. 187) pollicenti pacta est. Quod initium fuit Scyllae insani erga Minoem amoris, qui perniciosus ei futurus esset et, sicut dixit Scaliger, „caussa caputque malorum”. Quae si non fecisset, i.e. si neque se abripuisset neque Minoi occurrisset, nequaquam nimirum ei iure iurando (quod periurium fieri insuper necesse erat!) peccati placationem petere opus fuisset; neque enim peccati culpam contraxisset. Quod ius iurandum quae continuerit, conicere tantum possumus. Sensus autem minus difficilis fit ad intellegendum si accipimus Scyllam, postquam tandem rediit, esse interrogatam quaenam istius diuturnae absentiae causa fuisset ac iure iurando interposito mendacium eam narravisse. **iure iurando** emendatione valde probabili restituit Barth; omnes codd. *iura* praebent, quod retinuit Lenchantin; Sillig proposuit *urendo*. . . . *ture* (cf. Prop. III, 10, 19: *coronatas ubi ture piaveras aras*); Unger: *intrando-iura*; Curcio: *furando-ture*.

156 sq. Re ipsa autem quin nec sacrorum disturbatio nec periurium, quae ambo peccata uno verbo q.e. *periurium* (etiam h. l. i.q. *iura laesa*) auctor noster comprehendere videtur, Scyllae causa

perniciei fuerit, quis est qui dubitet? Iuno scilicet, metuens ne eximia puellae forma Iovem amore inflammatura esset, invidia commota eam perdidit. **etsi** (codd.; *et si* nonnulli: *et i.q. et tamen*, cf. Dräger, Hist. Synt. II, p. 20; *set si*: Schwabe, Baehrens; *at si* Ribbeck) corrigentis esse videtur (i.q. *et tamen*), quem sensum Drachmann (Herm. 43, 420) „durchaus archaisch und prosaisch“ appellat, cf. Cic. ad Att. IX, 10: *do poenas temeritatis meae; etsi quae fuit ista temeritas?*; initio versus Vergilius vocula nostra nunquam utitur; invenitur contra Ov. Met. II, 322; Art. Am. III, 753; Lygd. 6, 47; Catull. 65, 1; Prop. II, 2, 16; II, 19, 1; cf. Jacob, Comm. ad Prop. p. 165; Sillig, Epim. p. 143 (Thomason, p. 149); vid. ad vs. 1. Locutionem q.e. **causa pia est**, qua ironice auctor noster usus esse videtur (vern.: ‘de oorzaak was pure broedermin: aan haar broer schroomde Iuno u te laten zien’), corruptam esse neque satis defendi posse complures viri docti putant. Ellis ergo in editionis app. crit. proposuit *causa patet*, quod nihilo minus in textum recipere non ausus est; Maehly proposuit *causa alia est*; Baehrens: *causa palam est*; alii alia coniecerunt. Lectionem traditam Lenchantin retinet et ita vertit: ‘il movente dell’ azione della dea fu buono’. Sine dubio auctor dicere vult veram Scyllae perniciei causam nihil aliud fuisse nisi Iunonis invidiosum erga Iovem amorem. Recte autem animadvertit Ribbeck (Rh. Mus. 18, 157): „jedenfalls aber verdiente heiliger Zorn über das Verbrechen des Meineids vielmehr diesen Namen (*pia* sc.) als jene Eifersucht“.

158. **levis** (cf. Ovid. Art. Am. II, 19: (*Amor*) *et levis est et habet geminas quibus avolet alas*; Am. I, 9, 49: *tu levis et multoque tuis ventosior alis*) l. n. idem fere quod *lascivus*: Sen. Phaedr. 277: *iste lascivus puer. ad ulciscendum* ed. Ald. 1517 legit; codd. tradunt *adolescendum* (HA¹R) *adolescentum* (A²L). Ad sensum cum Ellisio conferas Schol. Arateorum Germanici p. 87 (Breysig): *dum tempus ad ulciscendum se ostenderet.* In versu spondiaco ante tetrasyllabum auctor noster monosyllabum posuit ad Catulli exemplar (cf. Kreunen, 45). Recte Ellis (Am. Journ. of Phil. 8, 6): „... with *at levis* the poet returns to a restatement of the rise of that passion under the prompting of the Love God. But that false God, who for his purpose of vengeance is ever seeking to draw from each chance remark some outrage of words...., cf. Soph. Oed.

Col. 761, 2:

ὃ πάντα τολμῶν κατὰ πάντος ἂν φέρων
λόγου δικαίου μηχανήμα ποίκιλον,”

quem ad I. Radermacher: ‘... für Kreon ist charakteristisch, dasz er aus gerechter Rede Gewinn zu ziehen weisz für schlechte Absichten’.

159. dicto LAR; *dictu*: Helmstadiensis, quod receperunt Leo, Vollmer, Curcio, Lenchantin; *facto*: Maehly; *verbo atque iniuria facto*: Haupt; *verborum dictu* Leo comprehendit ac ita defendit (Progr. Gött. 11): ‘ut qualiacumque *verba dicimus*, scilicet *bona, talia, novissima, consolantia, precantia, proterva* (Ovid. Fast. V, 69: *verba quis auderet coram sene digna rubore | dicere?*); sic homini Latino semper licuit talium *verborum dictum* dicere, etiamsi nemo ante vel post eum *dictus* nomen usurpavisset. Amor igitur *ex omni verborum dictu*, quaecumque qualiacumque verba dicuntur, iniuriam quaerit’. Quae interpretatio, quamquam sermonem paululo tumidiorem ita existere nemo erit qui neget, praeferenda esse videtur (etsi lectionem codicum LAR, eandem fere interpretationem approbans, retinere malim) Lenchantini opinioni, qui *verborum iniuria* coniungendum esse putat: ‘gen. ipotattico, correspondente a *verba iniuriosa*’. Locis autem quos affert (Cic. Att. V, 21, 7 *nullos honores mihi nisi verborum decerni sino*, et Petron. 93, 4: *moderationis verecundiaeque verba*) nihil cum versus nostri locutione. *verba iniuriosa* enim per *verba iniuriae* reddi posse loci allati quamquam probant, nequaquam contra *verborum iniuria* eum sensum habere posse affirmant.

160. Cf. Verg. Aen. V, 501: *depromunt tela pharetris*; Ovid. Met. I, 468: *eque sagittifera prompsit duo tela pharetra*; Stat. Silv. II, 3, 27: *depromit pharetra telum breve...*

161. Hunc versum ita tradiderunt codd.: *heu nimium terret* (A¹RH²; *teret* H¹; *tereti* A²L) *nimium Tirynthia* (varie scriptum) *visu* (HA¹R); *iussu* (A²L; *nisu* edd. vett.). Varias et innumerabiles fere emendationes, quas collegit Ellis in editionis app. crit. viri docti proposuerunt, quarum mihi quidem maxime placuit Ganzenmülleri opinio, qui (p. 580) *heu nimium certo nimium Tirynthia nisu* legere voluit. *heu nimium* — — *nimium* rectum esse satis probat Verg. Aen. XI, 841: *heu nimium, virgo, nimium crudele luisti*. **Tirynthia tela**: e fulgenti pharetra aurea tela Amor de-

prompsit et nimium certo nisu nimium Tirynthia ('als allzusehr tirynthische, d.h. allzu gut treffende') omnia in puellae mente defixit. Cum Herculis Tirynthii (Ovid. Met. XII, 564: *tendit in hanc nimium certos Tirynthius arcus*; quod ethnicum maxime Statio [cf. e.g. Theb. V, 380; VI, 270; 532; VIII, 459; 501; 749] placuisse et inde a Callimacho [Hymn. III, 146 et frg. an. 239] inveniri recte ad Theb. VI, 270 Fortgens, diss. Trai. 191 animadvertit) telis quae ita certa et σκοποῦ τυχόντα erant, ut in proverbium abiisse videantur (cf. Ovid. Met. XII, 564 supra all.; Catull. 68, 113: *tempore quo certa Stymphalia monstra sagitta | perculit*; Prop. V, 9, 39 sq.: *quis facta Herculeae non audit fortia clavae | et nunquam ad vastas irrita tela feras?*) I. n. Amoris tela comparantur, quae nunquam irrita fuisse frequentes testantur loci quales sunt Eur. Med. 530: ὦς "Ερωσ σ' ἠνάγκασε | τόξοις ἀφύκτοις τοῦμόν ἐκσῶσαι δέμας; Ovid. Am. I, 1, 25: *me miserum! certa s habuit puer ille* (cf. Cir. 158) *sagittas*; Sen. Phaedr. 277 sq. *iste lascivus puer et renidens | tela quam certo moderatur arcu*. De telis Tirynthiis Ovidius etiam sermonem fecit Met. XIII, 401: *vela dat, ut referat Tirynthia tela, sagittas. certo* — — — — — **nisu** etiam invenitur Claudian. 36, 31: *stipitis et certo pertemptat brachia nisu*. Vollmer, quem sequitur Lenchantin, *terret . . . visu* retinet (Mitt. d. Bay. Ak., 1907, 361a.1: „Zu verstehen ist die verletzte Iuno, und zwar die von Argos, deren altes Kultbild ja aus Tiryns stammte. Warum der hellenistische Dichter hier gerade solche entlegene Weisheit verwendete, vermag ich freilich nicht zu sagen, aber das ist auch an anderen Stellen nicht zu erklären". Cf. autem infra ad v. 162. Helm: *certa et nimium torrentia nisu*.

162. omnia: cf. (cum Ellisio Am. Journ. of Phil. 15, 477) Nonn. Dionys. XIII, 192: εἰς ἐμὲ καὶ Διόνυσον "Ερωσ ἐκένωσε φαρέτρην. **in tenera** quam rectam lectionem esse iam constat, cod L. tantum legit; *interea* perperam codd. HAR dant. Vox q.e. *tener* maxime auctori nostro placuit, vid. Cir. 43, 169, 403; cf. etiam Catull. 63, 10, alibi. Heinsius, quem sequuntur Baehrens, Thilo, pro **defixerat omnia** proposuit *defixit acumina*, qua autem mutatione nequaquam opus est. Uberius et satis firmis argumentis *nisu* Sudhaus (Herm., 62) disseruit per totam Amoris et Iunonis digressionem auctorem nostrum carmen quoddam, quod Ius, a Iunone Argolide (cf. *Tirynthia*, Cir. 161) in bovem mutatae, fabu-

lam cecinisset, fortasse Calvi epyllion c. t. Io imitatum esse. Quamvis incerta haec coniectura sit, nescio an apta sit ad duritiam huius partis et obscuritatem aliquatenus explanandam.

163—190. Scyllae furores.

163. quae simulac item Catull. 64, 12; cf. ibd. vs. 84; Verg. Aen. IV, 90; XII, 222 (Vollmer l.l pag. 361; Steele, Am. Journ. of Phil. 51, 151); Ov. Fast. I, 473: *quae simul aetherios animo conceperat* (cf. Cir. 164) *ignēs. ignem haurire* eodem sensu Ov. Met. VIII, 325 sq.; X, 252 sq.; cf. Catull. 64, 92; plane autem diverso sensu Verg. Aen. IV, 661. **sitiens** cf. Verg. Georg. III, 137; Ov. Met. XIV, 277; Am. III, 6, 97; praeterea cum versu nostro conferre possis Verg. Aen. IV, 1 sq.

164. validum furorem (*furorem* i.q. vs. 258, ubi vid., *furores*), cf. Catull. 64, 54: *indomitos (= validos) in corde gerens Ariadna furores*; Verg. Aen. IV, 101. **concepit** cf. Catull. 64, 92; Verg. Aen. IV, 474; Ov. Met. II, 640; XIV, 700; alio sensu Verg. Aen. IV, 501; Ov. Met. I, 777; II, 77; X, 403.

165. Cf. Calv. fr. 12 M. *frigida* (cf. *gelidis*) *iam celeris peragratur Bistonis oras*, ubi *Bistonis*, ut l. n. (vid. Lenchantin ad l.) et Hor. Carm. II, 19, 20 *Bistonidum... crines* (vid. Kiessling—Heinze ad l.), substantive (= *Baccha*) positum est, cf. Ov. Her. 16, 346; Prop. I, 3, 5 (vid. Rothstein ad l.); Lucan. I, 674; Sen. Herc. Oet. 1042. **Edones** h. l., ut saepius, id quod *Thracēs*; vid. Oberhummer, RE III, 505 et V, 1974; Soph. Ant. 956, Lycophr. Alex. 419 (cf. Tzetz. ad l.); Verg. Aen. XII, 365; Hor. Carm. II, 7, 27 (cf. schol. et Kiessling—Heinze ad l.); Ov. Met. XI, 69; Tr. IV, 1, 42 (cf. Burmann ad l.); Prop. I, 3, 5.

166. icta cf. Lucr. V, 1075; Catull. 63, 79; Prop. III, 8, 14. **antistita**, cf. Plaut. Rud. 624; Acc. 167R; Corn. Sever. fr. 4B (vid. Sudhaus, Herm. 42, 481); Asin. Poll. ap. Charis. I, 100, 24 (F.P.L. 99, Morel); Ov. Met. XIII, 410 (cf. ibd. 632 quem ad vs. conferas Ganzenmüller, p. 58); apud Vergilium neque *antistes* neque *antistita* occurrit. **buxus**, cf. Verg. Aen. IX, 619, ubi, ut l. n., metonymice idem valet quod *tibia*; proprie vox q.e. *buxus* arborem indicat, cuius e ligno tibia fabricari solebat; cf. Ov. Met. XIV, 537; Prop. IV, 8, 42; Stat. Theb. II, 77. Ad epitheton q.e. **barbaricus** (Val. Flacc. III, 231: *barbara buxus*), cf. Catull. 64, 264; Verg. Aen. IX, 619; Hor. Carm. III, 19, 18; Epod. 9, 5. **Cybeles antistita**, i.q. *Galla*, Catull. 63, 12 (vid. Kroll ad l.);

Cumont Rél. Or.⁴, p. 46 sq.); **Cybeles** ἀπὸ κοῖνοῦ positum est ita ut et ad *antistita* et ad *buxo* pertineat.

167. infelix, cf. ad vs. 71. Ad v. n. cf. Verg. Aen. IV, 300 (cf. ibd. 68 sq.; vid. Heinze (Vergils epische Technik³, pag. 287, 1), cuius, ut puto, palmarem adnotationem totam mihi afferre liceat: „In ihrer Liebessehnsucht (*Dido*) *tota vagatur urbe furens* (IV, 68), ohne ihre *fama* zu schonen (91); als sie von Aeneas' Absicht hört, *totam incensa per urbem bacchatur, qualis commotis excita sacris Thyias* (300); man bemerkt die Steigerung, zugleich aber die Meinung des Dichters, dasz eben in der ἀσχημοσύνη (wie dann bei Amata) sich die Verzweiflung der Königin äuszert, die so aller Zucht und Sitte vergessen kann. In der Ciris heiszt es von der verliebten Scylla, also einer wohlbewachten Jungfrau, die ihre Liebe allen verbirgt, 'wie eine thrakische Mänade oder eine Kybele-priesterin' *infelix virgo tota bacchatur in urbe* (167): man sieht, wie wenig der Nachahmer auch hier sein Original verstanden hat"; cf. ad 225.

168. styrax (vel **storax** vid. Steier, RE. IVA, 64 sqq., Kroll, Rh. Mus. 60, 314; Klotz, Phil. Wschr. 52, 1289): vox graeca, quae apud poetas latinos alibi nusquam invenitur. De re vid. Plin. N.H. XII, 55: *Syria supra Phoenicem styracem gignit. . . . arbor est eodem nomine, cotoneo malo similis; lacrimae ex austero incundi odoris; . . . styrax laudatur post supra dicta ex Pisidia*, †*Side, Cypro, Cilicia, Creta* (cf. l. n. **Idaeo**), *minime ex Amano Syriae medicis sed unguentariis magis*; cf. Plin. N.H. XII, 40; XXIV, 15. **picta** h. l. (quod nusquam alibi inveni, vix enim conferas Lucr. V, 1396; Verg. Ecl. 2, 50; Ov. Met. VI, 23; Sen. Med. 310 *stellis pingitur aether*; Mart. 14, 77: *gaudebatque suas pingere barba genas*) idem esse videtur quod *intincta*, quae vis inusitata Schraderum pellexit ut *tincta*, Heinsium ut *uncta* legere mallent.

169. coccina (i. q. *purpurea*) certa emendatione pro *cognita* Baehrens restituit; de cocco vid. ad vs. 31, cf. Iuven. III, 283: *laena coccina*; Petron. 28: *gausapum coccinum*; Mart. II, 29, 8: *aluta coccina* (*aluta* proprie pellis vel corium mollius; inde quod e molli corio fabricatur, ita saepe e. g. = *calceus*, sicut Ov. Art. III, 271 *nivea aluta*; Iuven. VII, 192; Mart. II, 29, 8; XII, 26, 9). Calceos purpurei coloris notos fuisse etiam apparet e. g. ex Verg. Ecl. 7, 32; cf. Aen. I, 336; ap. Mart. *coccina* nonnunquam (vid. e. g. II, 39, 1; II, 43, 8; XIV, 131, 1) idem dicere vult quod *vesti-*

menta purpurea. tener: adiectivum q.e. *tener* maxime auctori nostro placuit: 43; 162; 403; 485. **Sicyonia**: Paul. 455, 7 L: *Sicyonia genus calceamenti*; cf. Lippold, RE, IIA, 2531, qui et alios locos affert et Cic. de Or. I, 231 (cf. Piderit ad l.) et Lucr. IV, 1125 (cf. Munro ad l.).

170. Cf. Catull. 64, 63 sqq.; Verg. Aen. I, 654. Versus clausula q.e. *monilia collo* (sive *collum*) Ovid. tantum utitur: Her. 9, 57; Met. V, 52; X, 113; 264 (vid. Ganzenmüller, 582). **niveo**: *nivei* corporis artus etiam dicuntur ap. Catull. 61, 9; 63, 8; cf. ap. nostrum vs. 399. *niveum corpus* etiam ap. Lygd. (4, 30); cui epitheton valde placuisse apparet (vid. 1, 9; 2, 20; 4, 67; 5, 34; 6, 8); vid. etiam Thomason, Class. Phil. 18, 1923, 336; Steele, Am. Journ. of Phil. 51, 1930, 157; Witte, Vergils VIe Ekloge und die Ciris (Herm. 57, 580) ad versum nostrum (*niveo—collo—vestigia*, 170) confert Verg. Ecl. 6, 50 sqq. (*collo—niveum*, 53 — *vestigia*, 58). Thomason (Class. Phil. 19, 154) animadvertit participium q.e. **retinens** apud Verg. nusquam occurrere, ap. Ovid. autem septies: Met. III, 235; V, 127; VI, 35 (eodem versus loco); 644; VII, 497 (id.); IX, 576 (id.), XII, 348 (id.); cui annotationi haec addidit: „This difference of usage is by no means the result of accident, but just as in Cat. and Lucr., the pres. part. is much more freely used by Ov. . . . than by Vergil; cf. Drachmann, p. 420; Rand, 121f.”

171. Cf. Verg. Aen. X, 283; IV, 672 (vid. etiam ad Cir. 48); V, 592 (= Cic. Arat. Baehr. P.L.M. I, 123; 288; Sil. It. VII, 719; XII, 461); Lucan. X, 460. Ad rem cum v. d. Steele (Am. Journ. of Phil. 51, 176) conferas Sen. Phaedr. 381 sq. *nulla iam Cereris subit | cura aut salubris* (cf. Cir. 229 sq.). *vadit incerto pede | iam viribus defecta. vestigia*, metonymice pro: *pedes*, cf. Catull. 64, 162 (*ἵχνος*; Eur. Bacch. 1134) et passim (etiam ap. Verg. et Ovid.); cf. ad vs. 212.

172. Cf. Ov. Met. VIII, 14 et 17: *regia turris* (cf. Cir. 173) *erat vocalibus addita muris | . . . saepe illuc solita est ascendere filia Nisi*, quem ad v. Helm (Herm. 72, 100) „man fühlt sich geneigt, Ovid wegen der natürlicheren Verwendung des Infinitivs den Vortritt zu geben”. Ad infinitivum finalem cf. Lucr. III, 895 *occurrent praeripere* (vid. Ernout—Robin et Munro ad l.; Ladewig—Jahn ad Verg. Aen. I, 527); cf. etiam Cir. 183; 254; 376 (ubi v. l. *tergit* ita explicare possis vid. Ellis ad l.); Dräger, Hist. Syntax, II, p. 351 (Ellis, Am. Journ. of Phil. 15, 488); Kühn.—

Stegm. I, 680. **saepe** — **saepe etiam** (de anaphora cf. ad vs. 12) sicut Verg. Georg. I, 316—322; cf. ibd. 365; III, 132; 409; Catull. 64, 387; Catal. 9, 47 sqq.; Prop. V, 4, 25 sqq. **patrios muros**, cf. Ov. Met. V, 236; Lucan. I, 497: *patrios excedere muros*. **perdita**: *perditus* is dicitur, „qui vehementer deperit immoderateque amat” (Forc.), cf. Plaut. Cist. 132; Prop. I, 13, 7 (cf. Catull. 45, 3 et Kroll ad l.). „*perdita e prodita* corrector Helmstadiensis iam correxerat et sic ex con. Dousae patris vir doctus Observatt. II, 319 (1732)”: ita Ellis in edd. 1907 et 1927. Cum versus nostri contextu etiam conferre possis Catull. 64, 126 sq. Ad sensum illustrandum Ellis affert (Am. Journ. of Phil. 15, 477) Strab. I, 3, 20: *περι δὲ Ἀλπῶνων Θεσμοφορίων ὄντων πέντε καὶ εἴκοσι παρθένους ἀναδραμούσας εἰς πύργον τῶν ἐλλιμενίων κατὰ θέαν πεσόντος τοῦ πύργου πεσεῖν εἰς τὴν θάλατταν*.

173. causam facere (= *causari*) verbo graeco q.e. *προσποιεῖσθαι* respondere Kreunen, p. 49 animadvertit; cf. Ter. Eun. 138: *fingit causas, ne det . . .*; ita etiam l. n. exspectes *causam facit, ut visat aérias turres*. Omnes codd. *se visere*, acc. ergo cum inf. tradunt, de quo Drachmann, p. 419, 2: „*aeríasque — turres* kann ich nicht sicher erklären; nach gewöhnlichem Sprachgebrauch müszte es heißen: „und gibt als Vorwand, dasz sie die Türme besuchen wolle.” Besser paszt: „und macht sich Vorwände, die Türme zu besuchen”; das widerstrebt aber dem Gebrauch des Acc. c. Inf.” Rushton Fairclough lectionem traditam, quam sanam esse putat, ita vertit: ‘and makes the plea, that she is visiting the lofty towers’, quod tamen sensui repugnat. Itaque pro *se* Haupt *sibi* legendum proposuit, quod Thilo et Helm in textum receperunt.

174. Cf. Cic. Progn. Fragn. (Baehr. P.L.M. I) VI, 1 sq.; **querelas volvere** i.q. *querelas profundere*, vid. Forcell. s.v. *volvare*: „*volvare verba* refertur ad orationem et significat verba proferre, profundere, non intermisso cursu, aequabiliter et copiose” (cf. Cic. Brut. 70; 81; Orat. III, 47; Sen. Oed. 561; Lucan. IX, 927).

175. caeli amorem, quod omnes codd. praebent, ita Vollmer defendere conatus est (Rh. Mus. 55, 525), ut Minoem, Iovis enim filium, l. n. amorem ac delicias caeli (i.e. deorum) vocari putet superbiamque ergo habendam esse Scyllam e parentibus mortalibus natam coniugium cum Iovis filio sperare (*speculari* i.q. *intente spectare*, cf. Ov. Met. I, 666; Iustin. XXII, 6; *amor* i.q. *vir amatus*,

cf. Catull. 6, 16; 10, 1; 15, 1; 21, 4 saepius; Alciph. I, 34, 8 ὁ ἐμὸς ἔρωας, Εὐθύδημε; Thes. l. l. I, 1970, 9). Quomodo autem Scylla in nocte Minoa speculari potuerit, ego quidem perspicere nequeo, quamquam verbum q.e. *speculatur* fortasse praesens de conatu est. Ribbeck (Rh. Mus. 18, 118) animadvertit verbo q.e. **speculari** tum praesertim auctores uti, cum de caeli signorum observatione sermo sit (vid. e.g. Verg. Georg. I, 257; IV, 166); itaque l. n. legendum proposuit *caeli specularatur in orbem*; Scaliger: *ad oram*; Unger: *honorem* (cf. ad 218), quem pridem Ellis (qui in ed. anni 1907 ad codicum lectionem rediit) secutus erat (Am. Journ. of Phil. 8, 7), conferens Aegritud. Perdicc., 102: *presserat acrios* (cf. Cir. 173) *fugientis solis honores* (*honor* ergo i.q. *ornatus*; ad rem cf. Cir. 218). Secundum alios corruptela inrepsit in vocem q.e. *caeli*, pro qua coniecit vir doctus in Observatt. II, 319: *secum*; Heyne (quem sequitur Helm) *tecti*; Walter *celsum*; Haupt et Thilo *sedibus ex aulae celsis*; Leo *vel sic*; Lenchantin (quod approbavit Klotz, Ph. Wschr. 52, 1289) *aedis*. Ingeniosa sed parum probabili coniectura Hertzberg (in versione, p. 83) *Celei* proposuit, de Cereris templo interpretans, quod ad Cerata, in confinio Atticae, Celeus extruxerat. **altis sedibus**: tectum domus h. l. intellegendum esse Leo (Herm. 42, 49), Verg. Aen. II, 302; 458; IV, 409 conferens, demonstravit: „aus dem Schlafzimmer hat der antike Mensch keine freie Aussicht“; cf. ad Cir. 168.

176. prospectat: verbum q.e. *prospectare* eodem sensu, quo nusquam Vergilius usus est, invenitur Ov. Met. XV, 41 *fac . . . ut semper Capitolia nostra forumque | divus ab excelsa prospectet Iulius aede* (cf. Met. III, 651). **crebris lucentia flammis**, cf. Verg. Aen. V, 4; XI, 209; Manil. I, 866: *lucentia flammis*.

177. non respicit cf. Verg. Aen. IV, 225; ad anaphoram q.e. *nulla-non-non-nullus*, cf. Catull. 64, 38 sqq.. **nulla** (i.q. *non*) cf. Stolz—Schmalz⁵, 489 sq.; cf. e.g. Plaut. Cas. 795; Rud. 1135; Cic. S. Rosc. 128 (cf. Landgraf ad l.); Att. VII, 20, 1; XI, 4, 1; Catull. 8, 14; Ov. Ep. ex P. II, 105; X, 10; Hoffmann, Lat. Umgangssprache, p. 79 sq. **carum non respicit aurum**; cf. Ov. Met. VIII, 79 ubi Scylla dicit: *ille mihi est auro pretiosior*; dubito an non recte viderit Lenchantin, l. n. sermonem tantum esse arbitratus de „vestibus auri subtegmine figuratis“ (Verg. Aen. III, 483; cf. IV, 264); non minus de ornamentis ex auro fabricatis auctorem h. l. loqui mihi quidem certum videtur. **non novit**

idem fere quod *non respicit* (vern. 'zij wil niet weten van'), quam vim, quamvis nusquam alibi eam invenerim, tamen nihil habere puto quod miremur.

178. At versus 178 sq. cf. Verg. Aen. VII, 14 (cf. Georg. I, 294): *arguto tenuis percurrrens pectine telas*. **chorda**, quae vox ap. Verg. nusquam occurrit, etiam Cop. 7 invenitur (in versus fine sc.); apud Ovidium saepius, vid. e.g. Aen. II, 4, 27; Rem. Am. 336; Met. V, 339; X, 145; Fast. II, 108, in usu est; cf. etiam Tib. II, 5, 3. **psalterium** (ψαλτήριον), cf. Greg. Nyss. I, p. 295: Τὸ ψαλτήριον ὄργανόν ἐστι μουσικόν, ἐκ τῶν ἄνωθεν μερῶν τῆς κατασκευῆς ἀποτελοῦν τὸν ἦχον. ἡ δὲ τοῦ τοιοῦτου ὄργάνου μουσουργία ψαλμὸς λέγεται. Eodem fere modo Nicetas ex Athanasio in Catena in Psalmos vol. II, p. 511, qui ὄργανον δεκάχορδον dicit, παρὰ μὲν Ἑβραίοις ναῦλα λεγόμενον, παρ' Ἑλλησι δὲ κιθάρα ὀνομαζόμενον. Posteriora confirmat Hesychius: Νάβλα, εἶδος ὄργάνου μουσικοῦ, ἡ ψαλτήριον, ἡ κιθάρα." Thes. I. gr. s.v. ψαλτήριον; cf. Hug. RE, XVI, 892 („eine Art Harfe“).

179. **pecten**: gr. κερκίς. **Libyco**: ex ebore Libyco fabricato, sicut Prop. II, 31, 12 valvae eburneae *Libyci nobile dentis opus* appellantur (cf. Verg. Aen. VI, 647: *pectine pulsat eburno*). **plaudere** h. l. sensu proprio, i. e. transitive, positum est: cf. Ov. Met. II, 866; Verg. Aen. VI, 644; Stat. Theb. VII, 134; Silv. I, 3, 74.

180. De re cf. Ov. Am. I, 2, 32: *et Pudor et castris quidquid Amoris obest* (quod, quamquam idem dicere vult quod versus noster, tamen multo elegantius verbis expressum esse iure admonuit Ganzemüller, p. 642); Art. I, 607 sq. *fuge, rustice, longe | hinc, Pudor! audentem Forsque Venusque iuvat* (cf. etiam Ter. Adelph. 643 *erubuit. salva res est*, quod, ut animadvertit Forcellini s.v. *erubesco*, in proverbium abiit atque adhibetur ad significandam alicuius probitatem, tametsi quid peccaverit. . . .; cf. Oltramare, Rev. d. ét. lat. VII, 302; Origines de la diatribe rom., p. 64; 87). Ad versus structuram vid. Verg. Ecl. 2, 68; Aen. IV, 91; Ov. Am. II, 11, 28 (cf. Val. Flacc. VIII, 162); III, 3, 6; Met. VIII, 75; Art. Am. II, 720; Rem. 352; Tr. IV, 3, 50; Stat. Theb. II, 270; Val. Flacc. II, 57 (contra Val. Flacc. VI, 674 *extremus roseo pudor errat in ore*; cf. Verg. Aen. II, 593). Cum in codd. *n.* (i.q. *enim*) et *n* (i.q. *non*) facile confundantur, Ellis (Am. Journ. of Phil. 14, 578) proposuit: *ubi non rubor obstat amori?* quam emendationem nihilominus in textum recipere ausus non est.

181. Cf. Verg. Georg. IV, 443. **tantis** . . . **malis** (*amoris*, sc.) cf. Catull. 64, 165. Ad vs. 181 sq. etiam conferas Lucr. IV, 1119 sq. nec non Verg. Aen. VII, 373 sqq.:

*his ubi nequiquam dictis experta Latinum
contra stare videt penitusque in viscera lapsum
serpentis furiale malum, . . .*

malis dativum esse puto conferens Liv. XXV, 16 *solacium morti suae invenire*.

182. **tabidulum**; deminutivum q.e. *tabidulus* nusquam alibi occurrit; κατ' ἀναλογία auctor noster primus finxisse videtur, cf. *parvulus* (138; 479); *frigidulus* (251; 348); vid. ad vs. 3. **tabidulam mortem** idem fere dicere vult quod *mortiferam tabem* (qua verborum coniunctione, diverso liceat sensu, usus est Ovid., Ep. ex P. III, 1, 26). **videt** l. n. minus apte pro *sentit* positum esse Leo (Herm. 42, 481) putat; ita autem fortasse sensus intellegendus est, ut Scylla, in speculum inspiciens, pallorem et maciem velut argumenta tabis mortiferae totum per corpus pandi videat, cf. vs. 225; aliter Val. Flacc. VII, 323 *ergo ubi nescio quo penitus se numine vinci sentit* (*Medea*, sc.), quo cum versu compares quaeso Verg. Aen. VII, 373, ad vs. 181 allatum, ubi *videt* praeclare sensui congruit. **per viscera**, cf. Cir. 225; Lucr. III, 272; 336; 566; V, 928; Verg. Georg. IV, 555; Sil. It. V, 528 (*in viscera mortem | accipit*).

183. In hoc versu **quo vocat ire** duplicem in modum intellegi potest; primo enim loco ita ut *quo ire* inter se coniungantur et verbum q.e. *vocat* idem fere valeat quod *iubet*, sicut fortasse vs. 358 *dicit = iubet*. Quam interpretationem rectam esse alterum hemistichium satis probat. Aliter etiam structura intellegi potest cum *quo vocat* comprehenditur (cf. Verg. Aen. V, 22 sq.; V, 709; XII, 607; Lucan. II, 287), cui verbum q.e. *ire* pleonastice — ut infinitivus finalis, vid. ad vs. 172 — additur, quem ad usum conferas Lucr. V, 945 *at sedare sitim fluvii fontesque vocabant* (cf. Hor. Carm. II, 18, 38 sqq.). **quo tendere** — \simeq etiam Verg. Aen. VI, 198. **dolor**, cf. Catull. 2, 7; 50, 17; Ov. Art. I, 736 *curaque et, in magno qui fit amore, dolor*.

184. Versum nostrum e Calvi carmine c. t. Io auctorem demutatum esse et Calvum voce graeca q.e. **oestrus** (οἶστρος) primum usum esse (cf. Verg. Georg. III, 147: *cui nomen asilo | Romanum est, oestrum Grai vertere vocantes*) Sudhaus (Herm. 42, 482) suspicatus est.

185. **serum**, quod codd. HAR praebent, Vollmer (Rh. Mus. 55, 525) tutatus est tamquam senis de vertice (ita etiam Lenchantin: 'crinem senilem', perperam afferens Ov. Tr. IV, 10, 73 quae [coniunx sc.] *seros permansit in annos*); dubito autem num adiectivum ita verti possit ac praeterea, „nec seni demum natus est crinis ille purpureus nec praeter senem crinis apte vetustus appelletur”. (Leo, Progr. Gött., 1902, p. 12, qui *sectum* H² reicit, „nam desectum crinem sequens versus habet”, et versum excidisse opinatus ita textum sanare conatur: *crinem de vertice summo* | *<splendentem appeteret, foedus sibi pacta nefandum>* | *furtim, atque arguto detonsum mitteret hosti*). Postea autem (in ed. anni 1909) Vollmer *serum* reddidit per *sero demptum*, quod tamen quid dicere velit mihi quidem non magis liquet quam viri docti Curcio interpretatio '*recondito*'. Helm (Rh. Mus. 85, 270) e codicis L lectione *servet* (quod etiam A² per emendationem restituit) *ferret* (i. q. *spoliaret*) proposuit, cf. e. g. Ov. Met. VIII, 85. Quamvis haesitabundus recipere malim, quod coniecit Sillig: *crinem de vertice sacrum* | *furtim atque argute detonsum mitteret hosti*.

186. „*argutus* = schlau, 186, altmodisch und prosaisch. Hor. Sat. I, 10, 40; Ep. I, 14, 42; sonst bei keinem Augusteer.” (Drachmann, Herm. 43, 421). Plane alio sensu Verg. Ecl. 7, 1; 8, 22; Georg. I, 143; III, 80. Eleganti verborum lusione usus est Plautus Pseud. 746: „*ecquid argutus* (i. q. callidus, astutus) *est?*” „*malorum facinorum saepissime* (sq. *argutus* [i. q. *accusatus*] *est*)”. Lectio autem tradita, *arguto*, nisi cum Friderico Leone (vid. ad vs. 185) lacunam accipimus, propter ordinis verborum duritiem vix ferri potest. Sensus enim esset: „ut crinem sacrum atque furtim detonsum *arguto* mitteret hosti”. Quamobrem Vollmer (Rh. Mus. 55, 525) pro *arguto* proposuit **argute**, conferens Plaut. Trin. 974 *nimis argute obrepsisti in capse occasiuncula*, quam emendationem recipio. *furtim atque argute* per figuram, quae dicitur ἐν δὲ δὲ οὖν, nec non ἀπὸ κοινῶ (ita ut et ad *detonsum* et ad *mitteret* pertineat) positum esse mihi videtur. **detonsum**; *detondere*, quod ap. Verg. non occurrit, ap. Ovid. legitur e. g. Fast. VI, 229 (cf. Prop. II, 8, 15; Mart. VIII, 52, 9); per metaphoram Ov. Fast. III, 237: *frondes detonsae frigore*.

187. Cf. Catull. 99, 15. **condicio**, matrimonii sc.; cf. 414; 422; ad 154 sq.; Hygin. fab. 198 *cum Minos Cretam rediret, eum ex fide data rogavit* (Scylla), *ut secum aveheret*; schol. ad Eur.

Hipp. 1200: Σκύλλα θεωρήσασα τὸν Μίνωα ἐφίλησεν αὐτὸν καὶ συνετάξατο αὐτῷ προδοῦναι τὴν πόλιν, εἰ λάβοι αὐτὴν γυναῖκα. ὁ δὲ συνέθετο; fortasse etiam Paus. II, 34, 7: ὁ Μίνως οὔτε γυναῖκα ἔξειν αὐτὴν ἔτι ἔφρασκεν. Apud Ovid. contra talis foederis mentio nulla fit, sed sua sponte puella consilium patris perdendi iniit, ut Minos se uxorem acciperet. Notanda est brevitatis, qua auctor noster haec memorat, cf. 132; 172 sq. 387; sqq.; 414 (vid. Skutsch I, 76). Post versum nostrum, ut contextus sanus reddatur, lacunam esse accipiendam Sudhaus (Herm. 42, 485, 1) vidit, quam lacunam ita explevit <*sive hoc addixit sceleris sibi conscia regi*>; Lenchantin metro invito <*sive patri esse sciens fatalem in vertice crinem*>; Helm <*seu quae fata coma patris essent condita norat*>. Leo post vs. 185 hiare orationem putat (vid. ad vs. 185), quae tamen coniectura versuum 187 sq. difficultatem vix tollit. Recte h. l. editores lacunam indicavisse etiam Schmitz—Cronenbroeck testatur (Gnomon, XVI, 1940, 213 sqq.). Non opus esse lacuna accipienda H. Belling (Jahresber. des Philol. Ver. Berl. 35, 1909, 156) opinari videtur, quippe qui periodi membra ita disiuncta esse putet, ut inter se opponantur: *a demens* (185; *si scis sc., quod facinus commissura sis patris crine detondendo*) et *heu tamen infelix* (195: *sc. si ignorans illud fecisti*). **miseræ** (i. q. *misere deperditæ*), cf. Catull. 35, 14; 45, 21; 51, 5; 99, 11; graviter corruptus versus noster traditus est, sed editionis Ald. 1517 emendationem omnes edd. acceperunt.

188. quis — puellam: parenthesis, vid. ad vs. 6. *illa*, nom. sing. est, quem ad usum Lenchantin confert Ter. Eun. 418 sq.; Catull. 64, 288; Cic. Arat. 221; vid. Kühn.—Stegm. II, 1, § 118, a. 11, 12, ubi et alii loci conferuntur et Lucr. V, 658; Verg. Georg. III, 362; Aen. I, 3; V, 457; VI, 593; IX, 479; Hor. Carm. IV, 9, 50.

189. sceleris damnare ∪ ∪ etiam Ov. Rem. 3; *tanti sceleris* post ed. Junt. (1501) complures editores in textum receperunt. Codd. *tanto scelere* (-ri L) praebent; Lenchantin, conferens Cic. Phil. XIII, 27; *quo scelere damnatus*, codicis L lectionem defendere conatur. Ablativum in -i ap. Senecam (Phaedr. 685) occurrere putat (post Georges, Lexikon der lat. Wortformen s.v.); dativo autem Senecam ibi usum esse recte censet Klotz, Ph. W.S. 52, 1932, 1290. Heinsius coniecit *tanto scelere infamare*; Ellis: *tanto sceleris damnare*; Helm (Rh. Mus. 85, 270) *tanto scelere a! damnare* maluit. Ovidii locus supra laudatus *tanti sceleris* veram lectionem esse probare mihi videtur.

190. heu tamen infelix, cf. Verg. Aen. X, 829 *hoc tamen infelix. tamen*: etiam tum, cum ignorans illud facinus commisisti, nihilominus infelix es. **quid enim**, vid. ad vs. 71. Cum versus nostri structura apte conferre possis Verg. Ecl. 6, 47 a! *virgo infelix, quae te dementia cepit?* **imprudencia** (per haplographiam codd. AR *prudencia* praebent), nisi omnia me fallunt, post Terentium (Eun. 27) in pedestri tantum sermone occurrit.

191—205. Parva digressio, qua auctor, antequam ipsum Scyllae scelus narrare incipit, Nisum patrem, qui in hali-aetum mox mutabitur et homines in aves mutatos, quibus mox et Nisus et Scylla associabuntur, compellat.

191. Nise pater: apostropha, vid. ad vs. 129; cf. Ov. Met. VIII, 126 ubi isdem verbis initio quoque versus positus Scylla ipsa patrem alloquitur: *Nise pater! gaudete* (cf. Cir. 195; 200) *malis.... crudeliter urbe*, cf. Catull. 62, 24 *quid faciunt ca p t a crudelius urbe*, quem etiam imitatus est Vergilius (Aen. II, 746): *aut quid in eversa vidi crudelius urbe*; cf. etiam v. 53.

192. Versus clausula **turribus altis** etiam invenitur Verg. Aen. IX, 470; X, 121; Ov. Her. 15, 181; Sil. It. XIII, 102; Stat. Silv. V, 2, 122; Theb. XI, 219. In urbium excisarum ruinis hali-aetus nidum facere solebat; de ruinis enim Megarae urbis (cf. Cic. Ep. ad Fam. IV, 5, 4) l. n. sermonem esse consentiunt Skutsch (II, 28) et Leo (Herm. 42, 38). **erit una super**, tmesis, cf. Verg. Ecl. 6, 6.... *namque super tibi erunt qui dicere laudes |.... tuas cupiant*; Aen. II, 567. **sedes**: Ellis (Am. Journ. of Phil. 14, 577) confert Phaedr. I, 3, 53 *contentus nostris si fuisses sedibus*, ubi etiam de avibus sermo est.

193. possis considerare certa emendatione ed. Ald. 1517 restituit (*consedere*, suprascr. *scen*: A; *consedere* HR; *conscendere* L); cf. Verg. Aen. III, 378.

194. Pro **moriere**, quod omnes codd. tradunt, G. Hermann proposuit *metuere*. Tradita lectio, quam retinent Ellis, Vollmer, Curcio, Lenchantin, Helm, ita interpungitur, ut prius versus hemistichium versum antecedentem, ubi enim de nido sermo est, interpretetur. Qua ratione etiam **tu quoque** melius intellegi potest (*sicut filia tua* sc. *etiam tu in avem mutaberis et usque ad mortem avis manebis*; Lenchantin: non recupererà più l'aspetto umano), *quoque* enim post vocem, ad quam pertinet, poni solet. Hermann autem emendationem Thilo, Ribbeck, Kreunen, Ganzenmüller,

Leo, Rushton Fairclough acceperunt; ita autem *quoque* cum voce, ut solet fieri, praecedente coniunctum, sensu caret (Scylla enim non ea avis facta est, quae ab aliis avibus metuatur); itaque cum voce q.e. *avis* coniungendum esset (i.q. *avis quoque; tum quoque, cum avis eris*), quod satis dure dictum esse opinor. Meineke ergo: *tum quoque avis metuere*. Conieceram: (*tu quoque avis*): *metuere, dabit tibi filia poenas*.

195. Versuum 195 sqq. eundem esse colorem eandemque figuram, quibus Catullus in Epithalamio usus est (64, 23 sqq.) recte Kreunen (33), Schwabe (Obs. in Cir., 16) Leo (Herm. 37, 33); Skutsch (II, 21), alii animadverterunt. **gaudete** cf. Ov. Met. VIII, 125 sq. Thomason (Class. Phil. 19, 151) animadvertit imperativum verbi q.e. *gaudere* ap. Verg. nusquam occurrere, ap. Ovid. autem imperat. plur. ter (Met. VIII, 126; XII, 9; Art. am. I, 179), sing. ter (Met. XIV, 721; X, 442; Her. 12, 159) inveniri. *gaudete* etiam Tib. II, 5, 83; *gaude* ap. Catull. (31, 12; 13); Prop. (III, 8, 35; IV, 6, 83); Hor. (Epod. 14, 15; Ep. I, 6, 19). **subnixae** metaphorice (ad exemplar Verg. Aen. I, 506 *solioque alte subnixae resedit*): vern. 'hoog op de wolken tronend'; ad vocis q.e. *subnixus* vim metaphoricam cf. etiam Liv. XXV, 41; XXVI, 13; Gell. N. A. 17, 2, 4, postquam ex Q. Claudii Quadrigarii primo annali haec verba attulit: '*Ea dum fiunt, Latini subnixo animo ex victoria inertis consilium ineunt*', '*subnixo animo*', inquit, '*quasi sublimi . . . demonstratque animi altitudinem*'.

196. Cf. Lucr. I, 278, quem imitatus est Verg. Aen. I, 236 *qui mare, qui terras omni ditione tenerent* (cf. Lucan. I, 110). **lucosque sonantes** etiam Verg. Ecl. 10, 58; Georg. IV, 364; cf. Steele, Am. Journ. of Phil. 51, 181 qui putat hanc expressionem in Vergilii locis modo allatis aptius contextui congruere.

197. In hoc versu tradendo codd. dissentiunt: *laudate* HA¹R; *bland(a)eque* A²L. *blandaeque*, quod retinent Rushton Fairclough ('sweet birds'), Curcio, Thilo, non est cur vituperemus. Propter cantum enim aves blandae dici possunt; *laudate* Vollmer idem esse putat quod *nominatim appellate* (cf. Gell. N.A. II, 6, 16: *laudare significat prisca lingua nominare appellareque*), Helm vertit per '*ruft Bravo*' (cf. Plaut. As. 704, Curc. 670, Trin. 830; Ter. Ad. 564; Plin. Ep. 9, 23, 1). Quae tamen explicationes ad sensum mihi quidem minus aptae esse videntur. Itaque e lectionibus traditis, *laudate* reiciens, *blandaeque* praeferre velim; nihilo secius levem emen-

dationem quam proposuit Schwabe (Fleckeis. Jahrb. 107, 1873, 633 sq.), probaverunt Ganzenmüller (p. 585; cf. Ov. Her. 12, 159: *laese pater gaude Colchi gaudete relictū*) et Leo (Progr. Gött. 1902, p. 16), **gaudete** sc. in textum recipere malim. Totus enim hic passus imitatio est Catulli Epith. vss. 22 sqq., ubi in mutilato versu 23b (*progenies, salvete iterum...*) multi viri docti sunt qui post *iterum* secundum *salvete* suspicentur (cf. Verg. Aen. V, 80). Ellis in ed. *vagi laris ante* proposuit ('volucres vagae ante nec certam sedem tenentes, cum se eis Scylla adiunxerit, non iam vagabuntur'), quae coniectura et per se omni sensu caret et nimium a codd. lectionibus abhorret. **vagae** aves etiam dicuntur Ov. Met. I, 308; Hor. Carm. IV, 4, 2 (cf. Verg. Aen. XI, 273). **volucres**, cf. Quintil. I, 5, 28 *evenit ut metri quoque condicio mutet accentum ut pecudes pictaeque volucres; nam volucres media acuta legam, quia etsi natura brevis, tamen positione longa est ne faciat iambum quem non recipit versus herous*.

198. **corporis artus** (cf. Cir. 79; 482) etiam Ov. Met. VII, 317. **vosque adeo** i. q. *vosque praecipue*; cf. Catull. 64, 25 (vid. ad vs. 195); Verg. Ecl. 4, 11 ('*adeo* souvent joint aux pronoms personnels quand on passe d'une personne à une autre; cf. Georg. I, 24; Aen. IV, 96' Plessis—Lejay ad l.); vid. etiam Cir. 407. Auctor cum vss. praecedentibus de avibus sermonem fecerit, iam ad Pandionis filias in aves mutatas transit; cf. Cir. 410. Figuram, quae dicitur apostropha, cum anaphora l. n. auctor coniunxit, ut animi affectum denotaret, cf. e.g. Verg. Ecl. 1, 36—39; 9, 17—20; Aen. VI, 30—32; Ov. Met. XI, 44—46. **humanos**, quod codd. AR praebent, plurimi edd. (Ganzenmüller, Ellis, Curcio, Vollmer Rush-ton Fairclough, Lenchantin, Helm) in textum receperunt; *humani* quae codicis L tantum lectio est (H idem volens *humane* scripsit) Thilo, Leo, Sudhaus (Rh. Mus. 61, 28) acceperunt. Lectionem propter levem enallagen difficiliorē, *humanos* sc., praefendam esse puto. **artus**: acc. graecus, ut vs. 56 (*membra*).

199. **crudeli fatorum lege** √—∪, cf. Verg. Aen. XII, 819 *fati quod lege tenetur*; Ov. Met. III, 316 *fatali lege geruntur*; X, 203: *fatali lege tenemur*; Aetn. 19: *tristi fatorum lege ruentem*; Lygd. 4, 47 *at mihi fatorum leges aevique futuri / eventura pater posse videre dedit*. **crudeli** ed. Ald. 1517 restituit; codd. HL *crudelis*, AR *crudeles* praebent, quod per dittographiam ita explicari potest, ut scriba vocis sequentis litteram primam f

cum littera s confuderit (cf. vs. 196 ubi cod. L *silvas fluviosque* tradit pro *silvas lucosque*). **fatorum** eodem versus loco Verg. Ecl. 4, 47 (cf. Cir. 125; vid. Witte, Herm. 58, 585); *crudeli fatorum lege* cum *mutatae* esse coniungendum vix est cur commonefaciam (cf. Lenchantin ad l.).

200. Dauiades h. l. Pandionis filiae, Philomela et Procne dicuntur, quia Tereo, Daulidis regi, Procne nupta erat; cf. Thuc. II, 29, 3 ἐν Δαυλίᾳ τῆς Φωκίδος νῦν καλουμένης γῆς ὁ Τηρεὺς ὤκει . . . καὶ τὸ ἔργον τὸ περὶ τὸν Ἴτυν αἱ γυναῖκες ἐν τῇ γῆ ταύτῃ ἐπραξάν, πολλοῖς δὲ καὶ τῶν ποιητῶν ἐν ἀηδόνας μνήμη Δαυλιάς ἢ ὄρνις ἐπωνόμασται; de fabula cf. Apollod. III, 193 sqq.; Cul. 251 sqq.; Serv. ad Verg. Ecl. 6, 78; Jessen in Roscher i Lex. III, 2, 3017 sqq. et Höfer in Roscheri Lex. III, 2, 2343 sqq.. Catullus (65, 14) Philomelam Dauiadem dixit; cf. Ov. Her. 15, 154; Consol. ad Liv. 106. **gaudete** certa emendatione restituit Scaliger; in codd. e vs. 199 *crudete*, quod sensu caret, inrepsisse videtur.

201. cognatos: 'nam si Nisus Pandionis II, Athenarum regis, fuit filius, Philomelam et Procnen, Pandionis I filias, ei cognatione coniunctas fuisse necesse est' (Forbiger); cf. Lenchantin ad l.; Roscher in Roscheri Lex. III, 425, 25. **reges** idem quod personas regias: reges, reginas, filios et filias regum; ad locutionem Lenchantin contulit Theocr. 17, 332 οὐς (Iovem et Iunonem sc.) τέκετο κρείουσα Ἐέα βασιλῆας Ὀλύμπου; Tac. Ann. XI, 38: *filios maerentes* (Britannicum et Octaviam sc.); Verg. Aen. II, 579 *patres* (i. q. patrem et matrem). **cognatos reges numerumque suorum** per figuram quae dicitur ἐν διὰ δυοῖν positum est pro *numerum regum sibi cognatorum*.

202. pulcherrima quondam, cf. Ov. Met. IX, 9 *quondam pulcherrima virgo*; X, 70 *iunctissima quondam*; Verg. Aen. XII, 270 *pulcherrima fratrum corpora*. **corpora** cf. Verg. Aen. VII, 649; IX, 273; XI, 690; XII, 270; Ov. Met. III, 58. **ipse** (gr. αὐτός) fortasse h. l. id quod neerlandice 'haar vader in eigen persoon'.

203. in aethera nubes, cf. Verg. Aen. III, 572; VII, 143; Sil. It. XVII, 407 *per aethera nubem*. **caeruleas nubes** (etiam Verg. Aen. VIII, 622; Cic. Arat. 204.) i. q. *atras nubes*, vid. ad vs. 38. **aethera**: hac voce, quam saepe auctor noster cum voce q. e. *aer* confundit, h. l. proprio sensu usus est; cf. schol. ad Hom. II, II, 458 καθ' Ὁμηρον πρῶτος ἀπὸ γῆς ἐστὶν ὁ ἀήρ, εἶτα μετὰ τὰ νέφη

αἰθήρ ὄν καὶ ὁμώνυμος τῷ στερεμνίῳ οὐρανὸν καλεῖ. **praevertite**, cf. Catull. 64, 341 (*Achilles*) *flammea praevertet celeris vestigia cervae*; Verg. Aen. VII, 807 *cursuque pedum praevertere ventos* (cf. ibd. XII, 345); sine abl. instrumentali (sicut l. n.) etiam Germanic. Arat. 272 *praevertere nubes*; Stat. Ach. II, 397 *praevertere cervos*; Theb. V, 691 *fama praeverterat alas equitum*; metaphoricè et alibi et Ov. Met. II, 657 *praevertunt me fata*. Forbiger ad l. Silligium laudat, qui ita versum nostrum interpretatur: „*praevertite in aethera nubes* i.e. *praevertite nubes et volate in aethera*. Poeta enim Philomelam et Procnen hortatur, ut nubes, quae inter terram et verum aethera expanduntur, transgressae Haliaeeto et Ciri viam in aethera monstrent, praeceant.”

204. novus h. l. haliaetus dicitur, quia modo in eam formam mutatus erit, cf. Ov. Met. V, 673 sq.; XIV, 390; Cir. 81. **haliaetus** — certa emendatione Loensis et Scaliger restituerunt pro codicum lectione, q.e. *calcheius*; cf. Ov. Met. VIII, 146 *et modo factus erat fulvis haliaetus alis* (cf. Cir. 528). Qua de avi vid. Arist. hist. an. VIII, 593b: ὁ δ' ἁλιαετος καὶ περὶ τὴν θάλατταν διατρίβει καὶ τὰ λιμναῖα κόπτει (cf. Cir. 536 sqq.); Plin. N.H. X, 3, 8 *superest haliaëtus, clarissima oculorum acie, librans ex alto sese visoque in mari pisce praeceps in eum ruens et discussis pectore aquis rapiens*, cui paulo post (10) idem addit: *haliaëtus tantum implumes etiamnum pullos suos percutiens subinde cogit adversos intueri solis radios et si coniventem unectantemque animadvertit, praecipitat e nido velut adulterinum atque degenerem. illum cuius acies firma contra stetit, educat. haliaëti suum genus non habent, sed ex diverso aquilarum coitu nascuntur*. Ad pronomini relatiivi anaphoram cf. Ov. Am. II, 11, 18 (vid. ad Cir. 57); Her. 20, 15.

205. Cf. Ov. Met. II, 590; Fast. V, 551 *ultor ad ipse suos descendit honores*; ad locutionem recte, ut puto, Kaffenberger (Philol. 76, 1920, 154): „das klingt so, alsob beide an den Sternenhimmel versetzt werden sollten, oder etwas derartiges”; quod vero nequaquam auctorem dicere velle constat, ergo „auch hier werden wir es mit einer Erinnerung des Dichters aus seiner Lektüre zu tun haben, die noch nicht genügend verarbeitet ist um in den neuen Zusammenhang zu passen.”. **candida** h. l. non idem valere potest quod *alba*, cf. 51; 502; ad vocis sensum cf. ad vs. 37.

206—219. *Scylla patris thalamum petit*.

206. Versu nostro redit, unde vs. 188 aberravit, oratio. **dulci**

devinctus lumina somno; auctor imitari videtur Catull. 64, 122 *devinctam lumina somno*; cf. Verg. Aen. IV, 185, *dulci declinat lumina somno. iamque adeo* (etiam 468) versus initio post Lucr. II, 1150; cf. e.g. Verg. Aen. II, 567; V, 268; 864; VIII, 585; XI, 487; Val. Flacc. III, 70; Sil. It. I, 20; III, 128; XII, 534; Stat. Ach. I, 551. *adeo* vim *emphaticam* habet (cf. Plessis—Lejay ad Verg. Aen. II, 567); *plerumque* ita locutione q.e. *iamque adeo* utuntur et alii auctores et Vergilius ut uberius res narrare incipiant versibus praecedentibus iam designatas, id quod iure Leo (Herm. 37, 38) animadvertit. **lumina somno** (*somnus*) in versus fine etiam (praeter locos supra all.) apud posteriores; cf. e.g. Val. Flacc. I, 300; Sil. It. V, 529; VII, 204; 633; XIII, 641; Stat. Theb. VII, 463.

207. De custodia etiam Ovidius loquitur (Met. VIII, 69: *aditus custodiam servat / claustraque portarum genitor tenet*); *custodia* — \bar{c} etiam Ov. Met. XII, 148.

208. **excubias iactabat** ineptius dictum est: „an *militaris iactantia* zweifelt niemand, aber ihr Gegenstand sind *fortia facta*, nicht die alltägliche Palastwache“ (Leo, Herm. 42, 43); *excubias* versus initio et alii posuerunt et Verg. (Aen. IV, 201). **primis foribus** (abl. locativus; cf. vs. 95; eadem locutio etiam Stat. Theb. VII, 48), *regiae* sc. (non *urbis*, quod vult Skutsch I, 121), adverbium q.e. **procul** (i.e. nimium procul a Nisi cubili) interpretari vult. Recte, ut puto, Lenchantin ad v.n. (ubi vid.) animadvertit nihil impedire quominus accipiamus Nisi regiam eundem fere in modum esse aedificatam atque Tirynthiam illam regiam, in qua bene munita complures portas nec non quae dicuntur propylaea distinguere possumus. **studio iactabat inani** etiam, alio quidem sensu, Verg. Ecl. 2, 5. **inani**: non solum enim ad portas regiae diligenter vigilando opus erat, sed etiam intra ipsam regiam et ad Nisi cubilis ianuam, ubi maximum ab ipsa regis filia periculum imminebat.

209. Versu nostro praecleara illa scaena incipit qua eleganter auctor pinxit, quomodo Scylla patris thalamos (Ov. Met. VIII, 84) petiverit (209—219; cf. Skutsch I, 77; recte etiam Frank, p. 36: „The picture of the girl, when she had decided to cut the charmed lock of hair, groping her way in the dark, tiptoe, faltering, rushing, terrified at the fluttering of her own heart, is an interesting attempt at intensive art“). **tacitum cubile**, aptius ap. Catull. 6, 7; *cubile* plerumque i.q. *lectum*; cf. e.g. Cic. Cat. IV, 8; Verg. Aen. III, 324; VIII, 412; XII, 144; Ov. Her. 3, 109; Met. XV, 501; epitheton q.e.

tacitum, quod e Catulli loco supra designato auctor demutuatus est, proprio sensu ea ratione l.n. intellegendum esse puto, ut ita caute ac diligenter Scylla surrexerit, ut nequaquam lectulus creparet, quamquam etiam ita verti potest ut velut adiect. pro adverbio positum sit (Stolz—Schmalz⁵, p. 468). **descendens** . . . **cubili** cf. Ov. Am. III, 1, 51 *delabique toro*; Tibull. I, 2, 19 *illa docet furtim molli decedere lecto* (Leo, Herm. 42, 49).

210. auribus erectis, cf. Ter. Andr. 933 *arrige aures, Pamphile!* (Donatus ad l.: *translatio a pecudibus*; vid. Klotz, Herm. 57, 59); Verg. Aen. I, 152; II, 303; XII, 618; Ov. Met. XV, 516 *arrectisque auribus horrent | quadrupedes*; Sil. It. X, 458 (*sonipes*) . . . *arrectisque auribus* — ∩; cf. etiam Cic. Sull. 33 *erigite mentes auresque vestras*. **nocturna silentia**, cf. Lucr. IV, 583 *taciturna silentia rumpi* (cf. Verg. Aen. X, 63; Ov. Met. I, 208; 384; XI, 598); Ov. Art. am. II, 505 *taciturna silentia vilet*; Claud. 36, 73 *nocturna silentia terris*.

211. singultibus h.l. sensu satis inusitato auctor posuit; singultare enim plerumque dicuntur sive lacrimantes (Catull. 64, 131; Hor. Carm. III, 27, 24; Ov. Met. XI, 420; Am. III, 9, 11; Tr. I, 3, 41) sive morientes (Verg. Georg. III, 507; Aen. IX, 333; Ov. Met. V, 134). Eodem versus loco etiam Verg. Aen. IX, 415 *longis singultibus ili a pulsata*. Cf. autem Gloss. V, 150, 17 *singultus, viscerum pulsus vel suspirium*. Recte ita vs. interpretatur Leo: „sie wagt kaum zu atmen, sie öffnet kaum die Lippen um in kleinen Schlucken die nötige Luft zu gewinnen“. **tenuem aera** etiam Verg. Georg. IV, 311. **captat**, cf. Verg. Georg. I, 376; Aen. III, 511 (alio tamen sensu *auribus aera captat*; Ov. Met. VII, 557 *auraeque graves captantur hiatu*; Lucan. IV, 329 *nocturnumque* (cf. Cir. 210) *aera captat*. Apte ad versus nostros Skutsch (II, 45) confert Arnob. V, 9: (*Iuppiter*) *ad furta illa flagitiosa correpens ibat, pavens ac trepidus, anhelitu oris presso, suspensis per formidinem gressibus*.

212. suspensa levans . . . **vestigia**, cf. Ov. Fast. I, 425 sq. *surgit amans animamque tenens vestigia furtim | suspenso digilis fert taciturna gradu*; VI, 338 *et fert suspensos, corde micante, gradus*; Sil. It. XV, 614 *erepfit, suspensa ferens vestigia, castris*. **vestigia primis** in versus fine etiam ap. Lucr. III, 309; VI, 757; Verg. Aen. V, 566; X, 283; *vestigia* et alibi eodem versus loco positum invenitur et Catull. 64, 113; 162 (*permulcens liquidis vestigia lymphis*; 295; 341; vid. ad Cir. 171).

213. **egreditur**, cf. Ov. Met. IV, 94 (*egreditur fallit que suos*); 484; VII, 182; Fast. II, 199. **ferro** (cf. 280, quem vs. a Verg. Aen. VI, 406 auctor demutuatus est). **bidenti**: *bidens* plerumque i.q. graece δικέλλα, διόδους (cf. Ov. Fast. IV, 927; Tibull. II, 3, 6); versu tantum nostro i.q. *forceps*, cf. Catal. 10, 9 *bidente dicit atdisse forcipe | comata colla. armata* ∪—∪, cf. Verg. Aen. X, 140 *calamos a r m a re veneno*. **manus**: acc. graecus; aliter Verg. Aen. IX, 115; XI, 682.

214. **evolat** cf. Verg. Aen. VII, 387; IX, 477; Ov. Art. am. III, 710; Vollmer (Sitzungsber. der Bay. Ak. 1907, 366,a.2) ita vs. interpretatur: Skylla geht erst vorsichtig aus der Tür des Frauenhauses (*egreditur*), vermag aber doch nicht zu vermeiden, dass die Angel kracht und die Amme geweckt wird (221), dann aber huscht sie (*evolat*), um nicht gesehen zu werden, aus dem Türbogen über den Hof; vor dem Eingang zum Schlafhause des Vaters bleibt sie stehen und hier wird sie von Karme eingeholt (231). Fortasse autem sensus ita intellegi potest (cf. 216; 218; 256) ut *evolat* de conatu dictum sit (neerl.: 'ze tracht' vel 'ze staat op het punt naar buiten te snellen'); sed cf. 231. Baehrens *avolat*; Leo *devolat* (putans in ὑπερφω Scyllam habitavisse) coniecerunt. **subita in formidine**, cf. Verg. Aen. III, 259 *subita gelidus formidure sanguis*; VI, 290 *corripit* (cf. Cir. 223; Aen. VI, 210) *hic subita trepidus formidine ferrum*; Ov. Met. XIV, 518 *subita formidine movit (subita formidine* — ∪ etiam Sil. It. VI, 190; XVII, 507); Val. Flacc. I, 86; IV, 626.

215. cf. Verg. Aen. VI, 619. **caeruleas umbras** (i.q. *caeruleam noctem*; cf. ad vs. 38) expressum esse ad graecum νόκτα κυανέην, κυανέαν ὄρφραν (cf. 92; 113; 165; 169) Kreunen p. 48 opinatur. **furta** omnia ea facta sunt, quae furtim fiunt, cf. Verg. Aen. VI, 568 *furto laetatus inani* (cf. Cir. 208); Ov. Met. IX, 558; ad versus clausulam, **ad umbras** sc., cf. Verg. Aen. IV, 25; VI, 404 *descendit ad umbras* (etiam Stat. Silv. III, 3, 206); Stat. Theb. II, 528. Haud ita facile est dictu utrum *testantur* (H; Curcio, Vollmer, Lenchantin) an *testatur* (LAR; Ellis, Helm) poeta scripserit. *Testatur* (Scylla, sc.) tamen ad sensum aptius mihi videtur: *evolat; at demptae subita iu formidine vires: | caeruleas sua furta prius testatur ad umbras. prius, quam patris thalamum assequatur*, sc., quod versu sequenti (*nam...*) uberius exponitur.

216. **nam qua se**, etiam Verg. Georg. II, 74. **semita** ∪—∪ cf. Verg. Aen. I, 418, IV, 407; IX, 383; XI, 524, Hor. Ep. I, 18, 103;

Val. Flacc. II, 430, al. **se tendebat** (*per regiae aulam*, sc.) alibi semel tantum inveni: Lucr. V, 481 *qua nunc se ponti plaga caerulea tendit*; ap. Verg. contra conferas Aen. VI, 541: (*via*) *dextera, quae . . . sub moenia tendit*. **patrius** sensu nostro etiam Prop. Scyllae fabulam narrans posuit (V, 4, 39); Ovid. contra adi. q.e. *paternus* usus est (Met. VIII, 84); cf. autem Verg. Aen. I, 643 *patrius amor*; Ov. Ib. 613 *nex patria*.

217. remoratur, quo verbo Vergilius nusquam usus est, etiam invenitur ap. Plaut. Cas. 804; Catull. 61, 200; Lucr. II, 75; 564; IV, 720; VI, 330; Ov. Met. IV, 137; X, 671 *pomi iactu remorata secundi* (fortasse intr.); XIII, 222 *cur non remoratur ituros?* (tr.); Cul. 119; etiam occurrit ap. Tibull., Prop., per coniecturam Cir. 236, ubi vid.

218. suspicit (*suscipit* perperam A) **ad caeli . . . sidera mundi** omnes codd. praebent; quod retinuit Lenchantin *mundum* l.n. idem esse opinatus quod gr. *κόσμος* (cf. Lucr. V, 1436; Catull. 64, 206; vid. Lenchantin ad l. n.). quamquam syntaxin duram esse plane concedit; quam ob rem in editionis appendice, v. d. Tescari sequens, *mundi* adiectivum esse putandum testatur (i. q. *limpidi*). Attamen permultis viris doctis iam consentio corruptela, quae utrum in *caeli* an in *mundi* (altera vox glossa esse videtur) lateat, dubito, verum esse depravatum. Alii ergo alia coniecerunt (Scaliger: *ad celsi*; Ellis: *ad gelidi*; Leo, quem sequitur Curcio: *adclinis*; Baehrens: *caeli . . . multa*; Sudhaus: *caeli . . . frustra*; Helm: *caeli . . . mente*). Emendationem, quam Scaliger proposuit, recepi, et ad sensum eam esse aptissimam opinatus et a lectione tradita minime recedentem. **micantia**; codd. H²AL *nutantia* quod retinuerunt Ellis ('*nutantia* would refer to the wavering, unsteady look of the stars, 'bickering', Am. Journ. of Phil. 15, 479) et Lenchantin (',oscillanti, declinanti)'), H¹R *mutantia* (quod Helm retinuit), tradunt. Scaliger, quem secuti sunt Drachmann, Curcio, Vollmer, proposuit *nictantia* (cf. Lucr. VI, 182 *nictantia fulgura flammae*); Schwabe *micantia* (cf. Catull. 64, 206 *concussitque micantia sidera mundus*), quod in textum recepi, quia l.n. epitheton ornans usitatissimum restituit nec ab auctoris tota hemistichia demutuandi ratione abhorret.

219. Cf. Catull. 64, 103 *non ingrata tamen frustra munuscula divis / promittens tacito suscepit vota labello*. **munera** i. q. *vota*; **piis** h.l. *ab impietate abhorrentibus*, quod recte vidit Ellis (Am. Journ. of Phil. 15, 479).

220—249. Carme nutrix, quae cardinem stridentem au-

diverat, Scyllam consequitur et de causis curae eam interrogat.

220. Cf. Verg. Aen. IV, 90. **Phoenicis filia**, cf. Anton. Lib. 40 *Κασιπεύιας τῆς Ἀραβίου καὶ Φοίνικος τοῦ Ἀγῆνορος ἐγένετο Κάρμη*; aliam Carmae genealogiam tradunt Paus. II, 30, 3; Diod. V, 76, 3. **Ogygii** (cf. Ov. Her. 10, 48 *qualis ab Ogygio*; ap. Lucr., Catull., Verg., Hor., Tib., Prop. epitheton, sive ethnicum sive patronymicum, non invenitur) i. fortasse q. *Thebani*; minus accurate, quia Cadmus, Thebarum arcis conditor, frater Phoenicis erat, Phoenix l.n. ita appellari videtur. Suspiciari tamen licet Phoenicem l.n. Ogygi filium nominari, quia Photius (et Suidas) s.v. *Ὠγύγια κακά* (cf. O. Crusius in Roscheri Lex. II, 843) Cadmum (qui alibi non minus quam Phoenix frater Agenoris filius dicitur) Ogygi filium fuisse testatur (cf. Lycophr. Alex. 1106 *Ὠγύγου σπαρτὸς λεώς*); vid. Türk in Roscheri Lex. III, 2, 2401 (cf. Wörner, ibd. III, 1, 684); Lenchantin ad l.

221. **surgere sensit anus**, cf. Ov. Met. X, 384; Fast. VI, 399. **sonitum . . . fecerat**: locutionem satis raram etiam e.g. Lucr. VI, 132; Prop. I, 20, 48 praebent. Carmae (quae et ipsa Cretensis erat) nomine etiam Cretae insulae montem quendam designatum fuisse de quo Plinius (N.H. XXI, 79) loquitur, Ellis (Am. Journ. of Phil. 8, 10) animadvertit. **illi, Scyllae** sc.: dativus incommodi.

222. Cf. Verg. Aen. I, 449 *foribus cardo stridebat aenis*; aliter VI, 573 *horrisono stridentes cardine sacrae | panduntur portae*. **aeratus** cf. Ov. Met. VIII, 41 . . . *aeratas hosti recludere portas*, ubi aptius, quia de oppidi vel arcis portis sermo est, adiectivum positum esse videtur. **in lumine** — \bar{v} passim ap. Verg.: Aen. II, 242; 469; 485; 500; 673; IV, 473; VI, 279; 427; 636; IX, 687; XI, 423. Post vs. n. Leo lacunam suspicatus hunc vs. addendum esse putavit: *currit et ut potuit gressu sectata senili*, quod additamentum plane supervacuum habeo; breviter enim auctorem vim sententiae expressisse et ita levem inconcinnitatem exstitisse pro genere scribendi nihil est cur miremur.

223. **corripit extemplo**, cf. Verg. Aen. VI, 210 *corripit Aeneas extemplo . . .*; VIII, 262 *panditur extemplo*. **fessam** eodem versus loco Verg. Ecl. 2, 10: *fessis messoribus aestu*; **languore** \bar{v} — \bar{v} (vox q.e. *languor* apud Verg. nusquam occurrit), cf. Ov. Met. XI, 612 *languore solutis*; 648 *elegit et rursus molli languore solutus*; *languor* i.q. gr. *πάθος* cf. Catull. 64, 99 (Kroll ad l.). De re cf. Sen. Phaedr. 373 sqq.; vid. ad vs. 229.

224. **et simul** etiam Verg. Aen. V, 357. **o nobis** cf. Ov. Trist. III, 619 *tu tamen, o nobis usu iunctissime longo. sacrum caput*: Schraderi *carum pro sacrum* legentis coniecturam recepit Kreunen, p. 99: „Recte enim Schrader dubitat, num alumna sacrum nutrici caput dici queat”. Sed, multo licet aptius, locutione iam usus erat Vergilius: Georg. IV, 319 *tristis ad extremi sacrum caput adstitit amnis. alumna*: vox, quae ap. Verg. non occurrit, valde idque in fine versus posita nostro placuit: vid. 246, 274, 209, 311, 324, 331, 338, 347, 381, 441.

225. **per viscera**, cf. ad vs. 182. **pallor**, cf. Ov. Art. am. I, 729 *palleat omnis amans, hic est color aptus amanti*; Hor. Carm. III, 10, 14 *tinctus viola pallor amantium*, quem ad l. Kiessling—Heinze: ‘der blasse Violenteint (*viola pallens* Verg. buc. 2, 47, das λευκίον der Griechen) des Verliebten’. **viridis**, cf. Cul. 144 *aureolos viridi pallore corymbos*; Kreunen, p. 49: „Pallori, quem Horatius (Epod. 10, 16) *luteum* et Ovidius (Met. IV, 267) *luridum* nominavere, vs. 225 epith. *viridis* datur, ut auctores Graeci χλωρός pro ὀχρός ponere solent”; cf. etiam Sapph. 2, 15 *χλωρότερα δὲ ποίας ἔμμι* (Schunck: „blaszgrün vor leidenschaftlicher Erregung”).

226. Voce, q.e. **aegrotus**, nusquam Verg. usus est; ap. Horat. invenitur Ep. I, 1, 73; I, 2, 48; porro etiam apud sermonis pedestris auctores et comicos (cf. e.g. Ter. Andr. 559). **sanguine venas**, Lucr. III, 442; Verg. Georg. III, 460; Ov. Art. am. III, 503; Met. II, 824 *pallent amisso sanguine venae*; V, 436; VII, 334 *ut repleam vacuas iuvenali sanguine venas!*; Hal. 123 *tenui suffusus sanguine nullus* (secundum Teuffel—Schwabe⁵, § 250, 4 „ist an der Urheberschaft Ovids nicht zu zweifeln”); Lucan. IV, 630 *calido complentur sanguine venae*; Sil. It. II, 464; Stat. Silv. II, 1, 41 *suffusus sanguine candor*; Claudian. 17, 219 *suffundit sanguine venas*. Sensum satis illustrant loci quales sunt Ov. Met. II, 824; VII, 334; Lucan. IV, 630 supra allati. **tenui sanguine** cf. vs. 211 (idem fere quod *paulo sanguinis: tenuia* dicuntur „Dinge deren ‘Dünne’ zugleich ‘Dürftigkeit’ bezeichnet”: Leo, Herm. 42, 43) Propter vocis q.e. *tenuis* vim insolitam (cf. e.g. Cic. Tusc. III, 20 *tenuem victum antefert copioso*; Nat. Deor. II, 19: *lunae tenuissimum lumen*; Ov. Her. 11, 75 *ut mare fit tremulum, tenui cum stringitur aura*) Ribbeck cod. Adalb. fretus legendum proposuit *aegroto tenuis*, quod Vollmer recepit.

227. Versum ita tradiderunt codd.: *nec levis hoc faceret, neque enim pote* (HAR, s.s. *potens* H², *puto* L), *cura subegit*, quod quo modo interpretandum sit dissentiunt interpretes. Complures viri docti versum excidisse putant, quam lacunam sive indicant tantum (Vollmer, Lenchantin), sive varie explere conantur: Leo proposuit: *nec levis hoc faceret — neque enim pote — <causa medullis | 227a fixa imis mentem miserae tibi>* (Helm *<causa, sed imo | corde gravis concepta animum tibi>*) *cura subegit*. Aliter contextum sanavit Sudhaus (Herm. 42, 488) coniciens: *nec levis hoc* (i.q. *huc*, cf. Lindsay—Nohl, Lat. Spr. p. 654; Verg. Aen. VIII, 423; Vollmer ad Stat. Silv. I, 1, 94) *te aegram* (cf. 265; 341) — *neque enim pote — cura subegit* (*hoc subegit* cf. 183): 'kein leichter Herzenskummer hat dich Kranke bis zu dieser Stelle.... getrieben'; et alii autem et Ellis legendum proposuerunt: *nec levis hoc faceres — neque enim pote — cura subegit* (i.q. *nec levis cura <te> subegit <ut> hoc faceres*, ubi *ut hoc faceres* non id dicere velle puto quod: *ut patris crinem detonsura esses*, sed potius *ut nocturna per regiam ita vagareris*). Quod etiam legunt Ribbeck et Curcio, ita tamen ut vs. 228 cum codd. A²L legant *haud fallor*. Emendationem quam Ellis proposuit in textum recepi, quippe quae ad sensum aptissima nec ceteris coniecturis incertior mihi quidem videatur.

228. *aut fallor*, cf. Verg. Aen. X, 630 sq.; Ov. Met. I, 607; Her. 7, 33. *quod ut* (i.q. *quod utinam*, cf. ad vs. 150) *o* recte Schrader, Ribbeck, vulgo (cf. Verg. Aen. X, 631; Thes. l.l. II, 1569, 80 sqq.); Baehrens: *quod ut a*; codd.: *quoduta* (H¹), *quod ita* (H²), *quod....* (AR); *quod te* (A²L). *fallor* omnes edd. post ed. Iunt. receperunt (codd. *fallor* tradentes consentiunt, nisi quod in A² *fallit* legitur). *Rhamnusia* i.q. *Nemesis*, vid. Rossbach in Roscheri Lex. III, 1, 124 sqq.; omnem etiam in amoribus ὕβρις eam ulcisci (cf. e.g. Ov. Met. III, 406; Alciph. I, 37, 4) recte Kroll ad Catull. 50, 20 animadvertit; vid. etiam Lenchantin ad l. Nomine Verg. Tibull., Prop. nusquam, Catullus velut adiectivo tantum (*Rhamnusia virgo*: 64, 395; 66, 71; 68, 77) usi sunt, ap. Ovid. bis invenitur: Met. III, 456: *adsentit precibus Rhamnusia iustis*; Trist. V, 8, 9 *exigit a* (cf. Cir. 74) *dignis ultrix Rhamnusia poenas*; cf. Met. XIV, 694 *time Rhamnusidis iram*. Porro conferas Stat. Silv. II, 6, 73; III, 5, 5; in demo Attico, qui appellabatur Rhamnus, Nemesis templum habebat, cf. Paus. I, 33, 2.

229. nam qua te causa, cf. Cir. 216; 499; Verg. Georg. II, 74. **dulcis pocula Bacchi**, cf. Verg. Aen. III, 354; Ov. Fast. III, 301 *plenaque odorati* (i.q. *dulcis*) *disponit pocula Bacchi*; Lygd. 6, 5 *pocula Baccho*, idemque Val. Flacc. I, 260. Ad metonymiam (*Bacchus* enim i.q. *vinum*) Kreunen, p. 31 confert illud Terentianum (Eun. 732), quod in proverbium abiit: *sine Cerere et Libero friget Venus*. Porro conferas Lucr. II, 656 (vid. Munro ad l.).

230. nec gravidos, cf. Verg. Georg. I, 319 *quae gravidam late segetem*; II, 143 *sed gravidae e fruges*, ubi proprio sensu auctor adiectivo, q.e. *gravidus* (cf. etiam Verg. Georg. I, 111), usus est (vid. Vollmer, Sitzungsber. der Bay. Ak. 1907, 367; Leo, Herm. 37, 39; Skutsch II, 49); vs. autem nostro, quia nec de aristis nec de segete sermo est, adi. epitheti ornantis vice fungi ac idem fere valere quod *maturus* (vern. 'rijp') videtur. **fetus**, cf. Verg. Georg. I, 55 *arbori fetus*; II, 442 *dant alios aliae fetus* (Ladewig: 'Ertrag'); IV, 231 *bis gravidos cogunt fetus. gravidos Cereris fetus* proprie i.q. *maturos segetes*, vern. 'het rijpe graan'; poetice et metonymice ergo dictum est pro: *panem*. Vid. etiam Ov. Met. VIII, 292, 294. Eadem etiam Phaedra amans perpessa est, cui (Sen. Phaedr. 373 sq.) *nulla iam Cereris subit / cura aut salutis; vadit incerto pede, / iam viribus defecta*, e.q.s.; cf. Ov. Her. II, 28 *sumebant minimos ora coacta cibos*.

231. qua (ita A²L, *qu(a)e* HA¹R) **causa**, sc. *te dicam*, quod vss. 229 sq. ἀπὸ κοινοῦ positum est. **patrium cubile** (etiam Ov. Met. II, 592. . . . *patrium temerasse cubile*; cf. Cir. 216) l.n. idem quod *paterni thalami* (Ov. Met. VIII, 84); contra Cir. 209 *cubile* idem valere quod *lectulus* opinor.

232. Cf. Ov. Met. VIII, 83 *prima quies aderat qua curis fessa diurnis / pectora somnus habet* („aus einer vielleicht nicht mehr ganz genauen Erinnerung an diese Stelle erklärt sich wohl der eigentümliche Ausdruck *fessae curae*“, Ganzenmüller, p. 589, fortasse recte). **fessas curas** etiam Lucan. V, 504 *solverat armorum fessas nox languida curas*; adiectivo ergo et noster et Lucanus active (i.q. neerl. 'vermoeiend') usi sunt, quem quidem sensum nusquam alibi inveni. Idem etiam in editionis appendice Lenchantin, confereus Hor. Carm. I, 1, 5 (Tescari ad l.); I, 12, 39 (Kiessling—Heinze ad l.); Diomed. p. 458 K *ab eo quod fit id quod facit*, indicavit, qui prius in commentario per enallagen quandam locutionem esse intellegendam opinatus erat. **tempore quo** etiam Catull. 68, 15;

113; Lucr. V, 917; Verg. Aen. IX, 80; etc. **mortalia pectora** — etiam Verg. Aen. III, 56; IV, 412; Ov. Met. IV, 201; VI, 472; Sil. It. XV, 612 *Nox, somni genetrix, mortalia pectora curis | purgarat.*

233. requiescunt transitive (cf. ad vs. 136) etiam Lic. Calv. fr. 13 Morel: *Sol quoque perpetuos meminit requiescere cursus;* Vergilius locutione usus est Ecl. 8, 4 *et mutata suos requieverunt flumina cursus* (Serv. ad l.: *cursus proprios retardaverunt et quietos fecerunt*) Accusativi tamen, quibuscum Lic. Calv., Verg., Ciris auctor verbum q.e. *requiescere* coniunxerunt, ita etiam possunt intellegi, ut verbum per acc. relat. sive graecum (neerl. 'tot rust komen, wat betreft...') constructum sit; apud Propert. tamen (II, 22, 25 *Iuppiter Alcmenae geminas requieverat Arctos*) verbum vim sine dubio transitivam exhibet; cf. Owen ad Ovid. Trist. II, 541. Ad vs. porro conferas Cul. 278: *iam rapidi steterant amnes;* Paneg. Mess. 125 *nec assuetos egerunt flumina cursus;* Alcman: Εὐδουσιν δ' ὀρέων κορυφαί τε καὶ φάραγγες πρόωνές τε καὶ χαράδραι φύλά θ' ἔρπετά; Argon. Orph. 1010 (Ἵπνος) κοιμήσας . . . / πηγὰς τ' ἀνεάων ὕδάτων ποταμῶν τε ῥέεθρα . . . ; vid. Skutsch, II, 51—56; Leo, Herm. 42, 45 sq.; Vollmer, Sitzungsber. d. Bay. Ak. 1907, 367; Helm, Herm. 72, 1937, 82.

234. Cf. Catull. 67, 7 *dic aedum nobis* (cf. Liv. IX, 33, 7); *dic age* in versus initio etiam invenitur Verg. Aen. VI, 343; Ov. Am. III, 5, 31; Her. 6, 141; Met. XII, 177; Fast. I, 149; Gratt. 99; Val. Flacc. VI, 516; VIII, 64 *dic age nunc;* Stat. Silv. III, 1, 50; IV, 1, 28. **nunc** . . . **saltem:** iam prius enim Carme, ut par est (cf. vss. 165 sqq.), Scyllam insani amoris curis affectam esse perceperat, causam autem aegritudinis se prompturam esse semper Scylla negaverat: „Quick, explain to your poor nurse now, if not before, what you swore to have no significance, in answer to my many questionings. . . .’ (Ellis, Am. Journ. of Philol. 15, 480).

235. maesta parenti cf. Cic. Arat. (Baehr. P.L.M. I) 32, 3 *Andromeda aufugiens aspectum maesta parentis;* Lucr. I, 99 *hostia concideret mactatu maesta parentis* (cf. Munro, Lucret.³, Cambridge 1873: Vol. I, p. 596); vid. etiam Cir. 360; Ov. Met. VIII, 85. **cur,** quod Helmstadiensis corrector tradidit (H¹ *tum;* LAR *cum,* quod [*cum* . . . *morerere*] retinuerunt Ellis: ‘at the time, when . . .’, Curcio), post Ribbeckium etiam receperunt Vollmer, Helm (*cur* . . . *removere*), Lenchantin (*cur* . . .

morerere. Lectionem, quam ediderunt Vollmer et Helm, aptiorem sensum praebere opinor, quamquam ne ita quidem liquet, quomodo Carme purpurei crinis gratia (haud aliter *formosi capilli* l.n. intellegi possunt) Scyllam patris thalamos petere animadvertere potuerit; vid. autem ad vs. 236. *maesta*, quae vox ex imitatione fortasse intellegenda est, l.n. vim satis raram habet: idem enim valere videtur quod *infelix*, *digna de qua maereas*.

236. formosos cf. Verg. Ecl. 2, 1. **virgo** recte a v. d. Sudhaus (Herm. 42, 488) appellatur: „ein Flickwort, das lächerlich wirkt“. Fortasse auctor versum partim quidem ab aliquo poeta nobis ignoto (Cinna? Calvo?) demutuatus est. **remorere** post ed. Paris. 1501 Vollmer et Helm receperunt; codd. vel *morerere* (H²LAR; Ellis, Am. Journ. of Philol. 15, 480: „‘when you hung woefully about your father’s beauteous hair, consumed with girlish longing’. *morerere*.... expresses the longing which consumed Scylla to pry into the mystery of the beautiful purple lock“; *mori* i.q. *amore deperire*, cf. Prop. I, 10, 5; II, 4, 2) vel *morere* (H¹) tradiderunt. Verbo q.e. *remorari* intransitive Ciris auctor etiam vs. 217 usus est; cf. Plaut. Cas. 804; Catull. 61, 200; Lucr. II, 75; 564; IV, 720; VI, 333; Ov. Met. IV, 137.

237. ei (Ribbeck restituit; codd. *hei* tradunt) **mihi**: cf. Serv. ad Verg. Aen. II, 274: *ei mihi, Enni versus*; Catull. 76, 21 *ei* (Kroll: *quae*) *mi hi subrepens imos ut torpor in artus*; Verg. Aen. II, 274 (cf. versus structuram: *mulatus ab illo | qui*); XII, 620; Tibull. II, 1, 70; 6, 28 (*ei mihi, ne*); III, 6, 33; Prop. V, 1, 58. Creberrime Ov. versus initio *ei mihi* posuit (e.g. Am. II, 19, 35 *ei mihi, ne*), quos locos Ganzenmüller (p. 593) enumeravit; vid. etiam Stat. Silv. V, 2, 160; 3, 225. *ne* i.q. *vereor ne* cf. e.g. Enn. Med. 205 sq.; etiam graece μή (vid. e.g. Hom. Il. XII, 138; XVI, 128). **furor** vid. ad vs. 164. **invaserit artus / ille**, cf. Ov. Met. XI, 260 sq.: *invaserat artus, / illa*; Verg. Ecl. 6, 78 *narraverit artus*.

238. ille: epanalepsis, quam Helm „zwecklos“ appellat, sensu tamen haudquaquam caret; saepenumero enim auctor hanc figuram, qua πάθος auget, usurpavit; vid. ad vs. 12 sq.; 105 sq.; 130 sq. **Myrrha**, cuius nomen etiam Smyrna, Zmyrna traditur (μύρρα γὰρ ἡ σμύρνη παρ’ Αἰολεῦσι Athen. XV, 688c), Cinyrae (cf. Hom. Il. XI, 20) et Cenchreidis filia, scelerato in patrem amore inflammata erat, quo furore flagitioso recondito in Arabiam per-

fugit, ubi in murram arborem mutata est (εις δένδρον μετήλλαξεν, ὁ καλοῦσι συμυρνάν, Apollod. III, 14, 4). Fabulam et alii (Anton. Lib. c. 34; C. Helvius Cinna) narraverunt et Ov. (Met. X, 298—502; vid. Korn—Ehwald ad l.). **cepit ocellos** (vid. ad vs. 132) etiam Prop. I, 1, 1.

239. sinat recte restituit Loensis pro codd. traditione q.e. *sinit*, quod perperam Ribbeck retinebat; cf. Verg. Ecl. 9, 6 (Ladewig—Jahn: 'nec altertümlich als verstärkte Negation'; vid. Kühn.—Stegm., II, 1, 817; Stolz—Schmalz⁵, p. 640. **Adrastea** (cf. Callim. hymn. 1, 47 σὲ δ' ἐκοίμισεν Ἀδρήστεια) vid. Ammian. Marc. XIV, 11, 25 *Adrastea*, *quam vocabulo duplici etiam Nemesin vocamus*; vide porro Stoll in Roscheri Lex. I, 77. De versu spondiaco, cf. ad vs. 73.

240. utrumque parentem, locutione ter Ovidius usus est: Am. I, 3, 10; Her. 5, 62; Met. XIII, 147. Ad sensum cf. Met. X, 347 *tune (Myrrha, sc.) eris et matris paelex et adullera patris*. Nescio an recte Kaffenberger (Philol. 76, 155) disseruerit versum, ad Scyllam pertinentem, vix aptum sensum habere et a carmine quodam Myrrhae fabulam tractante desumptum esse videri. **laedere** . . . **studeas**; raro tantum ap. poetas verbum q.e. *studere* cum inf. coniunctum invenitur, cuius usus Drachmann (Herm. 43, 422) haec exempla attulit: Acc. 145; trag. inc. 51; Cat. 93, 1; Lucr. III, 1072; Hor. Carm. IV, 2, 1 (nec non in Epist.); Ov. Am. II, 4, 6. **errore**, cf. 430 (i.q. Verg. Ecl. 8, 41 quem ad vs. Servius: *malus error: definitio amoris*).

241. si alio: longae vocalis cum brevi synaloepe, quae etiam vs. 418 occurrit (longae voc. cum longa in Cir. octies, ap. Catull. quinquies inveniri Drachmann, Herm. 43, 411 testatus est); vid. Norden ad Verg. Aen. VI, p. 445 sqq.; cuius ad enumerationem addere possis: Cir. 2%. **alio quovis** (HLA²; *quovis alio* A¹R) etiam Lucr. II, 793; 825. **animi** Haupt restituit; codd. vel *animis* (HA¹R) vel *animo* (A²L) tradunt; cf. Catull. 64, 372 *quare agite optatos animi coniungite amores* (cf. ibd. 330, ubi codd. *mentis* . . . *amorem* tradunt); attamen nescio an l.n. *animi* locativus sit. **iactaris** ∪ ← ∪, cf. 208; de sensu cf. vs. 1. Ad vss. 241 sqq. Ganzenmüller p. 591 Ov. Her. 11, 33 sq. affert, ubi, non minus quam l.n., nutrix prima veritatem suspicatur: *prima malum nutrix animo praesensit anili | prima mihi nutrix 'Aeoli' dixit, 'amas'*.

242. nam, quod plerique editores receperunt, codd. HL tra-

dunt; AR praebent *nec* ('fortasse vere, si Aeschyleo more garrit nutrit' Ellis in ed. adnotat; vid. Am. Journ. of Philol. 15, 481: „the triple negation might be thought to suit the garrulous and self-repeating style natural to an old nurse, like the broken sentences of Cilissa in the Choephoroi"). *Amathusia* $\leftarrow \bar{\cup}$ etiam Catull. 68, 51 *nam, mihi quam dederit duplex Amathusia curam*. Amathus, Cyprinsulæ urbs, Veneri sacra erat (cf. Catull. 36, 14; Verg. Aen. X, 51; Paus. IX, 41, 2; Tümpel in R.E. I, 1752).

243. *rudis* cum genetivo (*nostri*) coniunctum (i. fere q. *nescia*) apud Verg. nusquam, apud Ov. ter invenitur: Met. VII, 213 (ubi codd. inter *somno* et *somni* dissentiunt); Fast. I, 83; IV, 336. Ad structuram cf. Catull. 68, 17 *non est dea nescia nostri* (vid. Kroll ad l.), quem ad v. Kreunen, p. 42: „tum, ut in Cir. vs. 243 Venus *alicuius* dicitur *rudis*, ita in Catulli carm. 68, 17 legimus eandem deam *nesciam* esse *alicuius*, quamquam usitatius est inverso modo, . . .". Vid. et locos alios (e.g. Ov. Am. III, 15, 15; Hor. Ep. II, 2, 47) et supra allatos. *possim cognoscere* (cf. Lucr. V, 882; Verg. Georg. II, 226) *signo*, cf. Verg. Georg. I, 394; IV, 253; Germ. Arat. 234; Manil. I, 481.

244. *concessus amor* etiam Consol. ad Liv. 305; cf. Catull. 64, 27 *ipse suos divum genitor concessit amores*. *macerat*, verbum *macerare* Plauto in amore usurpatum dein Hor. Carm. I, 13, 8 (*lentis. . . . macerer ignibus*); Ep. 14, 16 adhibuisse Karsten (Sert. Nab. p. 198) animadvertit. Vergilius verbum quod poetis raro tantum in usu est, nusquam praebet (cf. e.g. Lucr. III, 75; 826; Ov. Her. 2, 125; saepius apud comicos: vid. e.g. Plaut. Capt. 928; Mil. 616; Trin. 225; Ter. Andr. 886). *novo igni* i. fere q. *non consueto mortalibus amore* (259).

245. *per tibi*: 'in den zu Verben des Beschwörens, Bittens u.ä. tretenden mit *per* gebildeten Adverbialien wird regelmässig die Präp. von ihrem Kasus, aber meist nur durch Pronomina (wie im Griech. *πρός* von seinem Genetiv nur durch *δέ* getrennt: vgl. z. B. Ov. Fast. II, 841 *per tibi ego hunc iuro fortem castumque cruorem*' (Korn—Ehwald ad Ov. Met. III, 658, ubi vid.; cf. etiam Am. III, 2, 61). *praesentia numina* $\leftarrow \bar{\cup}$ etiam Verg. Georg. I, 10; Hor. Epist. II, 1, 134; Ov. Met. XV, 622; Ep. ex P. I, 2, 107 (vid. Korn—Ehwald ad Ov. Met. III, 658). Ad vim adiectivi q.e. *praesens* Skutsch (II, 67a.2): 'bei dem Monde, den wir am Himmel

stehen sehen'; cf. Skutsch, I, 78a.1; v. Wilamowitz ad Eur. Hipp. 146; 1130; Kiessling—Heinze ad Hor. Carm. III, 5, 2; aliis locis adi. ita est intellegendum ut idem valeat quod *potens*, cf. Korn—Ehwald ad Ov. Met. III, 658, Kiessling—Heinze ad Hor. Carm. I, 35, 1 sq. ('*praesens* üblich nur vom hilfreich wirkenden Gotte, ἐπιφανής'). Saepenumero autem nec non l.n. ambae significationes in unam confluisse videntur, vid. Porphy. ad Hor. Carm. I, 35, 2 *praesentia dicuntur numina deorum, quae se potentiamque suam manifeste ostendunt* (cf. e.g. Cic. Cat. II, 29; Verg. Georg. I, 20; Ov. Met. XV, 622); vid. Pfister, R.E. s.v. *numen* (15), XVII, 1288. *numina iuro* etiam Ov. Her. 13, 159; Met. III, 638 (*numina iurant*); IX, 371; Tr. II, 53; Tibull. IV, 13, 15. *Dictynnae* (i.q. *Lunae*, cf. 305) *numina*, cf. Hor. Ep. 17, 3 *per et Dianae* (i.q. *Lunae*, cf. Ep. 5, 51) *non movenda numina*.

246. Versum ita tradiderunt codd. *prima deum quae dulce mihi te donat alumnam*. Schrader (quem sequuntur Ribbeck, Baehrens, Thilo) pro *deum* coniecit *decus* (cf. Verg. Aen. XI, 155; Hor. Carm. I, 1, 2), quod reiecit Ellis (Am. Journ. of Phil. 15, 481: The verse is very like one quoted by Nic. Loensis from Charisius IV, 254, and similarly addressed to Dictynna: *Luna, deum quae sola vides periuria vulgi, / seu Cretaea magis seu tu Dictynna vocaris*), qui deinde legendum proposuit *quae te dulcem*. Aliter verborum ordinem corrigere voluit Leo: *mihi quae dulcem te*, quod Vollmer in textum recepit. Traditam lectionem Lenchantin retinuit, cui Klotz (Ph. Wschr. 52, 1289) assensus est haec addens: „wobei man nur schwanken kann, ob man *dulce mihi* als Parenthese" (ita Lenchantin; *mihi* ἀπὸ κοινοῦ et ad *dulce* et ad *donat* pertinet; cf. Catull. 51, 3; 40, 3; 110, 3; ad parenthesin Helm attulit Stat. Silv. I, 2, 74, quem ad l. Vollmeri annot. videas) „oder *dulce* als Apposition aufzufassen hat". *prima deum*; Lenchantin contulit Eur. Med. 395 sq.: οὐ γὰρ μὰ τὴν δέσποιναν, ἣν ἐγὼ σέβω / μάλιστα πάντων καὶ ξυνεργὸν εἰλόμην, Ἐκάτην (i.q. *Lunam*; cf. ad vs. 305).

247. *digna atque indigna*, cf. Verg. Aen. IX, 595; XII, 811; vid. ad vs. 290. *laborum*, quod codd. HA¹R tradunt, omnes editores receperunt; cod. L et Arundeliani corrector *laturam* scripserunt, quod num fortasse ex *relatu* (Verg. Aen. IX, 595) exstiterit Ellis (Am. Journ. of Phil., 15, 481), *filia* coniciens pro *milia*, quaerit; quam tamen coniecturam in textum recipere non ausus est.

248. omnia . . . laborum / milia: Maehly offensus vocabulo *milia*, quod non coniunctum sit cum *multa*, *quanta* aut numerali, legendum proposuit *ultima*, quod Kreunen approbavit (p. 99). Hyperbolice autem l.n. *omnia* dictum esse potest pro *multa* (veli dem fere quod vern.: 'alle mogelijke'; cf. e.g. Caes. B.G. V, 6 *omnibus precibus petere*; Hor. Epist. I, 5, 2 *cenare . . . olus omne*). Ad locutionem cf. Cir. 521; Lucr. IV, 412; Catull. 61, 210; 66, 78; Prop. I, 5, 10. Simplicius tamen *laborum / milia* velut appositionem intellegere possis: *omnia me potius digna atque indigna, laborum / milia, visuram . . . visuram* (LAR; *nisuram* H, quod acceperunt Vollmer, Lenchantin), cf. Cir. 455; Verg. Georg. II, 68; Aen. II, 5. **te tam tristibus:** notanda est alliteratio!

249. sordes, metaphoricè; passim ap. Cic. ita invenitur; cf. etiam Hor. Ep. 17, 46 *paternis obsoleta sordibus* (vid. Drachmann, Herm. 43, 422). **tabescere:** verbo ap. Verg. nusquam obvio, etiam utuntur Lucr. (septies; quinto versus pede: II, 1173; III, 581; 911; V, 680; VI, 964), Catull. (68, 55); Ovid. (e.g. Met. III, 445; XIV, 432; Trist. V, 1, 77: *tabescere curis*); Hor. (Sat. I, 1, 111); cf. etiam Cir. 450, ubi Schrader *tabescunt* legendum censuit; Lyd. 22. **scoria** codd. A¹L tradunt (A¹ vocem omittit; *seonia* H¹, ita tamen ut corrector s deleverit; *morbo* R.); Curcio lectionem traditam retinuit, quamquam vox per metaphoram usurpata (i.q. *cura*, *luctu*, *maerore*) *ἄπαξ εἰρημένον* est ac praeterea per synizesin legenda. Vox graeca est qua proprio sensu significatur recrementum, retrumentum, faex, spurcitia, sordes, quae ex metallo inter coquendum veluti spuma quaedam expurgantur (Plin. N.H. 33, 4; 33, 6; 34, 11; 34, 18). Pro voce raro usitata alii alia coniecerunt: Anonymus quidam *senio*, quod Lenchantin in textum recepit, Ribbeck, Klotz (Ph. Wschr. 52, 1289) approbaverunt. Ex ceterorum coniecturis afferre velim *scabre* (Scaliger), *sanie* (Sudhaus, quem Vollmer secutus est); *cura* (Heinsius); *carie* (Barthius); *scora* (Ellis olim; Am. Journ. of Phil. 8, 8: *spurca . . . tabi*); *furia* (Helm, conferens Verg. Georg III, 244; Prop. IV, 4, 68; Apul. Met. X, 24).

250—282. Scylla postquam Carme in cubiculum eam reduxit, nutricem de amore insano certiolem facit et ut opem sibi ferat neve mortem certe sibi invidet, instanter rogat.

250. haec loquitur etiam Verg. Aen. X, 907. **ut**, cf. Verg. Aen. V, 388 (vid. Plessis—Lejay ad l.); XII, 488; Hor. Sat. I, 9, 42;

Kühner—Stegm. II, 2, 364; Stolz—Schmalz⁵, p. 757. **mollique** (cf. Catull. 64, 129; 311; 318)... **velavit amictu**, cf. Catull. 64, 266; 293; 311; Verg. Aen. III, 545; VIII, 33; Cul. 75; Ov. art. am. III, 179; Met. X, 1; XIV, 263; Fast. III, 363; Lygd. 4, 55; Prop. IV, 14, 3; Val. Flacc. I, 659; Stat. Silv. II, 1, 132; Ach. II, 321 (Ganzenmüller, p. 592). Pro *velavit* Heynius *velarat* coniecit, plusquamperfectum sine dubio exspectes; aliter Baehrens: *ut* (i. q. *simul ut*, cf. 514) *se nudavit*: inconcinnitatem tamen leviolem esse opinor quam ut codicum consensum corrigere velim; vid. ad vs. 251.

251. frigidulam, cf. Cir. 348; Catull. 64, 131 *frigidulos udo singultus ore cientem* (quem ad l. Kroll.: '... eigentlich ist die Ariadne selbst *frigida*, matt und kraftlos, weil sie alle Hoffnung aufgegeben hat'). Lenchantin l.n. ita vertit: 'un po' freddolosa, un po' tremante'; neerl.: 'huiverend'; nusquam alibi adi. occurrere videtur. **iniecta veste**, cf. Catull. 66, 81 *nudantes* (cf. ad vs. 250) *reiecta veste papillas*; Ov. Art. am. II, 618 *iniecta veste*. Ad vs. nostrum porro conferas Anton. Liber. 34, 3 ἡ δὲ τροφὸς κατακρύψασα τῆ ἐσθῆτι τὴν Σμύρναν παρήγαγεν, quae verba, ut vidit Sudhaus (Herm. 42, 494), probabile faciunt Ciris auctorem Cinnae carmine c.t. *Smyrna* usum esse vel certe id notum habuisse. De sensu periodi vid. versionem; ad *ut* (quod l.n. vim plus minusve causalem habet: Kühner—Stegm. II, 364; Stolz—Schmalz⁵, p. 757) recte Helm contulit Verg. Aen. XII, 488: *Messapus, uti laeva duo forte gerebat... hastilia... horum unum derigit*.

252. quae prius, cf. Cir. 33. **steterat** (cf. 34) cf. Pind. Isthm. 6, 54 ἐν ῥινῶ λεόντος στάντα. Ellis et Curcio perperam *fuera* ediderunt (cf. Catull. 64, 317 *quae prius in levi fuerant extantia filo*) et in app. crit. lectionis traditae ne mentionem quidem fecerunt (cf. Verg. Aen. X, 223 et IX, 121 vs. interpolatum: *quae prius aeratae steterant ad litora prorae*). **succincta**, cf. Verg. Aen. VI, 555; X, 634. **croco**ta (sc. *veste*), quod certa emendatione Scaliger pro cod. lect. *corona* restituit, apud Plaut., Cic., (har. resp. 44) Apul. tantum invenitur; „rein archaisch“ (Drachmann, Herm. 43, 421); graece ὁ κροκωτός (sc. πέπλος), „der leichte safranfarbige Chiton, das Staatskleid der Frauen höherer Stände“ (Ganzenm. p. 639).

253. genis rorantibus: verbo, q.e. *rorare* intransitive auctor usus est, cf. locos q.s. Verg. Aen. III, 567; VIII, 645; Ov. Met. I, 267; Fast.

IV, 139; Prop. IV, 1, 123; vid. Stolz—Schmalz⁵, p. 547. Aliter Lucr. II, 977; III, 469, quos vss. tamen ad versus nostri structuram velim conferas. **oscula figens** (perperam R *figens*; cf. app. crit. ad Lucan. VI, 565), cf. Lucr. IV, 1179; Verg. Aen. I, 687; II, 490; Ov. Met. III, 24 sq.; IV, 141; Fast. III, 403; Lucan. VI, 565; II. lat. 848; Sil. It. XI, 331; Stat. Theb. XII, 27 (Ganzenm. p. 592).

254. persequitur, quod post ed. Ascens. 1507 omnes edd. receperunt (*persequimur* H; *prosequitur* LAR), etiam initio versus posuit Verg. Aen. II, 107. *persequitur* cum infinitivo etiam Hor. coniunxit: Carm. I, 23, 10 *non ego te, tigris ul aspera | . . . frangere persequor* (cf. contra Liv. III, 20: *persequi quaerendo*). **causas exquirere** εϚ; cf. Verg. Aen. II, 105; Aetn. 226; Ov. Met. X, 388 et 394 (ubi de Myrrhae nutrice mentio fit). **tabis** (*tabis* HA¹R; *tales* LA²) certa emendatione anonymus (misc. obs. IV, 325) restituit. Quam vocem a Cinna fortasse noster sumpsit, „si quidem Charisii de Cinna testimonio fidem habere audemus. Is enim pag. 73 (93K) dicit ‘Cinna autem in Zmyrna *huius tabis* dixit nullo auctore’ ac paulo post (p. 118) ‘*huius tabis* Cinna in Zmyrna dixit, nullo ante se usus auctore’ (Kreunen, p. 47). Quem Charisii locum Neue-Wagener I³, 736 tractavit, qui temporibus classicis semel tantum hunc genitivum porro occurrere invenit: Liv. VII, 22, 5 *cuius lentae velut tabis* (cf. Ov. Met. II, 807) *senio* (cf. Cir. 249) *victa utriusque pertinacia populi est*; cf. etiam Serv. ad Verg. Aen. III, 29: *si velis declinare ‘haec tabes’, ‘huius tabis’ dicis*. Voce crebro metaphorice Ciceronem usum esse, apud poetas praeter vs. n. tantum Verg. Aen. VI, 442 et Ov. Met. II, 807 ita eam adhibitam esse Drachmann Herm. 43, 422 auctor est. Loco nostro vox ita intellegenda est, ut idem fere valeat quod *macies* (cf. ad vs. 182).

255. nec tamen (cf. Verg. Ecl. 2, 68) *ante . . . , quam*, cf. Catull. 64, 188 sqq.; Ov. Met. IV, 317 sq.; ad perf. indicativum cf. *non prius . . . , quam . . . venimus* (Verg. Aen. II, 741). **reddere voces** in versus fine etiam posuerunt Cic. Progn. III, 4 (Baehrens, P.L.M. I); Lucr. IV, 577; Varr. Atac. 12, 5 (Baehrens frg.); Catull. 64, 166; Verg. Aen. I, 409; VI, 689 (Ganzenm. p. 593).

256. marmoreus (cf. Cir. 222; 450; 503) nonnumquam etiam ap. Ov. (e.g. Am. II, 11, 15 *marmoreis pedibus*; Met. III, 481; XIII, 746; Fast. IV, 9, 8; Trist. III, 10, 10); semel ap. Verg. (Georg. IV, 523) invenitur. Vid. etiam Lucr. II, 765; 774: *caerula* (cf. ad vs. 38) *. . . in marmoreum possunt migrare colorem*. **tremebunda**, cf. Cir.

342. **pedem . . . rettulit** (i.q. *se rettulit, rediit*) **intra** (sc. *in cubiculum*) cf. Catull. 64, 112 *inde . . . pedem reflexit* (cf. Ov. Met. I, 372; Sen. Thyest. 438). Nec omittere velim elegantissimam versionem quam v. d. Oltramare dedit Rév. ét. lat. 7, 1929, 299: „comme elle avait pris un manteau douillet, elle en enveloppa la jeune fille frissonnante qui n'avait qu'une mince robe couleur de safran. Puis, mettant de tendres baisers sur des joues qui étaient couvertes de larmes, elle demanda la raison de ce terrible désespoir. Pourtant, elle ne permet pas à celle qui grelotte encore de lui répondre un mot avant qu'elle ait regagné sa chambre de ses pieds blancs comme du marbre”.

257. cf. Verg. Aen. X, 878 *ille autem: quid me erepto, saevissime, nato / terres?* (cf. Cir. 295). **me' inquit**: hiatum Arundeliani corrector et cod. L interpolatione q.e. *nunc me' inquit*, nec minus nonnulli editores emendationibus (Leo: *sic me*; Ellis *quid enim me'* vel '*quid me'*, *inquit*, '*enim*'; Heinsius, Haupt: *quid me' inquit 'io*; Baehrens: *me' inquirens*) tollere conati sunt. Recte autem Lenchantin ad l.: „l'iato d'avanti alla cesura pentemimera e con interruzione della frase a causa di *inquit* ha nulla di eccezionale: cfr. p.e. Prop. II, 15, 1”.

nutricula etiam Cir. 277; deminutivum, quod ap. Verg. et Ov. non occurrit, etiam Hor. (Epist. I, 4, 8) praebet.

torques, metaphorice, eodem sensu quo *crucias*, usurpatum, Ovidii est, quem hac vi duodecies verbo usum esse (Am. II, 5, 53; I, 4, 46; II, 19, 34; Art. II, 355; II, 124; I, 176; Ep. ex P. I, 5, 21; I, 1, 60; Rem. 562; Her. 9, 36; 20, 123; Met. XI. 130) Thomason, Class. Phil. 19, 155 animadvertit. Apud Verg. semper (idque quinquagies sexies) proprio sensu occurrit.

258. Cf. Verg. Georg. II, 481 (= Aen. I, 745), ubi etiam verbum q.e. *properare* aptius usurpatum esse opinor; Ov. Her. 17, 131 *iam nostros curvi norunt delphines amores* (cf. Am. I, 12, 21 . . . *nostros insanus amores*); Met. IX, 583; 602. **furores** i.q. *amor insanus*, 'hartstocht; passion; mad love'; pluralis ap. Verg. idem tantum valere potest quod *insania, dementia* (vid. e.g. Aen. IV, 501; V, 801; VII, 406); amor insanus per singularem tantum (*furor*; etiam Cir. 164) redditur (vid. e.g. Aen. IV, 101).

259. Ad verum conferas Prop. I, 12, 5 *nec mihi* (Cir. 260) *consuetos amplexu nutrit amores* (cf. etiam Ter. Andr. 135 *ut consuetum facile amorem cerneret*). **non ego** passim (vid. Helm ad l.) apud Verg. versus initio occurrit. **consuetus** (cf. 244 *noto*

igne), quod apud Verg. semper absolute usurpatur (vid. e.g. Aen. X, 867), cum dat. coniunctum Ovidii esse (Ep. ex P. II, 7, 18; Met. XI, 637) Thomason, Class. Phil. 19, 148 animadvertit. **uror amore**, cf. Verg. Ecl. 2, 68 *me tamen* (cf. Cir. 255) *urit amor*; Ov. Her. 18, 167 *ipse meos igitur servo, quibus uror, amores*; Met. XII, 464 *uror amore mei*. Sunt argumenta satis firma quae etiam hic auctorem carmen quoddam (Cinnae fuisse suspicari licet), Smyrnae fabulam narrans, esse imitatum probare videantur. Primo enim loco Sudhaus (Herm. 42, 490) animadvertit versus nostros (259—261), si per se ipsos et a carminis nostri contextu dissolutos eos interpretemur, tum tantum fieri dilucidos cum de amore qui contra naturam est, mentionem fieri accipiamus. Vid. etiam Ov. Met. X, 395 sqq. ubi qua ratione nutrix Myrrham virginem ad amorem insanum erga patrem confitendum perduxerit narratur. Cui argumento Kaffenberger, Phil. 76, 156 addidit, etiam *mortalibus* melius intellegi si reputemus patris cum filia consuetudinem, quae a mortalium natura abhorrens putanda est, inter deos contra minus inauditam fuisse poetas testari.

260. nec mihi, cf. Prop. I, 12, 5 ad vs. praecedentem all. **noti: eos quos novi** (vid. e.g. Ter. Eun. 238; Catull. 79, 4) vel active: *ei qui me noverunt* (vid. e.g. Cic. Cael. 3 nec non v. Wageningen ad l.; Verr. I, 19; Hor. Sat. I, 1, 85). **lumina vultus** in versus fine etiam Verg. Aen. VI, 156; 862; Ov. Her. 3, 11; Met. XIII, 456; XIV, 840; Manil. I, 400; 416; Lucan. IV, 170; VI, 658 (cf. Aen. VI, 156); Val. Flacc. VI, 584; VII, 292 (cf. Manil. I, 416); Sil. It. IV, 234 (cf. Manil. I, 416); VII, 75 (cf. Verg. Aen. VI, 156); Stat. Theb. X, 693. **deflectunt** sc. *ad* sive *in se* (cf. locutiones quales sunt *deflectere tela, amnes in alium cursum, cursum ad aliquem*); haud igitur esse opinor cur conferamus Catull. 64, 91; Ov. Met. VII, 789; Prop. II, 1, 11; Val. Flacc. VIII, 76 ubi partim alio, partim eodem verbo — plane diverso autem sensu — auctores usi sunt, nisi forte *lumina deflectere alicui* versione, ut puto, deteriore ita reddere mavis: 'iemand de oog en doen afwenden' vel 'iemand de oog en (uit verlegenheid) doen neerslaan'.

261. nec i. q. nec tamen: quamquam amore mortalibus non consueto me uri concedo, tamen non (quod vereris) pater mihi, ut Myrrhae, cordi est (cf. vss. 237 sqq.). **genitor** etiam Verg. Aen. VI, 404 (eodem versus loco); Ov. Met. VIII, 70. **ultro** h. l. i. fere q. *immo, sed potius*, cf. Cic. Flacc. 19: *pro quo cum a P. Varinio praetore*

pecuniam accepisset, celavit suos cives, ultroque iis sumptum intulit.

262. *nil* Heynium pro codicum lectione *in* restituisset iniuria Curcio adnotavit, rectius Ellis et Helm eundem vs. 263 pro *in* coniecisset *nil* in app. crit. testes sunt. Et alibi et I.n. editorem italum parum accurate app. crit. composuisse apparet; codicum enim consensus I.n. *nil* praebet, quod idem fere valet quod *nequaquam aliquid*; ad generis neutrius usum cf. Sen. Phaedr. 119 *sed amabat aliquid*.

263. Vix dubito quin recte I.n. Heynius *nil* coniecisset pro codd. lect. *in*; hoc versu enim de insano amore filiae erga patrem sermonem esse luce clarius est (vid. vs. 261; vs. 262 sensum refert versuum 259 sq.), in quo amore imago quaedam — licet falsa sit (*falsa tamen*) — pietatis latere non iniuria dicitur. Qui amor re vera a mortalium natura abhorrens ei concesso amori (244) opponitur, quem vs. 262 (*quod oportet amari*) auctor tetigit. Lectionem traditam retinens ita contextum intellegere coactus sis ut et *quod oportet amari* et *in quo . . . imago* relative (idque inter se asyndetice) coniuncta sint cum antecedenti *nil. tamen . . .* cf. ad Cir. 74; Verg. Ecl. 1, 27. **pietatis imago** in versus fine etiam Verg. Aen. VI, 405; IX, 294; X, 824, quibus locis vocem q.e. *imago* aliter ac v.n. accipiendam esse (ita ut neerlandice vertenda sit: 'aanblik'; cf. Aen. II, 369; X, 456) recte Leo (Herm. 42, 51) animadvertit Skutschium refutans, qui (II, 72 sq.) locutionem q.e. *pietatis imago* pleonasticam circumscriptionem esse pro *pietas* contenderat. Porro conferas Lucan. VII, 320. **falsa imago**, cf. Verg. Aen. I, 407, ubi pluralis occurrit; singulari numero nonnunquam Ovidius utitur: Her. 17, 45; Met. II, 37 (cf. I, 754; III, 250; VII, 360; Fast. VI, 489; Aetn. 88; Consol. ad Liv. 325; Germ. Arat. 277; Il. lat. 807; Sil. It. XII, 96). Ad vs. porro conferas Ov. Met. IX, 460; X, 366.

264. Cf. Verg. Aen. VI, 111 *medioque ex hoste* —; XII, 224 *in medias acies . . .*; Ov. Met. VIII, 88 *per medios hostes. heu heu* cf. Ov. Met. X, 215 *ipse suos gemitus foliis inscribit et AI AI*; Verg. Ecl. 2, 58; 3, 100; Tibull. I, 4, 81; II, 5, 108.

265. **quid dicam** versus initio etiam legitur Catull. 80, 1; Verg. Georg. I, 104. Gratt. 477. **aegra** Baehrens legendum proposuit, Ellis (Am. Journ. of Phil. 8, 8) approbavit, Curcio in textum recepit pro *agam* (ita HAR, in qua lectione, quia quo modo exstiterit, ignoramus, veram lectionem latere verisimile est; cod. L *ipsa* tradit, quae mera coniectura esse videtur; cf. Klotz, Ph. Wschr. 52, 1932, 1287).

Sillig proposuit: *ausa*, quod Klotz (ibid.) approbavit; Walter: *acre*; Helm: *ergö* (cf. 385).

266. *dicam equidem* etiam Verg. Aen. VI, 722; XI, 348; Stat. Theb. IV, 636 *d i c a m e q u i d e m, q u o m e L a c h e s i s, q u o t o r v a M e g a e r a / u s q u e s i n u n t: t u n u n c n o n* (Vollmer, Helm) codicis H corrector tantum tradidit; in cod. H¹ invenimus *tunc non*, quod ex *tu nō non* exstitisse videtur; A²: *tum non diceret*; R: *tu non*; L: *quid* (hoc etiam s.s. A²) *non tibi*. Baehrens *tu me non* legendum proposuit, quod Ganzenmüller approbavit. Ellis, Curcio: *tu me quid dicere, nutrix, / non sinis?* ('Speak I will, for is there anything, nurse, you would have me not speak?': Ellis, Am. Journ. of Phil. 15, 482); Schenkl, Ribbeck: *tibi me non dicere*; Lenchantin codicis L lectionem recepit. *nunc* l.n. egregie aptum esse opinor; cf. vs. 234. *non dicere* (per figuram quae dicitur litotes: vid. Stolz—Schmalz⁵, p. 837 sq.) i.q. *tacere* (sc. *me*). Ita Helm (Rh. Mus. 85, 1936, p. 288) versum tradidit: „Ich will's sagen, da du mich ja jetzt nicht schweigen lässt”.

267. Cf. Verg. Ecl. 8, 60 *extremum hoc munus morientis habeto* (vid. etiam Aen. IV, 429; VI, 466). Sensum cum vss. 273 sq. et 280 sq. repugnare neque satis contextui adaptatum esse Leo, Herm. 37, 40 declarat: „Scylla ist gekommen entschlossen zur Tat, die Unterbrechung ist ihr ein Anlass Hülfe zu werben, keineswegs sieht sie die Alternative (282) *aut mihi — vulnere letum* als eingetreten an” nedum morientem se ipsam nominare iam possit. Cui opinioni resistunt Skutsch (II, 64 sqq.: ‘niemand . . . wird die psychologische Feinheit verkennen, die in diesem Widerspruche liegt’) et Drachmann, Nordisk Tidsskrift for Filologi XIII, 68a. Idem ac Leo etiam iudicat Jahn (Herm. 37, 169), qui confert Theocr. 23, 20 δῶρά τοι ἦλθον / λίσθια ταῦτα φέρων, τὸν ἐμὸν βρόχον, qua locutione non minus quam Theocr. 3, 25 (cf. ad vs. 302) Vergilium usum esse opinatur. Quidquid id est, apud Verg. locutionem praeclararum sensum (*extremum munus idque morientis*; aliter Catull. 101, 3 *ut te postremo donarem munere mortis*) praeberere recte Leo, Herm. 42, 48 constituit. Minus accurate, ut puto, Oltramare (p. 319) *extremum munus* l.n. vertit per ‘dernier témoignage’. Mihi denique virorum doctorum tantopere inter se dissentientium opiniones volventi recte Lenchantin testatus esse videtur: ‘il verso sta egualmente bene in Ciris e nelle Bucoliche’.

268. *ille, vides*, etiam Verg. Aen. VI, 760. *vides*, quod sensu pro-

prio haud ita facile est ad intellegendum, l.n. per quamdam quaestionem idem fere valet quod: 'nonne notus tibi est? totiens iam vidisti!', quam locutionem a sermone cotidiano auctor demutuatus esse videtur; vid. Hoffmann, Umgangssprache, p. 38; cf. vernacule locutiones quales sunt „ziet u“, „weet u“. Recte ergo Vollmer (Sitzungsber. d. Bay. Ak. 1907, p. 367): 'das unschuldige *vides* fährt Leo (Herm. 37, 41) doch zu hart an, und auch Skutsch (II, 67) geht viel zu ernsthaft vor. *vides* ist so zu sagen nichts als eine Verlegenheitsgeste der Skylla, der es schwer wird (v. 271) die Wahrheit zu bekennen. . . .'

moenibus assidet hostis cf. Verg. Aen. XI, 304 *muros assidet hostis*, quo uno loco ap. Verg. verbum q.e. *assidere* occurrit idque cum acc. coniunctum ('encamp before, besiege', Thomason, Class. Phil. 19, 147); apud Ovid. ter idque cum dativo coniunctum invenitur: Her. 20, 137; Art. am. III, 260; Fast. V, 45, ubi verbum non minus quam l.n. vertendum esse per 'sit beside, sit near' Thomason ibd. affirmat. Mihi tamen l.n. eandem atque Verg. Aen. XI, 304 vim accipiendam esse verisimilius videtur.

269. — pater ipse deum cf. Verg. Aen. X, 875 *sic pater ille deum. donavit honore*, cf. Stat. Silv. III, 3, 140 *donavit honore triumphi*. Ad versum etiam conferas Verg. Aen. VI, 780: *et pater ipse suo superum iam signat honore* (vid. Norden, Aen. VI³, p. 320) quem ad versum Skutsch (II, 97 sq.), qui etiam Hom. Il. XIII, 450 contulit, locutionem obscuram esse et e Cir. vs. 269 desumptam videri contendit. Quam opinionem Leo (Herm. 42, 56) refutavit ad verborum ordinem locos conferens quales sunt Verg. Aen. VII, 102; XII, 393; 659; IV, 233. Ad sensum porro conferas Hom. Il. I, 98 sq.; Hesiod. fr. 103 (Plat. Men. 320d.): καὶ πλείστων ἤγασσε περικτιόνων ἀνθρώπων Ζηνὸς ἔχων σκῆπτρον, τῶ καὶ πολέων βασίλευε; Pind. Pyth. I, 6.

270. cui Parcae tribuere, cf. Val. Flacc. I, 231 *cui genitor tribuit monitu praenoscerē divum | omina. nec* (emphatice pro non; cf. 239; 275; 277; vid. Stolz—Schmalz⁵, p. 640) **ullo** raro tantum invenitur, vid. e.g. Plaut. Trin. 283 *nec ullum sermonem exsequi* (non ullo i.q. nullo, cf. 104) **vulnere laedi** cf. Ov. Met. IV, 602 *nec vulnere laedunt*; XII, 421 *cor vulnere laesum*; verbo sensu eodem etiam utitur Prop. IV, 4, 25. Minoem invulnerabilem fuisse nostro tantum loco traditur ac cum Ov. Met. VIII, 64 repugnare videtur (Knaack, Rh. Mus. 57, 215). In dissertationis περὶ ἀπίστων, quam Palaephatus composuisse traditur, parte, in

qua ἄτρωτοι tractantur, tres heroes invulnerabiles (sc. Caeneum, Cycnum, Telamonis Aiacem) nominari nec de Minoe mentionem fieri Ellis (Am. Journ. of Phil. 15, 482) animadvertit.

271. dicendum est etiam Lucr. V, 8; **512. circumvehor:** verbum apud poetas insolitum, quo nec Verg. nec Ov. usquam usus est, a sermone cotidiano auctor noster demutuatus est; creber enim in sermone pedestri (Liv., Caes.) eius est usus; vid. etiam Plaut. Most. 996. Vi metonymica plane diversa Verg. verbo intensivo usus est Georg. III, 285: *singula dum capti circumvectamur* (i.q. 'speciatim describimus', Karsten, Sert. Nab., 199) **amore. omnia verbis** in versus fine etiam Ov. Met. XV, 419; Tr. I, 5, 55.

272. oppugnat; verbum q.e. *oppugnare* metonymice h.l. Ciris auctor posuit, quem ad sensum conferas Ov. Rem. 691 *mens oppugnatur amantum*. Semel tantum idque proprio sensu Vergilius verbo usus est: Aen. V, 439 *oppugnat* — *urbem*. **praecordia** $\bar{\epsilon}$ $\bar{\nu}$, cf. e.g. Verg. Aen. II, 367; Ov. Met. XI, 148; XII, 140. Notandus est parallelismus: *qui moenibus assidet hostis* (268); *ille idem oppugnat praecordia Minos*.

273. quod te per (*quod per te* RA, quos codices secuti sunt Ribbeck, Ellis, Vollmer, Helm) codd. HL tradunt, quod retinuerunt Baehrens, Ganzenmüller, Curcio, Lenchantin, alii. Idem versus initium etiam ap. Verg. invenimus: Aen. II, 141; VI, 363; aliter Cir. 245, ubi vid. (cf. Klotz, Ph. Wschr. 52, 1289). **crebros . . . amores**, cf. Verg. Georg. IV, 347 *densos divum numerabat amores*. **obtestor amores** codd. HA²L tradunt; in cod. R *testamur*; A¹ *testatur* legimus (cf. 109), ubi fortasse *ob* post *crebros* excidisse putandum est. Verbo q.e. *obtestari* etiam Vergilius usus est: Aen. IX, 260; X, 46; XII, 820.

274. perque tuum initio versus etiam legitur Ov. Her. 2, 37; 3, 107. **memori sanctum** Sillig restituit pro *memoris auctum* (*haustum* A²L). Nutricis pectus nullo modo sanctum nominari posse opinati (cf. autem 225), Haupt *memori suctum* (quod postea autem reiecit), Ellis (Am. Journ. of Phil. 15, 482) *memori ductum* ('milked') satis inepte legendum proposuerunt.

275. servare potes palmari emendatione ed. Ascens. 1507 restituit pro *versare potes* (A²L), *versa repetes* (HA¹R). **nec** vid. ad vs. 239; male ed. Ald. 1517 *ne*; Ellis, Am. Journ. of Phil. 15, 482, conferens Aristoph. Nub. 1177 $\nu\tilde{\nu}\ \omicron\tilde{\nu}\ \epsilon\tilde{\pi}\omega\varsigma\ \sigma\acute{\omega}\sigma\epsilon\iota\varsigma\ \mu\prime\ \epsilon\tilde{\pi}\epsilon\iota\ \kappa\acute{\alpha}\pi\acute{\omega}\lambda\epsilon\sigma\tau\alpha\varsigma$, recte vertit per 'if you have the power to save me, you should not

destroy me either'. Porro conferas Ov. Her. 21, 58 *me precor ut serves perdere †velle velis*; Med. fr. 1 (Ribbeck, Scaen. Rom. I, 230) *servare potui, perdere an possim, rogas*.

276. cf. Verg. Aen. I, 555 sq. *sin absumpta salus et te, pater optime Teucrum, / pontus habet Libyae nec spes iam restat Iuli*; Ov. Trist. I, 2, 33 *nec spes est ulla saluti s. incisa* cf. Liv. XLIV, 6, 13 *et experta difficultas spem omnem incidisset*.

277. *nec* (*ne* ed. Ascens. 1507, quam Ellis secutus est) omnes codd. tradunt; de sensu vid. ad vs. 275. *nutricula*—*o* etiam vs. 257.

278. *nobis*: dativus incommodi vel fortasse potius dat. ethicus. *malus, o* (Baehrens *a*) *malus*, παθητικῶς, per anaphoram (vid. ad vs. 12); cf. Catull. 61, 139; 63, 61 *miser, a miser*,

279. Pro *ante hunc* (H *hinc*) *conspectum*, quod codd. ARL tradunt Drakenborch (ad Sil. It. II, 31) *ante in conspectum* legendum proposuit (cf. Verg. Aen. I, 184; II, 21; X, 260; Manil. I, 456 *nusquam in conspectum redeuntia cardine verso*). Quam emendationem receperunt Baehrens (qui Drakenborchii coniecturam in textum recipiens tamen, in Fleckeis. Jahrb. 1872, 45, quaerit an potius codicum ARL lectio, quam Ellis retinuit, retinenda sit), Thilo, Vollmer, Helm. Porro conferas Ter. Phorm. 261 *dari mi in conspectum*. Lenchantin traditionem ita defendit: '*hic* è riferito alla persona che parla, con una certa solennità: cfr. Hor. Sat. I, 9, 47 *hunc hominem velles si tradere*'. Etiam Heynius locutionem ita interpretatur, ut idem fere valeat quod *ante oculos meos*; Sillig contra *conspectum* participium esse arbitratus locutionem ad Nisum pertinere iudicat: '*before he (with a gesture) was seen*' (Mortimer Linforth, Am. Journ. of Phil. 27, 1906, p. 442, qui sane *ante hoc confectum* '*before the completion of the matter in hand*' legere maluit). *casusve deusve* (*ve . . . ve*; cf. Enn. ann. 250; Lucr. IV, 297a v. d. Lenchantin alata), cf. Verg. Aen. IX, 211; XII, 321.

280. *aut . . . aut*, cf. Ov. Her. 18, 195 sq. *aut mihi continget felix audacia salvo, / aut mors solliciti finis amoris erit* (cf. etiam Her. 16, 273 sq.; 17, 69 sq.; 19, 19 sq.; Met. III, 58 sq.; VI, 614 et 616. *ferro*, cf. ad vs. 213. *aperit ferrum quod veste latebat* cf. Verg. Aen. VI, 406 *aperit ramum qui veste latebat* (vid. Norden ad l., qui testatur ex Apollon. Rhod. id esse desumptum, ubi Medea primo, III, 867, venenum θυώδει κάτθετο μήτρη, deinde autem, III, 1013, θυώδεος ἔξελε μήτρης). Skutsch (II, 69) auctorem nostrum aptissi-

me hanc locutionem l.n. posuisse opinatus (cui Leo, Herm. 37, 41 assentitur; recte autem Steele, Am. Journ. of Phil. 51, 182, quem Helm sequitur: 'How did Scylla conceal the weapon, when wrapped in *tenui crocota*, before the nurse threw the robe around her?'), in Vergilii contextum minus apte eam quadrare contendit: nihil enim fuisse cur vates eum ramum sub veste latentem teneret. Quibus respondeam nihil etiam fuisse quod Sibyllam virgam magicam sub veste latentem tenere prohiberet; immo vatem maxima cura virgam quae tanti sibi comitique esset momenti, abditum tenere maxime in promptu esse opinor. Ad versus structuram cf. Verg. Aen. XII, 206 *ut sceptrum hoc (dextra sceptrum nam forte gerebat)*.

281. patris cf. vs. 53. **dempsissem**; *demere* h.l. idem quod *desecare*, cf. Plaut. Aul. 312 *quin ipsi pridem tonsor ungues dempserat*; Suet. Iul. 67, 2 *barbam capillumque summiserit nec ante dempserit* (Lenchantin ad l.); etiam ap. Cic. (Nat. D. III, 83). **purpureum crinem**, cf. ad vs. 52; Ov. Met. VIII, 93. **vertice crinem**, cf. ad vs. 122.

282. mihi peperissem. . . . **letum**, cf. Verg. Aen. VI, 434 sq. *qui sibi letum | insontes peperere manu*. Ad versus structuram conferas Val. Flacc. VII, 453 *aut tua praesenti virtus educere leto*, eundem fere versus finem invenimus apud Sil. It. IV, 109: *. . . vulnera leto. praesenti. . . vulnere*; *vulnus* triplicem in modum intellegi potest; primo idque plerumque id est quod infligitur ('de wonde'); deinde etiam telum significare potest, quo vulnus infligitur (cf. Verg. Aen. II, 529; X, 140); tertio tandem nonnunquam ictus est quo vulnus infligitur (vid. e.g. Ov. Met. XII, 104). Adiectivum etiam q.e. *praesens* duas significationes exhibet; primo enim idem est quod: 'qui adest, qui in conspectu est'; l.n.: 'qui mihi in manu est' (vern: 'die ik hier bij me heb'); alibi autem idem valere potest quod 'fortis, acer' (vid. e.g. Verg. Aen. V, 363). Neerlandice ergo locutio non magis reddi potest per 'met een krachtigen stoot' (quod autem l.n. sensu caret) quam per 'met het wapen (de schaar), die ik hier bij me heb'; vid. Lenchantin ad l.

283—339. Carmae querela.

283. exterrita $\leftarrow \bar{\cup}$ etiam vs. 48. **tristi** ed. Ascens. 1507 restituit pro codicum traditione q.e. *tristis*; de sensu (*tristis* i.q. *tristitiam afferens*) vid. ad vs. 138.

284. intonsos. . . . **crines** h.l., cum ad anum pertineat ineptum

esse et merito risum movere Leo (Herm. 42, 483) animadvertit. Quibus recte Karsten, Sert. Nab. 202 haec addidit: 'dubito num in classica poesi mulieris quoque capilli unquam dicti sint *intonsi*'. Verg. Prop. Hor. viros tantum vel deos hoc epitheto ornarunt'. Vid. e.g. Verg. Aen. IX, 181; Ov. Fast. II, 30; IV, 655; VI, 264; Trist. III, 1, 60; Tib. I, 4, 38; II, 1, 34; Lygd. 4, 27; Hor. Epod. 15, 9. Quare Heinsius *incomptos*; Schenkl et Baehrens *incanos* (cf. Verg. Georg. III, 311; Aen. VI, 809; Ov. Met. VIII, 802), Walter *insontes*, Ellis *intortos* (i.q. *crispos*) coniecerunt, quibus coniecturis nequaquam traditionem, quam putant corruptam, sed potius auctorem, qui parum accurate versum composuerit, emendavisse mihi quidem videntur. **multo deturpat** (perperam L *turpavit*) **pulvere**, cf. Verg. Aen. X. 844: *canitiem multo deformat pulvere* ∪ — ∪ (cf. XII, 611: *canitiem... pulvere turpans*; cf. Catull. 64, 224 *canitiem terra atque infuso pulvere foedans*). Verbum inusitatum q.e. *deturpare* (quod l.n. auctorem ex Aen. X, 844 et XII, 611 conflavisse Helm suspicatur) non minus quam *obnubere* (330) raro tantum idque apud auctores recentiores occurrere Drachmann, Herm. 43, 422 animadvertit. Praeterea non liquet quomodo *multo pulvere* Carme crines deturpare potuerit: paulo enim ante, quod vs. 256 auctor nobiscum communicavit, virginem in cubiculum induxerat ibique etiam causas aegritudinis exquisiverat (vid. Steele, Am. Journ. of Ph. 51, 148). **pulvere crines** etiam Verg. Aen. XII, 99, Il. lat. 323 *Iliacosque tuos foedares pulvere crines*; 845 *comptos dein pulvere crines* / *deformat*; Sil. It. IV, 251; XIII, 311 sq.

285. et graviter etiam Verg. Georg. IV, 452. **complorat**; verbo insolito q.e. *complorare* (quod apud Vergilium non occurrit; apud Ovid. e.g. Trist. I, 3, 95) absolute h.l. auctor usus est, quod nusquam alibi inveni. **questu... anili** (cf. Verg. Aen. IV, 641 *gradum studio celerabat anili*) etiam Ov. Met. IX, 276 *questus ubi ponat anile* s. Notanda est alliteratio!

286. o mihi, cf. Verg. Ecl. 4, 53; Aen. VIII, 560; ad vs. cf. Claudian. XV, 230 *o mihi post Alpes nunc primum reddite, dixit*; Val. Flacc. VII, 217 *o... tandem reddita Circe*; Cir. 292. Notanda est ea querelae imitatio quae dicitur 'Lautmalerei' (per crebram litterae *i* iterationem); cf. Ov. Met. XI, 52 sq.; Verg. Georg. IV, 526 sqq. Vide Norden, Aen. VI, Anhang VIIa, p. 417, 2.

287. o iterum παθητικῶς per anaphoram. Hiatum tollere cona-

tus, codicis L scriptor pro *iterum* posuit *nimum* (cf. 132). Hiatus autem post interiectionem *o* in prima versus arsi passim apud Ovidium occurrit, cuius usus Bieling ('de hiatus vi atque usu apud poetas epicos qui Augusti aetate floruerunt', diss. inaug. Berol. 1868, p. 16, 17) haec exempla attulit: *o utinam*: Met. I, 363; III, 467; VIII, 501; *o et*: Met. XIV, 832; *o ego* (cf. Cir. 424): Met. II, 520; IX, 487; quibus Ganzenmüller, p. 634 haec addidit: *o utinam*: Am. II, 5, 7; 11, 5; 15, 9; III, 6, 73; Her. 1, 5; 4, 125; 11, 21; 18, 115; *o ego*: Met. VIII, 51; Ep. ex P. I, 4, 49; Nux Eleg. 159; *o ita*: Art. III, 347. **nostrae senectae** (*senectae* in versus fine etiam Verg. Aen. IX, 481; XII, 57) i.q. *mihi anni*. **iterum** cf. ad vs. 295 sq.

288. Versum codd. ita tradiderunt: *semper aut* (A²L *semper et aut*) *olim natae te propter eundem*; in R signum + adiectum est in dextro margine, quod indicio est aliquid excidisse (Ellis). Levisima emendatione Schrader, **semper ut aut** coniciens, veram lectionem restituisse videtur, quam receperunt Ellis (Am. Journ. of Phil. 15, 483), Curcio, Vollmer, qui Rh. Mus. 55, 526 *semperne aut olim . . . portabit* (Bothe *semperne aut olim . . . portavit*) coniecerat. **aut . . . aut** l.n. idem fere valet quod *et . . . et, cum . . . tum* (vid. Stolz—Schmalz⁵, p. 674). Alii viri docti emendationes longius a traditione recedentes proposuerunt, e quibus affero: Lenchantin: *semper fraus olim ut . . . , haud amor*; Helm totum versum excidisse opinatus ita lacunam supplevit: *semper <obes? mortem per te crudelia fata | attulerunt olim natae, te propter eundem | hunc amor e.q.s. te propter eundem*, etiam Verg. Aen. IV, 321.

289. **aut** H²LAR; *haud* H¹, quod Lenchantin (vid. supra ad vs. 288) retinuit. **luctum** cum codd. HL vulgo in edd. recipitur (cod. A *lectum*; R *letum* tradit; Ellis in app. crit. *fletum* suspicatur, cf. Cul. 140). **portavit**, cf. Ov. Ep. ex P. III, 4, 1 *portantia verba salutem*. Apud Phaedrum (I, 28, 6) invenias *luctum alicui importare*. Quod ad voces q.s. *natae* et *alumnae* attinet, dubitationi locum esse puto utrum dativi (quod ad sensum aptius habeo; cf. Phaedri locum supra all.) an genetivi obiectivi: *Amor luctum alumnae* (i.e. *propter alumnam*) *portavit* (*mihi* sc.), habendi sint.

290. **tene** in versus initio etiam vs. 313, ubi vid.; 428; 429. Versum cod. L ima in pagina omittit. Nusquam alibi tradi videtur Carmen captivam abductam (**avecta** HA², perperam A¹R *advecta*) in Nisi potestatem venisse et ab hoc Scyllae filiae nutricem datam esse. **capta atque avecta** cf. 310; 332; 337 (aliter 247). Recte Steele,

Am. Journ. of Phil. 51, 151: „This usage seems to have been suggested by Lucr.: V, 230; 537; 555; 558; VI, 778; 998”. **longe capta atque avecta** i.q. *captiva longe avecta*, quod Schenkl, coniciens *longe rapta*, non vidit. Ad versus structuram conferas Verg. Aen. IV, 330.

291. — **grave servitium** etiam Catal. 3, 5; **duros passa labores**, cf. Verg. Aen. VI, 437 *duros perferre labores* (cf. Lucr. III, 999; V, 1272; 1359: *durum sufferre laborem*); VIII, 291 *duros mille labores*; XII, 33 *quantos primus patiare* (cf. I, 199 *passi graviora*) *labores*.

292. Cf. Val. Flacc. III, 302 *patriae* (eodem versus loco etiam Cir. 216) *exitium crudele senectae* (cf. Cir. 286). **o bis iam** emendatione palmari Housman restituit pro codicum traditione q.e. *obsistam*. Quam emendationem receperunt Ellis (qui olim, Am. Journ. of Phil. 8, 8, conferens lectionem codicis L, qui transverso ordine *exitium obsistam* praebet, coniecerat *effugere exitium ut sistam crudele meorum*), Curcio, Vollmer (qui Rh. Mus. 55, 526 legendum proposuerat: *effugere? obsistam exitium crudele meorum?* haec addens: „*obsistam* singulariter, at bene pro antiqua vi praepositionis, iungitur cum accusativo.”), Lenchantin, Helm. **meorum**: Britomartis et Scyllae: ‘la vecchia Carme non fa più differenza tra la figlia e l’alunna’ (Lenchantin).

293. Versum ita codd. tradiderunt: *iam iam nec nobis* (LA; *vobis* HR) *ea quae senioribus ullum* (*ullis* H²). **iam iam** etiam Cir. 427; eodem versus loco Catull. 62, 52; 63, 73; fortasse 64, 143; Verg. Aen. XII, 676; 875; Ov. Met. VIII, 136; Her. 10, 83. **senioribus** — $\bar{\cup}$ etiam Ov. Met. XV, 10 *senioribus unus*. **ea quae**: vid. Kühner—Stegm. II, 290. Pro codicum lectione q.e. *ullum* (*ullis*) Helm Vollmeri emendationem recipiens *una* posuit (cf. Ov. Met. XV, 10 supra all.); Lenchantin: *ullast*: i.q. *aliqua est*, cf. Ov. Met. XIII, 208 *nec aperti copia Martis ulla fuit*, quem tamen versum cum loco nostro non posse conferri puto. Porro velim videas ad vs. sequentem.

294. Codicum traditio haec est: *vivendi copiam* (cod. L in spatio vacuo *copiam* omittit) *vivit genus. ut quid ego* (HLA; *quod eo* R) *amens*, quam optime, ut puto, Vollmer sanavit: *vivendi causa est, vivit genus: ut quid ego amens*. Corruptela ita fortasse optime intellegi potest ut scriba quidam per glossam *copiam dat* supra-scriptam locutionem q.e. *vivendi* (sc. *generis*) *causa est* interpretari

voluit; ita *copiam* in textum irrepsisse, *dat* metri causa omissum esse videtur. **vivendi causa**, cf. vs. 314; cf. etiam Hom. lat. 21 *ut sibi causa suae reddatur nata salutis* (Vollmer, Rh. Mus. 55, 526). Klotz (Ph. Wschr. 52, 1288) legere maluit: *n.n. ea quae s. ullum / vivendi cura est, vivit genus*, quod ita interpretatus est: nec nobis ullum vivit genus, ea quae senioribus vivendi cura est; ad singularem verborum ordinem confert locos quales sunt Catull. 68, 18 (vid. Kroll ad l.); Ov. Fast. V, 3; Manil. I, 58 (vid. Housman ad l.); Stat. Theb. I, 87. Ellis, qui antea (Am. Journ. of Phil. 15, 483) legendum censuerat *nec nobis aevi s. ullum / visere si cupiam, vivit genus*, postea in editionem recepit Hauptii et Silligii coniecturas: *n.n. aequo senioribus ullum / vivere uti cupiam, vivit genus*; Lenchantin ordine codicum transverso proposuit: *copia vivendi* (conferens Sall. Cat. 17, 7; Tibull. II, 3, 77). Sed **genus** (i.q. *suboles*, cf. Callim. hymn. 4, 109; Catull. 61, 2) *copia vivendi* (vern.: 'de gelegenheid om te leven') dici non potest. Curcio emendationibus nimium a traditione recedentibus bonum quidem sensum restituit: *nec nobis aequo senioribus ullum, / vivere uti cupiam, restat genus?* ubi, si emendatio recta esset, *genus* pro *subole* et *lactata* dictum esset. *ut* (a Baehrens; *at* Helm: 'das zweite Leid hätte sich durch freiwilligen Tod vermeiden lassen; daher *at*') **quid** non minus quam *simul ut* (514, vid. Archiv. f. lat. Lexikogr. XIV, 248) ad sermonem antiquiorem attinere Drachmann, Herm. 43, 420 contendit. Potius equidem credam e sermone cotidiano locutionem esse desumptam: cf. Cic. Quinct. 44 *ut quid praelerea?*; Ep. ad Att. VII, 7, 7 (ita etiam l.n. Curcio: *ut quid?*); nec non (i.q. *cur*) Mart. III, 77, 10 *ut quid enim, Baetice σαπροφαγείς?*; XI, 75, 2, a viro docto Lenchantin allata. **ego amens** synaloephe, vid. Ganzenmüller, p. 632.

295. te erepta, o Britomarti post ed. Ald. 1517 editores receperunt pro *te erepto Britomarti* (varie scriptum); cf. Verg. Aen. X, 878. Ad elisionem in prima hexametri arsi, quae septies ap. Catullum (cf. e.g. 64, 305; 350 nec non Kroll ad l.) occurrit, semel tantum apud Verg. (Ecl. 3, 48) invenitur, vid. Ganzenmüller, p. 629; Norden, Aen. VI, p. 458. Britomartim Iovis et Carinae filiam fuisse narrant Paus II, 30, 3 et Diod. V, 76 (qui etiam eam ἐν Κρινοῦ τῆς Κρήτης natam esse addit), secundum Anton. Lib. XL, 1 *φυγοῦσα τὴν ὀμιλίαν τῶν ἀνθρώπων ἠγάπησεν ἀεὶ παρθένος εἶναι* (Lenchantin; vid. porro Rapp in Roscheri Lex. I, 821). Etiam nomen Britomartis Creticum esse Ellis, Am. Journ. of Phil. 8, 10 animadvertit:

Hesych.: Βριτόμαρτις· ἐν Κρήτῃ ἢ Ἄρτεμις et Βριτύ· γλυκύ· Κρήτες; Steph. Byz. Γάζα. . . . τὰς παρθένους γὰρ οὕτως προσαγορεύουσι Μαρνάν, quod affirmat Solinus XI, 8 (p. 81 Mommsen) *Cretes Dianam religiosissime venerantur, Britomartem gentilibiter nominantes, quod sermone nostro sonat virginem dulcem. mei* (H; ei A¹R; est A²L; meae vulgo) *spes una* (perperam A²L: vana) *sepulcri* (A¹R: salutis, quod edidit Ellis: meae spes una salutis; cf. Cir. 276): *spes una* eodem versus loco Val. Flacc. III, 324 *solus et a prima fueras spes una iuventa*. Pro *sepulcri* Heinrich (quem Baehrens secutus est) *senectae* coniecerat, conferens Cir. 287; 314; Verg. Aen. IX, 481; XII, 57. Recte Lenchantin traditionem interpretatus est: 'dalla figlia sperava d'avere i debita sacratis manibus officia (CLE 1339, 7)'; cf. Kroll ad Catull. 96, 1. Ita etiam, Silligii interpretationem approbans, Leo iudicaverat (Herm. 37, 41a.2): 'die Hoffnung, deren Vereitelung den Stoff zu so vielen Grabepigrammen gegeben hat'.

296. *diem. . . . producere vitae*, cf. Catull. 109, 5 *tota perducere vita*; Verg. Aen. II, 637; 641. *diem. . . . vitae* cf. Lucr. I, 557 et Munro ad l.; Iren. II, 22, 2 (a v. d. Lenchantin all.) *dies haec non illam quae in XII horis substitit significat, sed omne tempus*.

297. *atque utinam* versus initio etiam Verg. Ecl. 10, 35; Aen. I, 575; etiam apud Propert. (vid. e.g. II, 13, 43; II, 14, 15). Pro *nec* quod codd. tradunt, ed. Ald. 1517 per coniecturam *ne* posuit, quod Ellis et Curcio in textum receperunt. *celeri. . . . grata Dianae* (eodem epitheto etiam Ovid. usus est Met. IV, 304 *solaque Naiadum celeri non nota Dianae*), cf. Callim. hymn. (in Dian.) 3, 189 *ἔξοχα δ' ἀλλάων Γορτυνίδα φίλαο νόμφην, ἔλλοφόνον Βριτόμαρτιν εὐσκοπον*; schol. ad Eur. Hipp. 146 *νόμφη κυνηγός*; Paus. II, 30, 3 *χαίρειν αὐτήν (Βριτόμαρτιν) δρόμοις τε καὶ θήραις καὶ Ἀρτέμιδι μάλιστα φίλην εἶναι*.

298. Ad versus structuram cf. vs. 83 *mulier numen fraudare deorum. venatus*, cf. Verg. Aen. VII, 747; IX, 605. Ad sensum cf. Ov. Met. IV, 302 sq. *sectata*; verbo insolito etiam Horatius usus est: Carm. I, 38, 3 (vid. Kiessling—Heinze ad l.); Sat. II, 2, 9; Ep. II, 3, 26; vid. etiam Plaut. Mil. 622: *quae ista aetas fugere facta magi quam sectari solet*; Tac. Ann. I, 80 *virtutes sectabatur*.

299. *neu Partho* (*neu* inversum, quo sententia continuatur; *nec-neu*, vid. Kühner—Stegmann, II, 1, 194; Drachmann, Herm. 43, 420), ed. Ald. 1517 restituit pro codicum lectionibus q.s. *nau-*

pharto (AR); *naufarto* (H); *neupharto* (L); *neufario*(V). **Gnosia** (HR; *Cnossia* L) i.q. *Cretica*, cf. Catull. 64, 172 *Gnosia Cecropiae* (cf. Cir. 3) *tetigissent litora puppes* (vid. Kroll ad l.); Verg. Aen. V, 306; Ov. Met. VIII, 40. **Partho**, cf. Verg. Ecl. 10, 59: $\pm \sim$ *libet Partho torquere Cydonia* (i.q. *Cretica*, cf. e.g. Ov. Met. VIII. 22) *cornu / spicula*, ubi utrumque adiectivum epitheti ornantis partibus fungitur; l. autem n. alterum proprio sensu positum est, alterum epitheton ornans est, qui usus a solito recedens etiam occurrit e.g. Verg. Aen. XI, 773 *spicula torquebat Lycio Gortynia cornu*; cf. Leo, Herm. 37, 41; Skutsch, II, 73. Parthos, non minus quam Cretes (cf. Cir. 115; Ov. Met. VIII, 22; vid. Korn—Ehwald ad l.) peritissimos sagittarios fuisse etiam Catullus (11, 6 *sagittiferosve Parthos*) et Verg. (Georg. III, 31) testantur, quam peritiam in proverbium abiisse epitheta ornantia affirmant. **contendens spicula cornu** per enallagen quandam dictum est pro *spicula cornu contento dirigens*, cf. e.g. Verg. Aen. IX, 606 *spicula tendere cornu*; IX, 590 *intendisse sagittam* (Kappes ad l.: 'der aufgelegte Pfeil wird zugleich mit der Sehne zurückgezogen und so gleichsam mit dieser gespannt. So auch *arcu contenta... tela*, Aen. V, 513'); Hor. Carm. I, 29, 9: *doctus sagittas tendere Sericas / arcu paterno*; Varr. Atac. 5 (Baehr. fr. p. 333; Morel, 95) *tendentem spicula* $\pm \sim$; ad verbum q.e. *contendere* conferas Verg. Aen. XII, 815; Ov. Rem. 435 (alio sensu Verg. Aen. X, 521). **spicula cornu** in versus fine etiam Verg. Aen. VII, 497 (cf. Manil. IV, 240; Il. lat. 439; Sil. It. II, 109; Stat. Theb. IV, 325; IX, 870).

300. Vss. 297—302 unam sententiam fingere puto, cuius structuram cum vss. 150—155, ubi non minus quam l.n. temporum incongruentia (*solvisses-haberes*) occurrat, conferri posse Sudhaus (Herm. 42, 483) testatus est. Ad temporum inconcinnitatem recte Lenchantin contulit Plaut. Mil. 28 *si quidem / conixus esses, per corium, per viscera / perque os elephanti transmineret brachium*; Cic. de or. II, 93 *non potuisset accidere... nisi aliquem sibi proponerent ad imitandum. Dictaeas* vid. ad vs. 302. **capellas** (HLA²; *puellas* A¹R) cf. Cul. 45 *ad fabula nota capellas / ...* 47. *florida qua patulos velabant gramina colles*; **gramina nota**, cf. Verg. Aen. XII, 414 *non illa feris incognita capris / gramina*. Helm tempora non congruentia ita dura habuit, ut inter vss. 299 et 300 lacunam indicandam esse opinatus sit, quam ita supplendam proposuit *isses per saltus: tu nunc, carissima, sospes*.

301. obnixē, quo adverbio Vergilius nusquam usus est (cf. autem e.g. Georg. IV, 84; Aen. IV, 332), etiam legitur Ter. Andr. 161; Sen. Ep. 35. **fugiens Minois amores** cf. Verg. Aen. VI, 14; vid. etiam ad vs. 302. **amores**, ad plur. cf. Verg. Ecl. 10, 53 sq.

302. Cf. Verg. Ecl. 8, 59 *praeceps aëri specula de montis in undas / deferar* (ad — $\overline{\text{U}}$ aërii . . . montis cf. Catull. 68, 57 *qualis in aëri perlucens vertice montis*; Cul. 139 *appetit aërii contingere montibus astra*; Sil. It. IV, 740 *protinus aëri praeceps rapit aggere montis*), ubi de pastore quodam sermo fit; Vergilio hunc versum componentem ante oculos versatus est Theocr. Id. 3, 25 ἐς κύματα τηνώ ἀλευμαι, / ὤπερ τῶς θύνως σκοπιάζεται (cf. *specula*; vid. Ladewig—Jahn ad Verg. l.) Ὀλιπὶς ὁ γριπεύς (vid. Oltramare, Rev. ét. lat. 7, 319; ad Verg. Ecl. 8, 60 cf. Theocr. Id. 23, 20). Ad versus nostros cf. Callim. 3, 190 sqq. ἐλλοφόνον Βριτόμαρτιν εὐσκοπον (cf. Cir. 298 sqq.), ἧς ποτε Μίνως / πτοηθεὶς ὑπ' ἔρωτι κατέδραμεν οὖρεα Κρήτης. 195. . . καὶ δὴ σχεδὸν ἤλατο πόντον / πρηγῆνος ἐξ ὑπάτοιо καὶ ἔνθορεν εἰς ἀλιήων / δίκτυα τά σφ' ἐσάωσαν· ὄθεν μετέπειτα Κύδωνες / νύμφην μὲν Δίκτυναν, ὄρος δ' ὄθεν ἤλατο νύμφη / Δικταῖον καλέουσιν sqq. (cf. Strab. X, p. 479: οὐκ εὖ δὲ οὐδὲ τὸν Καλλιμάχον λέγειν φασίν, ὡς ἡ Βριτόμαρτις, φεύγουσα τὴν Μίνω βίαν, ἀπὸ τῆς Δίκτης ἄλοιτο εἰς ἀλιέων δίκτυα, καὶ διὰ τοῦτο αὐτὴ μὲν Δίκτυνα ὑπὸ τῶν Κυδωνιατῶν προσαγορευθεῖη, Δίκτη δὲ τὸ ὄρος· οὐδὲ γὰρ ὄλιω ἐκ γειτόνων ἐστὶ τοῖς τόποις τούτοις ἡ Κυδωνία, πρὸς δὲ τοῖς ἑσπερίοις κεῖται τῆς νήσου πέρασι. Τῆς μέντοι Κυδωνίας ὄρος ἐστὶ Τίτυρος, ἐν ᾧ ἱερόν ἐστιν, οὐ Δικταῖον, ἀλλὰ Δικτύναιον (quem ad l. Kreunen, p. 53 recte animadvertit illos Callimachi reprehensores non vidisse Cretenses in universum apud Callimachum saepius Κύδωνας vocari; cf. e.g. Hym. 1, 45; 3, 81); Paus. II, 30, 3. . . Διὸς δὲ καὶ Κάρμης τῆς Εὐβούλου Βριτόμαρτιν γενέσθαι· χαίρειν δὲ αὐτὴν δρόμοις τε καὶ θήραις, καὶ Ἀρτέμιδι μάλιστα φίλην εἶναι· Μίνω δὲ ἐρασθέντα φεύγουσα ἔρριψεν ἑαυτὴν ἐς δίκτυα ἀφειμένα ἐπ' ἰχθύων θήρα· ταύτην μὲν θεὸν ἐποίησεν Ἀρτεμις, σέβουσι δ' οὐ Κρηῆτες μόνον, ἀλλὰ καὶ Αἰγινῆται, λέγοντες φαίνεσθαι σφισιν ἐν τῇ νήσῳ τὴν Βριτόμαρτιν· ἐπικλήσις δὲ οἱ παρὰ τε Αἰγινήταις ἐστὶν Ἀφαία καὶ Δίκτυνα ἐν Κρήτῃ. Antonin. Liber. 40 (Βριτόμαρτις) ἔρχεται εἰς Κρήτην καὶ αὐτὴν ἰδὼν Μίνως καὶ ἐρασθεὶς ἐδίωκεν· ἡ δὲ κατέφυγε παρ' ἀνδραὶ ἀλιέας· οἱ δὲ αὐτὴν κατέδυσαν εἰς τὰ δίκτυα καὶ ὠνόμασαν ἐκ τούτου Κρηῆτες Δίκτυναν; cf. etiam Nonn. Dionys. XXXIII, 333 ὄφρα νέη Βριτόμαρτις ἐγὼ φυγόμενος ἀκούω, / ἦν ποτε πόντος ἔδεκτο καὶ ἔμπαλιν ὄπασε γαίῃ / Κυ-

πριδίων Μίνως ἀπειθήσασαν ἐρώτων; idem voluit Serv. auct. ad Verg. Aen. III, 171 *Dictaeus mons est in Creta . . . qui mons dictus est a Dicte nymp̄ha quae ibi colitur, quam cum Minos rex amaret et insequeretur per loca avia, illa se amore castitatis praecipitem dedit et excepta piscatorum retibus invita reducta est. a qua rex abstinuit et nomine eius Dictaea loca appellari iussit.* Quibus locis narratum videmus Britomartin, postquam in piscatorum retia desiluerit, ab eis servatam esse. Qua fabulae versione collata Skutsch (II, 57) opinatus est post versum nostrum lacunam unius versus esse indicandam: *nunquam . . . praiceps aërii specula de montis* <wärest du gesprungen und hättest dich in den Fischernetzen verborgen>, *unde* (i.e. *quibus e retibus*) . . . Hanc interpretationem approbaverunt Leo, etsi haesitabundus ille quidem (Herm. 42, 48) et *unde* vertendum ratus per: 'von wo, von welchem Abenteuer', Vollmer (totum vs. 302 a Scaligero in *de montis abisses* emendatum retinens), Lenchantin (*de montis adisses* / <*piscantium quae te servarunt lina cadentem*> lacunam explendam esse coniciens). Sed haec, quae de filiae sorte a nonnullis narrari Carme verbis magnopere a matris lamentis alienis (cf. Kreunen, p. 58) l.n. commonefacit (vs. 305 tantum hanc fabulam significans) non ea esse opinatur quibus nunc consolatione affici possit (vs. 306). Recte ergo Helm mihi quidem locum interpretatus esse videtur: „Karme nimmt . . . natürlich das Nächstliegende an, dasz ihre Tochter nach dem Sprung ins Meer tot ist". Ad vocis propriae etymologiam vid. Glott. 19, 170; 21, 178. *de montis iisses* Haupt proposuit, quem Thilo, Curcio secuti sunt. Codd. *de montibus isses* tradunt, Scaliger *de montis abisses* proposuit, quod et alii et Vollmer, Helm receperunt; Lenchantin *adisses* maluit. Sed et *montibus* facile ita exstitisse potest, ut scriba quidam anastropham q.e. *specula de* (vid. Stolz—Schmalz⁵, p. 494 sq.) non viderit et pro verbo q.e. *abire* aliud cum praep. *de* compositum potius exspectes. Quibus argumentis nisus et quia etiam e causis palaeographicis *montis iisses* praefendum esse puto (de *iisses* vid. Neue—Wagner, III, 443; 453; 457), Hauptii coniecturam textum restituuisse opinor. *praiceps . . . iisses*, cf. Catull 17, 9 *ire praecipitem in lutum*.

303. Versibus 303—305, qui quasi parenthetice positi sunt, auctor studio doctrinae ostentandae pellectus duas fabulae versiones verbis satis obscuris designat, e quibus una certe testatur Britomartin nequaquam, postquam in mare se praecipitaverit, vitam amisisse. *unde* varie editores interpretantur (vid. ad vs. praecedentem).

tem), optime autem Helm sensum mihi perspexisse videtur, cum verteret: 'von dort, wo du dich hinabgestürzt'. Fabula Aphaeae (Hesych. Ἀφαία· ἡ Δίκτυννα, καὶ Ἄρτεμις; vid. porro in Roscheri Lex. I, 388) legitur ap. Antonin. Liber. 40, 3 ἐκφυγοῦσα δὲ Μίνωα ἐξίκετο ἡ Βριτόμαρτις εἰς Αἴγιναν ἐν πλοίῳ σὺν ἀνδρὶ ἄλιεϊ Ἀνδρομήδει. Clam ibi, ne ab Andromede comite violaretur verita, navem deseruit, τὸν δὲ τόπον ἐν ᾧ ἀφανῆς ἐγένετο (inde Ἀφαία dicta est) ἡ Βριτόμαρτις ἀφιέρωσαν Αἴγινῆται καὶ αὐτὴν ὠνόμασαν Ἀφαίαν (Scaliger hunc locum respiciens l.n. *nomen pro numen* restituit) καὶ ἱερὰ ἐπέτελεσαν. Vid. etiam Paus. II, 30, 3 ad vs. 302 all. **nomen Aphaeae** Scaliger e codicum lectionibus graviter corruptis restituit.

304. assignant „rein prosaisch = *beilegen*; Cic. Fin. V, 44; Rep. VI, 15" (Drachmann, Herm. 43, 421); vid. Th. l.l. II, 893, 23. *nomen assignare* etiam Quint. XII, 10, 41 *cum sua cuique sint assignata nomina*. Vss. 304 sq. Valerii Catonis carmen c.t. *Dictyn(n)a*, quod Britomartis-Dictyn(n)ae fabulam cecinisse satis notum est (vid. Schanz—Hosius I, p. 287) respicere videtur. **virginis**: Ἀφαίαν Παρθένον eam vocant.

305. Cf. Paus. II, 30, 3 φαίνεσθαί σφισιν ἐν τῇ νήσῳ τὴν Βριτόμαρτιν ἐπίκλησις δὲ οἱ παρά τε Αἴγινῆταις ἐστὶν Ἀφαία καὶ Δίκτυννα ἐν Κρήτῃ; Diodor. V, 76: Βριτόμαρτιν . . . τὴν προσαγορευομένην Δίκτυνναν. Britomartin et Dianam eiusdem deae nomina esse habita probant loci quales sunt Eur. Iph. Taur. 127: ὃ καὶ τὰς Λατοῦς/ Δίκτυνν' οὐρεία; Aristoph. Ran. 1356: Δίκτυνναν λέγει τὴν Ἄρτεμιν; Paus. III, 24, 9 ναὸς Δικτύωνης Ἀρτέμιδος; schol. Callim. 3, 200: Ἄρτεμις Βριτόμαρτις; Hesych. s.v. Βριτόμαρτις ἐν Κρήτῃ ἢ Ἄρτεμις; Solin. XI, 8 *Cretes Dianam religiosissime venerantur, Britomartem gentiliter nominantes*. Lunam saepenumero eandem habitam esse atque Dianam satis notum est, cf. e.g. Aesch. fr. 164 ἄς οὔτε πέμφιξ ἡλίου προσδέρκεται / οὔτ' ἄστερωπὸν ὄμμα Λητώας κόρης; Charis. p. 287 (Keil): *Luna, deum quae sola vides periuria vulgi, seu Cretaea magis seu tu Dictynna vocaris*. De nominis proprii q.e. *Dictyn(n)a*, orthographia vid. quae adnotavit v. Wilamowitz ad Eur. Hipp. 146; 1130. **Dictynam dixere**: notanda est alliteratio!

306. nata, peristi (perperam cod. L *perisses*), cf. Ov. Met. VIII, vs. 85 clausulam: *nata parentem*.

307. Cf. Catull. 65, 10 sq. *numquam ego te . . . / aspiciam posthac* (cf. Verg. Aen. I, 75; Prop. I, 15, 13); 64, 221 sq. *non ego te* (cf. Cir. 328) *gaudens laetanti pectore mittam /*

nec te (cf. Cir. 308); 64, 149 *certe ego te in medio versantem turbine leti*; Ov. Her. 17, 183 (vid. ad vs. 309). **volitantem** — — — — —, cf. ad Cir. 117. **in vertice** (*L*; *vertice*: HAR) **montis** (*A*²*L*; post *vertice* nihil amplius dant HA¹R) in fine versus etiam invenitur Verg. Aen. V, 35; XI, 526 (cf. Ov. Met. VI, 204); Ov. Met. XI, 503; postea haud raro, cf. e.g. Lucan. III, 470; Stat. Theb. V, 481; ante alios apud Sil. It. (e.g. II, 581; IV, 347; 581; 660; 823; V, 45; VI, 644; XII, 499; XV, 405; 776). Verba praeclarum sensum praebere, id quod negaverat Leo (Herm. 37, 33; 42, 36), viro docto Skutsch (II, 22: 'ein ganz vortreffliches Bild, wie die alte Carme unten zurückbleibt, von da aus den Jagdzug oben auf der Bergeshöhe hinstürmen sieht und dann das zurückkehrende Mädchen mit Liebkosungen empfängt') libenter concedo. Pro *montis* Vollmer legendum proposuit *Dictes*, quod Helm in textum recepit. Nihil autem est quod l.n. eius montis commemorationem commendet, de quo Britomartis in mare se praecipitavisset. Lenchantin [*in*] *vertice* <*ab Ides*> maluit, conferens Claudian. XXIV, 251 *ignea Cretaea proferat Britomartis ab Ida*.

308. Hyrcanos (i.q. *venaticos*), epitheton ornans; Hyrcania, regio Asiae prope ad mare Caspium, quod etiam Hyrcanum dicebatur, sita (cf. Verg. Aen. IV, 367; Sen. Phaedr. 70) quibus temporibus Minos floruisse tradebatur, vix nota erat. Quare Ellis (Am. Journ. of Phil. 15, 484) perperam *Hyrtacios* (Steph. Byz. Ὑρτακίος, ἢ καὶ Ὑρτακίνος, πόλις Κρήτης; Inscript. Gortynia ap. Halbherr-Comparetti, 1889, p. 32: Ἐλύριοι Ὑρτακίνιοι) legendum proposuit, quod tamen in textum recipere non ausus est. De canibus Hyrcanis etiam sermonem faciunt Lucr. III, 750; Gratt. Cyneg. 161. **comites**, cf. Ov. Rem. 182 *nec desunt comites, sedula turba, canes. inter agmenque ferarum* (cf. Verg. Ecl. 10, 52) Baehrens, pravum id opinatus (Fleckeis. Jahrb. 105, 1872, 846: 'neque enim Britomartis tamquam delenifica aliqua nescio quis sucis artibusve maga inter bestias versabatur, sed eas venabatur'), corrigere voluit in. . . . *ferorum* ('i.q. equorum venaticorum, cf. Nemes. Cyneg. 240—299; *ferus* pro *equus* poni notissimum est, cf. Verg. Aen. II, 51'), sed *agmenque ferarum* in versus fine etiam legitur Ov. Met. XI, 21, ubi Ovid. sine dubio aptius locutione usus est; porro conferas epitheta Britomarti attributa qualia sunt ἔλλοφόνος (Callim. 3, 190); πολύθηρος (Eur. Hipp. 145).

309. conspiciam, cf. ad vs. 307. Ad versum conferas Verg. Aen.

VI, 722 *dicam equidem* (= Cir. 266) *nec te* $\overline{\overline{\text{te}}}$ $\overline{\overline{\text{te}}}$ $\overline{\overline{\text{te}}}$ *tenebo* (cf. Verg. Aen. X, 793 *non equidem* [= Cir. 19; 418; 431] *nec te* $\overline{\overline{\text{te}}}$ $\overline{\overline{\text{te}}}$ $\overline{\overline{\text{te}}}$ *silebo*). *amplexa tenebo* praeter Verg. Aen. VIII, 582 praesertim conferas Ov. Her. 13, 115 *quando ego te* (cf. Cir. 18; 307; 328) *reducem cupidis amplexa lacertis*; 17, 183 *ergo ego te nunquam, nisi cum volet unda, tenebo*; Am. I, 13, 39 *complexa tene res*; III, 11, 11 *complexa tenebas*.

310. gravia atque indigna, vid. ad vs. 290. **fuere** ita interpretatus est Vollmer: *praeterita evanuerere*; cf. e.g. Verg. Aen. II, 325 (cf. Eur. Troad. 582); Tibull. II, 5, 79. Quam interpretationem Helm approbavit, ita tamen, ut post vs. 311 lacunam indicandam esse putaret (vid. ad vs. 311). Aliter Bachrens, qui legendum proposuit *verum haec non*; Sillig: *v. h. tum non sic*, quod Thilo recepit (Kreunen, p. 4: 'verum haec' inquit nutrix, 'tum non sic gravia atque indigna fuere, quod omnem meam spem in te ponebam') et Lenchantin, qui, recte ut puto, codicis H lectionem *tum* (L *cum*; AR *tunc*) recipiens (quod etiam Ellis in ed. scripsit), correlationem *tum* (per anaphoram patheticam vs. 311 iteratum) ... *cum* (i.q. *etiam tum* . . . , *cum* . . .) vidit. *haec* non significat filiae letum, quia vs. 306 testari videtur matrem aliquamdiu post filiae mortem sperasse captivam eam avectam esse, sed filiae fortunam et tristitiam matris ignorantis adhuc, qualis esset ea fortuna.

311. tum, quod codd. HAR tradunt (L: *tu*), Ellis, Fairclough, Lenchantin in textum receperunt (Vollmer, Helm: *tu*; Curcio: *nunc*, quod cum vs. 313 coniungere vult). Post hunc vs. Helm unum versum excidisse putat, quam lacunam (conferens Verg. Aen. III, 660; X, 859; Sen. Med. 946; Phaedr. 267) ita supplendam proposuit: *tu solamen eras; formaque animoque vigebas*; vid. Rh. Mus. 85, 276. **tui**, quod H²LA² tradunt (H¹ *cui*; A¹R *tibi*), omnes editores receperunt; quem ad usum genetivi obiectivi vid. Kühner—Stegmann², II, 1, p. 597.

312. nec (HA¹R; et A²L, quod vulgo editur; Curcio: *nam*) . . . **nondum**: ad duplicem negationem, quam Bücheler defendit, Helm recepit, vid. Stolz—Schmalz⁵, p. 832; quamquam dubito an potius $\pi\alpha\theta\eta\tau\iota\kappa\acute{\omega}\varsigma$ legere malim: *nec vox ista meas — nondum!* — *violaverat aures!* **vox ista**: ea quae Scylla vss. 268—282 confessa erat. Plurimi editores vs. nostrum non minus quam versus praecedentis alterum hemistichium a coniunctione *cum* pendentia opinantur, quamquam verborum modi inter se diversi (pro *maneret*

Heyne inconcinnitatem tollere conatus *manebat* coniecit; Lenchantin conferens Prop. IV, 4, 10 *cum quateret . . . atque stabant* lectionum traditam tueri studuit) vix tolerabilem hanc interpretationem reddunt. **violaverat aures** (cf. Verg. Aen. VIII, 582) etiam Petron. 85; cf. Ov. Her. 17, 1.

313. Cf. Verg. Aen. XI, 42 sq. *tene inquit . . . / invidit Fortuna mihi. crudelis ademit* in versus fine etiam Ov. Met. V, 542; cf. Claudian. XXXVI, 89 *ego te, fateor, crudelis ademi*. Ad versum apte conferas Catull. 101, 5 sq.: *Quandoquidem fortuna mihi te abstulit ipsum, heu miser indigne frater adempte mihi* (cf. Catull. 68, 20; 92 sq.).

314. *tene sola* metro invito codd. HAR tradiderunt, quod archetypi Z vitium omnium fere editorum consensu emendavit cod. L **tene o sola** (Ellis *ten quae sola*). Ad sensum cf. Cir. 293 sq. **meae senectae**: dativus, idem fere quod *mihi anui* (cf. 287). Ad versum conferas Verg. Aen. III, 489: *o mihi sola mei*; XII, 57; ad sensum VIII, 581. Auctorem nostrum versibus 311 sqq. crebro Euandri oratione (Verg. Aen. VIII, 560—583) usum esse recte Ganzenmüller l. l. p. 599 animadvertit. **tene . . . / tene** etiam Catull. 64, 28 sq. **vivendi causa** cf. vs. 294.

315. **saepe tuo dulci** etiam Verg. Aen. XII, 802. **capta** metonymice idem fere quod *delectata*. cf. Nep. Alcib. 9; Cic. Amic. 99; Off. III, 15; Cluent. 12; 13; Verr. IV, 101; Hor. Sat. I, 4, 28; Ov. Her. 4, 64; Art. am. III, 133. **tuo dulci sopore** (cf. Hor. Ep. 5, 56) i. q. *cum dormientem te spectarem*; perperam Heinsius *lepore* legendum proposuit. **nequiquam**: quia prius Scylla peritura erat quam Carme flammea ei luto glomeraret (317).

316. **cum premeret natura** (sc. *me*) recte Heynius interpretatus est: *cum senectus gravaret*; cf. Ov. Met. XV, 218 *artifices natura manus admovit*; Ep. ex. P. IV, 6, 27. **premeret** (i. q. *opprimeret*: simplex pro composito, cf. Stolz—Schmalz⁵, p. 548) imp. de conatu, de quo vid. Stolz—Schmalz⁵, p. 559. Sensus emendare conatus Sudhaus (Herm. 42, 486) *cum premeres, natura*, proposuit et ita versus intellexit ut **tuo** (i. e. *naturae*) **dulci sopore** idem valeret quod *morte*. Qua tamen emendatione nequaquam opus est, quia etiam tradita lectio bonum sensum praebet. **mori me** — — — etiam Verg. Ecl. 2, 7. *me velle negavi* i. q. *me nolle dixi*.

317. — **tibi Corycio**, cf. Eleg. in Maec. I, 133. *hic tibi Corycium, casias hic donat olentes* (cf. Cir. 370). *Corycius* et urbs et

promunturium Ciliciae erat, vid. Plin. N.H. XXI, 31 *prima nobilitas Cilicio et ibi in Coryco monte*; Colum. III, 8, 4 *Tmolon et Corycon flore croceo . . . illustrem haberi*; Solin. XXXVIII, 6 *circa Corycium Ciliciae crocum plurimum optimumque*. Porro conferas Verg. Ecl. 4, 44; Hor. Sat. II, 4, 68. Croceis floribus vastas Ciliciae regiones dense opertas fuisse testatur Strab. XIV. 4, 5; nec non epitheton *Cilix* saepe *croco* attribuitur, cf. e.g. Lucr. II, 461; Ov. Art. am. III, 204; Fast. I. 76; Ib. 200; Prop. IV, 6, 74; Cul. 401. *Corycio luto*: abl. qual. **flammea** (de plurali qui dicitur poetico vid. Norden, Aen. VI, p. 408 sq.; Kroll, Studien, p. 258): velum nuptiale rubrum vel luteum (Plin. N.H. XXI, 8). *Flammeo* vim apotropaeicam fuisse et alii disseruerunt et Eva Wunderlich in libro c.t. „Die Bedeutung der roten Farbe im Kultus der Gr. und Römer“, 1925; aliter iudicavit Diels „Sibyllinische Blätter“, p. 69, 2. De anachronismo, vid. Kroll, Studien, p. 179 sqq. **glomerarem** h.l. idem quod *circumdarem*, quod verbum eundem in modum (*alicui aliquid*) crebro construitur. Ad vs. porro conferas Lucan. II, 361 *lutea demissos velarunt flammea vultus*.

318. fata reservant HAR; *numina servant* L (cf. Verg. Aen. VIII, 574 sq.), quod virum doctum anonymum (Observatt. II, 322) pellexit ad legendum *ad quae me numina servant?* Sed vere traditum esse *fata reservant* Verg. Aen. IV, 368; V, 625 (quos locos idem v. d. attulit) ostendere iure Ellis (ed. 1907) animadvertit. Porro ad locutionem conferas Verg. Aen. VIII, 575, quo versu collato Lenchantin l.n. *quae mi* ('quali cose mi riservano i fati') legendum proposuit. *Numina* glossa fuisse videtur, quae in textum irrepsit.

319. an nescis etiam Ov. Her. 17, 166. **qua lege** vid vs. 123 sqq. **vertice summo** (HAR; *canos* L e vs. 320; cf. Ov. Met. VIII, 9), cf. Catull. 64, 390; Ov. Met. IV, 731; Sil. It. XII, 152 (cf. etiam Cir. 307). **de**, cf. ad vs. 120; 122.

320. praetexat i.q. *ornet*, etiam Cir. 100; proprio sensu e.g. Ov. Ep. ex P. III, 8, 7 *purpura saepe tuos fulgens praetexit amictus*, quem vs. minus recte Lenchantin cum nostro contulit. **edita** i.e. *medio vertice surgens* (Cir. 122). **purpura** i.q. *crinis purpureus*; eodem sensu etiam occurrit Ov. Rem. am. 68; Met. VIII, 80; Auct. ad Pis. 70. Alio tantum sensu eadem vox ap. Verg. invenitur: Georg. IV, 274 (i.q. *color purpureus*); Georg. II, 495; Aen. VII, 251 (i.q. *toga, trabea purpurea*); cf. Thomason, Class. Phil. 19, 154. *purpureus*

etiam alibi crinis Nisi dicitur: Callim. fr. anon. 39 (Schneider II, 712); Parthen. ap. Meineke Anal. Alex. 271; Apollodor. III, 211 W; Paus. I, 19, 4; Lucian. saltat. 41; sacrific. 15; Ps. Chrysost. de fort. II, 27 Arnim; Verg. Georg. I, 405; Cir. 52; 122; 382; 387; Ov. Rem. am. 68; Met. VIII, 8; 80; 93; Tib. I, 4, 63; Prop. IV, 19, 22; Stat. Theb. I, 333; II, 382; Silv. III, 4, 84; vid. ad Cir. 52. **candentes canos** (L: *crines*, sed lectio difficilior praeferenda est): locutio pleonastica, cf. Tibull. I, 10, 43 *liceatque caput candescere canis* (sc. *crinibus*). *canos* (i.q. *canos crines*) substantive etiam apud Ov. (Met. XV, 211; VIII, 568; XII, 465; Ep. ex P. I, 4, 1); nusquam ap. Verg., qui octies adiectivo usus est (Thomason l.l. p. 148); vid. Neue-Wagner, Formenlehre³, I. 654.

321. Codd. tradunt: *quae tenuis patrio pressit* (R *praesit*); ed. Ascens. 1507: *quae tenui patriae spes sit*, quam emendationem integram Vollmer recepit. Plurimos autem editores *tenuis patrio* recte puto retinuisse: ad *patrio* cf. Cir. 216; 231; 355; 428; 500; Prop. IV, 4, 39 *in patrios Scyllam saevisse capillos*. **tenuis spes** i.q. neerlandice: 'brooze hoop, verwachting'. **suspensa capillo** cf. Prop. IV, 7, 45; Liv. XLIV, 18 *suspensae ex fortuna spes*; aliter Planc. in Cic. Ep. ad Fam. X, 8, 1 *videor... spem rei publicae tenuisse suspensam*; ad locutionem recte Lenchantin contulit Ov. Ep. ex P. IV, 3, 35 *omnia sunt hominum tenui pendentia filo*, dummodo ne hoc versu pelliciaris ad *tenui patrio... capillo* scribendum. Ellis (Am. Journ. of Phil. 15, 485), quem Curcio secutus est, legere maluit: *tenuis... praes sit*, quam lectionem ita interpretatus est: *quae (purpura) suspensa sit patrio capillo tamquam tenuis praes; praes* (qua voce nec Verg. nec Ovid. usus est): 'guarantee of the safety of Megara'. Lenchantin *res sit* coniecit.

322. si nescis (etiam Verg. Ecl. 3, 23), cf. Cir. 188. Ad vs. conferas Verg. Aen. I, 451; 463; II, 354; Ov. Tr. III, 5, 43; Ep. ex P. I, 6, 37; Lucan. IV, 510.

323. inscia emphatice auctor in versus initio posuit (cf. Kroll ad Catull. 64, 218). **quandoquidem** eodem versus loco Verg. Ecl. 3, 55; Aen. XI, 587. „The Ciris avoids *quandocumque*, as does Catullus and Vergil, and also *quando*, but has *quandoquidem* (323), which is freely used by Lucretius' (Steele, Am. Journ. of Phil. 51, 151); vid. etiam Kroll ad Catull. 101, 5. **es conata** Arundeliani corrector (quem post Ascens. in ed. 1507 plurimi editores secuti sunt) restituit e *esi cantanda* (AH; *es cantanda* H²; *ē contata* L; *esca*

tentanda R); Ellis es commenta coniecit. **scelus** — — — **nefandum**, cf. Catull. 64, 397; Lucan. IV, 228 *hostes nempe meos scelere iurata nefando | sacramenta tenent*.

324. Codices tradunt *per me tua* (tu A¹) HA¹; *per me mea* A²L; *permetuo per me tu* R, quam corruptelam e verbo q.e. *metuo* absurde iterato exstitisse Helm suspicatus est. Versum correxit Gronovius (ad Liv. XXIX, 18, 9): **per te, mea** (Scaliger: *te per, mea*), quod plurimi editores receperunt. Curcio et Lenchantin *per me* retinuerunt, quod falsum esse Verg. Aen. IV, 492 satis ostendere puto.

325. **expertum** passive, aliter vs. 332; crebro in sermone pedestri, cf. e.g. Cic. Balb. 6; Liv. I, 17; 34; III, 44; ad vs. 332, ubi non minus quam h.l. passive positum esse opinatur (vid. autem editionis app.), Lenchantin attulit Acc. 681; Prop. I, 3, 18; 20, 14; III, 4, 7; idem versum nostrum ita vertit: 'per il tuo amore, da me infelice sperimentato in molte circostanze'. Perperam E.B. Greene coniecerat *meumque | . . . miserae tibi . . .*; cf. Verg. Ecl. 2, 58 *misero mihi* — — — —. Notanda est alliteratio; de iteratione sonorum q.s. *u* et *m* ('Lautmalerei') vid. Norden, Aen. VI, 417, 2.

326. Codd. versum ita tradunt: *perdere seva* (HLA; *scaeva* R) *precor* (*pecor* H¹) *per flumina* (*sacra* add. A²L) *Ilithyiae* (varie scriptum). **perdere saeva** Schenkl, Baehrens, Ellis (conferens Mayor ad Iuv. IV, 109) retinuerunt; cf. etiam Hor. Carm. Saec., 25; Epist. I, 15, 30; Kiessling—Heinze ad Carm. I, 24, 17, ubi etiam Hor. Carm. Saec. 14 affertur, ubi *Ilithyia lenis aperire partus* dicitur; vid. Stolz—Schmalz⁵, p. 578 sq. Quae verborum coniunctio, nisi forte *flumina* (vel *lumina*) per *numina*, id quod mihi quidem aridius esse videtur, corrigere mavis, per levem quandam enallagen cum nomine proprio q.e. *Ilithyia* coniungenda est. Nimis durum hoc opinati alii alia coniecerunt: edd. vett., Scaliger, Thilo, Ganzenmüller (hic comparans Ov. Am. II, 13, 11 sq. *per tua sistra precor, per Anubidis ora verendi | sic tua sacra pius semper Osiris amet*; ibd. 21: *levis ades precibusque meis fave Ilithyia*.) *per te, saeva* (cf. Thomason, Class. Phil. 19, 153); Helm post vs. 325 versum excidisse putans ita lacunam explevit: *<parce tuam, dulcem mihi tu, carissima, vitam> perdere*, e.q.s.; Curcio: *per te, et sacra*; Lenchantin: *per te, scaeva. lumina . . . Ilithyiae*; lectionem traditam (*flumina . . . Ilithyiae*) Ellis interpretari conatus est (Am. Journ. of Phil. 8,8), comparans Hom. Od. XIX, 188 *στῆσε δ' ἐν Ἀμνισῶ, ὅθι τε σπέος Εἰλειθυίης*; nonnumquam etiam dea Ἀμνισία

vocabatur; vid. Hesych. s.v.; Nonn. Dionys. VIII, 115 Γείτονος Ἀμνισοῖο λεχώιον ἔδρακεν ὕδωρ (cf. Meurs. Cret. p. 18, ed. 1675); Strab. X, 4, 8 (p. 476): Μίνω δὲ φασιν ἐπινείω χρήσασθαι τῷ Ἀμνισῷ, ὅπου τὸ τῆς Εἰλειθυίας ἱερὸν. ἐκαλειῖτο δ' ἡ Κνωσσὸς Καίρατος πρότερον, ὁμώνυμος τῷ παραρρέοντι ποταμῷ (cf. Cir. 113). Vid. Hirschfeld in R.E. I, 1872. Locutionem ergo Ellis intellegit 'in reference to the pangs of childbirth, which as a Cretan woman Carme would associate with the temple of Ilithyia on the Amnisus, the river traditionaly connected with the name of the sea-robber Minos, the object of Scylla's ill-starred love'. Olim idem Ellis (ibd.) legendum proposuerat *flumina te Lethaei*, conferens Strab. X, 478 διαρρεῖ δ' αὐτὴν (sc. Γόρτυνα) ἄλλην ὃ Ληθαῖος ποταμός; Eustath. ad Hom. II. II, 645; Solin. p. 81, 21 Mommsen; Ptolem. III, 15, 3 cum Muellieri nota (vol. I, p. 563). Salmasius iam pridem *flumina Lethaeaea* coniecerat. Vid. Büchner in R.E. XII, 2139. Hiatum Ellis sustulit post viros doctos q.s. Waltz, Ribbeck, Schenkl *te* addens (Sillig, Baehrens, Ganzenmüller: *et*; Haupt, Thilo, Kreunen: *que*). Pro *flumina*, quod quid l.n. (*per flumina Ilithyiae precari*) dicere velit, haud ita facile est ad discernendum, nisi forte Ellisii interpretatione contentus es, Heynius, quem Curcio, Vollmer, Helm secuti sunt, *numina* coniecit. Scaliger autem, auctorem hic Dianam dicere velle opinatus, levissima emendatione, quam, haesitabundus ego quidem, in textum recepi, *lumina* maluit, Aristoph. Lysistr. 443 comparans ubi schol. ad νῆ τὴν Φωσφόρον adnotavit: τὴν Ἀρτεμιν οὕτως ἐκάλουν ἐπεὶ δαδοῦχος; cf. Paus. VII, 23, 6: Εἰλειθυία δὲ εἰκάσαι τις ἂν εἶναι δᾶδες, ὅτι γυναιξὶν ἐν ἴσῳ καὶ πῦρ εἰσὶν αἱ ὠδῖνες. ἔχοιεν δ' ἂν λόγον καὶ ἐπὶ τοιῷδε αἱ δᾶδες, ὅτι Εἰλειθυία ἐστὶν ἡ ἐς φῶς ἄγουσα τοὺς παῖδας. Quam emendationem Schenkl, Baehrens, Ribbeck, Ganzenmüller, Thilo, Waltz approbaverunt. Vid. etiam Catull. 34, 13 *tu Lucina dolentibus / Iuno dicta puerperis, / tu potens Trivia et notho es / dicta lumine Luna* (vid. Kroll ad l.). Quamquam certam versus interpretationem nondum inventam esse puto, a sensu emendationibus magis minusve conquisitis magis perspicuo reddendo valde abhorreo. De versu spondiaco (etiam Ov. Am. II, 13, 21; Met. IX, 283) vid. ad 73.

327. *nec*, quod praeter L (*ne*; hoc etiam Loensis Epiphyll. VIII, 26) omnes codd. tradunt, i.q. *ne*; vid. ad vs. 239. Ad locutionem q.e. in *facinus*. . . . *sequaris* (i.q. *agaris*: 'dat ge u niet laat leiden') Helm apte attulit Ov. Met. IV, 470; V, 13; vid. Thes. I.1.

VI, 1, 79, 84. Perperam ergo Baehrens *in* omisit (id quod Vollmer approbavit), Ellis velut corruptum necdum satis emendatum indicavit, Lenchantin per tmesin interpretatus est.

328. **pote** (i.q. *feri potest*) nec apud Verg., nec apud Ovid. occurrit; cf. e.g. Catull. 76, 16; 24; Ov. Trist. III, 11, 69; vid. Neue—Wagner, Formenlehre, III, p. 174 sqq. **incepto** (cf. Cir. 381): abl. separativus: i.q. *ab incepto*; cf. Verg. Aen. I, 37 *incepto desistere*; Kühner—Stegm. II, 1, 370; Stolz—Schmalz⁵, p. 424.

329. **flectere, Amor, nec** (L: *neque*) **sit** codd. tradunt; ed. Ald. 1534 per coniecturam scripsit: *flectere amore neque est*, quod Ellis et Curcio in textum receperunt. Recte autem Naeke ad Dir. (Val. Cat.) p. 312: 'apostrophe est ad Amorem'; etiam vir doctus anonymus Observ. II, 322 codicum lectionem defendit, minus recte quidem eam de Scylla, Carmes deliciis, interpretans. **flectere**, cf. ad vs. 334. **contendere nostrum**, cf. Catull. 64, 101 *contendere monstrum*.

330. — **incolumi potius** etiam Verg. Aen. XII, 39. Verbo q.e. **denubere** (H¹A¹R; *te nubere* H²A²L) primus Ovidius usus esse videtur (Met. XII, 196); cf. e.g. Tac. Ann. VI, 27; vid. Furneaux (ad l.), cuius notam integram afferam: „The word does not appear to denote a 'mesalliance'; being always elsewhere used in the sense of the simple verb; cf. XV, 37, 8; Suet. Ner. 29 and Ov. Met. XII, 196. Nipperdey takes the preposition to denote the firm tie of marriage, as in 'devincire' etc.; others, as Dräger, seem to explain it better as expressing the leaving the paternal home by marriage: cf. 'enubere', 'innubere'." Sine dubio Dräger recte compositum interpretatus est, cf. locutiones quales sunt: *denubere in domum, in thalamos*. Ergo *incolumi*... *regno* ablat. separativus est. Apud Vergilium nec *denubere* nec *nubere* (Cir. 353), quo verbo Ovidium non minus quam septuagies sexies usum esse Steele, Am. Journ. of Phil. 51, 164 testatur, occurrit; cui ne nimis magni momenti id haberemus, Vollmer (Mitt. der Bay. Ak. 1907, p. 360) haec respondit: „für das ganz seltene *denubere* wäre die Stelle aufzuzeigen, wo Vergil es hätte verwenden müssen, aber vermied." **incolumi**... **regno**: recte Kroll apud Skutsch (II, 193) animadvertit versum nostrum non minus quam vs. 124 (cf. 129) et 387 probare videri deorum responsum ad urbis ac regni modo interitum neque ad Nisi regis mortem spectavisse; cf. Schol. ad Eur. Hipp. 1200: ἦν εἰμαρτὸν μὴ παραληφθῆναι τὸν τόπον,

ἐν ᾧ ἦν ὁ Νῆσος, ἕως εἶχε τὸν χρυσοῦν πλόκαμον ἐν τῇ κεφαλῇ αὐτοῦ; Hygin. fab. 198 *cui responsum fuit tam diu eum regnaturum quamdiu eum crinem custodivisset*; Ov. Met. VIII, 10; Prop. III, 19, 22. Attamen Nisum regem urbe capta vitam amisisse testantur vs. 523 et 527. Quod quo modo factum sit Hyginus (fab. 242), cum eos enumerat, qui se ipsi interfecerunt, narrat: *Nisus, Martis filius, crine fatali amisso ipse se interfecit*. Aliam versionem, quam Kroll (ibid.) antiquiorem iudicat, traditam invenimus ap. Aeschylum (Choeph. 620); schol. ad Dionys. Perieg. 420 ἀποτεμούσης . . . τοῦ πατρὸς τὸν μόρσιμον πλόκαμον καὶ οὕτως αὐτὸν προδοῦσης et fortasse Ov. Met. VIII, 85, quem vs. codd. MN tradunt *vitali nata parentem / crine suo spoliat*: in Laurentiano (λ) autem *fatali* legitur (cf. Korn—Ehwald in editionis append. crit. p. 409).

331. „Non pauci sunt versus elisionibus pluribus et quidem audacioribus asperiores; e.g. hos producimus quorum alter tres praebet elisiones, alter extremam syllabam fere iambici verbi brevi sequens verbum incipiente elisam: . . . *tibi, alumna, penates, / hoc unum exitio docta atque experta monebo*”. (Waltz, p. 45). Pro *velis* vir doctus anonymus Misc. Observatt. IV, 327 *velim* maluit. Sed inde a *nec* (327) versus 330 sq. ita sunt intelligendi (*nec. . . sequaris, sed. . . velis*), ut *velis* vs. 330 per inf. et vs. n. per acc. c. inf. constructum sit. Vss. 328 sq. parenthetice auctor posuit, quod Vollmer recte indicavit. **penates**: notandus est anachronismus; vid. ad vs. 317. **tamen** (vid. ad vs. 263): *quamvis hosti nuptae*.

332. Pro *exitio* (cf. 292), quod omnes codd. tradunt vel tradere voluerunt (*exicio*: H; *exitium*: L), Baehrens, virum doctum anon. Misc. Observatt. IV, 327 secutus, *exilio* legendum proposuit, quam coniecturam Vollmer et Helm in textum receperunt. Lenchantin autem: '*exitio* inutilmente corretto in *exilio*: *exitium* qui = disgrazia; cfr. Verg. Aen. VII, 129'; vid. Ladewig—Jahn ad Aen. X, 849: „*exitium* ist euphemistischer, zugleich aber auch erweiternder Ausdruck für *exsilium* (vgl. VII, 129); denn es bez. auch alle Leiden und Unbequemlichkeiten, die damit verbunden sind" et Plessis—Lejay ('infortunes') ad Aen. VII, 129. **docta atque experta**, vid. ad vs. 290. **experta** sensu activo; aliter vs. 325, ubi vid.

333. Pro *alia*, quod sine dubio recte codd. tradunt, Schrader *aliqua* coniecit; Kreunen suam pravam coniecturam Schradero adscribens *ulla* (cf. Lucr. I, 665) suspicatus est (p. 100). **alia ratione** 'con altri mezzi persuasivi' (Lenchantin).

334. **flectere** h.l. metonymice, quod satis raro invenitur; cf. e.g. Verg. Aen. VI, 376; Ter. Hec. 608; Stat. Silv. II, 1, 226 (Ellis, Am. Journ. of Phil. 15, 486). **quid enim** sqq.: talibus, velut parenthetice positus ac per *quis* (*quid*) *enim* incipientibus quaestionibus rhetoricis, quae maxime Ovidio placebant (vid. Her. 12, 117; 16, 35; Art. am. I, 443; III, 331; Rem. am. 467; 687; Met. III, 6; 142; IV, 653; VII, 25; 167; VIII, 65; IX, 4; 658; XII, 162; 548; Trist. I, 2, 1; III, 13, 1; IV, 4, 13; Ep. ex P. I, 7, 49; 8, 23; Fast. III, 13; ad vs. n. ante alios conferas Ov. Met. VII, 167 *quid enim non carmina possunt*), noster usus est vs. 71; 190; 334; 437; 513. Vergilii unus tantum versus conferri potest: Ecl. 2, 68. **unica**, qua voce Vergilius nusquam usus est, et apud alios poetas Augusti temporibus florentes (Ovid. Prop.) et Moret. 31 legitur. Aliam versionem Pausanias sequi videtur, cum (I, 39, 6) narrat Niso et alteram filiam, Iphinoam, natam esse. Fortasse ergo **unica** idem valere possit quod *unice dilecta* (cf. Hor. Carm. III, 14, 5 et Kiessling—Heinze ad l.; fortasse etiam Catull. 73, 6). Pro **possis** Kreunen (p. 100) perperam coniecit *possit*; ad sensum cf. Sen. Tr. II, 21 *unicis* (sc. *filiis*) *plus indulgetur*.

335. **tunc** codd. HL tradunt (AR: *tu*); Haupt et Baehrens *tum* maluerunt; cf. Verg. Aen. X, 14 *tum... licebit*. Ellis (Am. Journ. of Phil. 15, 486) codicum AR lectionem *tu* retinet, quod emphatice dictum opinatur, comparans Verg. Georg. II, 241; III, 163; IV, 186. Anaphora autem *tunc* legendum esse satis probat. **tamen ipsa** codices (excepto H: *ipsa tm̄*) tradentes consentiunt; pro *tamen*, quod Helm recte interpretatus est: 'trotzdem (obwohl ich jetzt abgeraten habe)', Baehrens (Fleckeis. Jahrb. 105, 1872, 847) *tandem* legendum proposuit, quod Vollmer et Curcio receperunt. *ista*, quod pro *ipsa* (i.q. *tua ipsius manu*) v. d. anon. Misc. Observatt. IV, 327 coniecit, et allii approbaverunt et Baehrens, Ellis, Curcio. **pio iure** i.q. *salvo iure pietatis, salva pietate*; minus accurate Lenchantin vertisse mihi videtur: 'con sacrosanto diritto', conferens Ov. Tr. I, 2, 96 *crimina defendi iusque piumque puto*.

336. **facti causam tempusque** (ceteri codd.; *facti tempus causamque* A sed adiectis notis invertendi) **doloris** ita Ellis (Am. Journ. of Phil. 15, 486) vertit: 'when you have a plea (Lenchantin: 'motivo per l'azione tua, motivo d'agire') for your act and a (proper) occasion for resentment (namely in some renewed and more peremptory refusal by your father to permit your marrying Minos)', cui

tamen *tempus causamque* magis adridet: 'an occasion for the act and a just ground for resentment'. Pro *facti* Baehrens coniecit *furti* (cf. Cir. 215; de *furtum et factum* vocibus inter se mutatis vid. Haupt, Quaest. Catull. p. 11). **tempusque doloris** (Maehly *cum insque doloris*; Kreunen, p. 100: *iustique doloris*) Lenchantin ita vertit: 'Tora della disperazione amorosa', comparans Sen. Dial. 6, 1, 7; 9, 13, 3; Tert. nat. II, 7, p. 108, 1; *dolor* tamen idem fere mihi quidem valere videtur quod *indignatio*; cf. Verg. Aen. I, 25; V, 608; X, 397; Nep. Lys. 3 *dolore incensus*.

337. tunc potius, anaphora, vid. ad vs. 12 sq. **conata tua** (HR; *tue* A¹; *tuo* A²L) **atque incepta**, vid. ad vs. 290; *incepta* recte editio Caesaraugustana (1513) restituit pro codicum consensu *incerta*; cf. Cir. 328; 381. *inceptum* idem fere est quod *conatum*, cf. Cic. Cat. II, 27 ab Helmio all. **referto** i.q. *renoves* (cf. Plessis—Lejay ad Verg. Aen. X, 281); sensu proprio occurrit e.g. Verg. Georg II, 409. Lenchantin: '*referto*: rinnova, ripeti; cf. Verg. Aen. V, 596; CGL IV, 278, 44 *refert, revocat, reddit*'.

338. meque deosque (HA²L; *deos* A¹R); cf. e.g. Catull. 64, 201 (Kroll ad l.); vid. Thomason, Class. Phil. 19, 156 a.1, qui animum advertit ad ea, quae scripserunt Christensen (*Que... que* bei den römischen Hexametrikern, Arch. f. lat. Lex. XV, 211); K. F. Smith ad Tib. I, 1, 33; Drachmann, Herm. 1908, p. 423. — **deosque** — **comites** etiam Verg. Aen. II, 18; de sensu cf. Cir. 369 sqq. Ellis in editionis app. crit. sensu invito suspicatus est h.l. legendum esse: *meque deos tibi tum comites, mea alumna, daturam | polliceor*.

339. textitur in florilegio tantum saeculi XI (Excerpt. cod. Paris. 7647 et 17903), quod *nihil-longum* habet, traditum invenitur. Codd. legunt *textuit* (HA¹R); *textat* in A²L; *texas* ed. Ald. 1517. **textitur ordine**, cf. Cir. 29. Ad sensum Ellis (Am. Journ. of Phil. 15, 486) confert Antiph. (Meineke, Com. gr. fragm. III, 149): οὐκ ἔστιν οὐδὲν λεγόμενον μακρῶς, ὅτε / ὁ λέγων ὑποτάττει τοῖς λόγοις τὰ πράγματα. Lenchantin (ad l.) Colum. XII, 2, 4 *quis enim dubitat nihil esse pulchrius in omni ratione vitae dispositione et ordine?* attulit.

340—348. Carme totam per noctem ab alumnae cubili non recedit.

340. Cf. Verg. Aen. V, 816 *his ubi laeta* (cf. Cir. 349) *deae permulsit pectora* (cf. Cir. 345 sq.) *dictis*: Cul. 385. **his** ed. Ald. 1517 restituit pro codicum lectione q.e. *hic* (HAR; *hoc* L) „**ubi** + Ind. Plusquamperf. von einer *einmaligen* Handlung steht auszer Cir.

340f. noch Verg. Georg IV, 552; Aen. VIII, 407f." (Drachmann, Herm. 43, 407; vid. Plessis—Lejay ad Georg. IV, 552); aliter Verg. Georg. III, 483. — *sollicitos* etiam Verg. Ecl. 10, 6: — *sollicitos Galli dicamus amores. aestus*; metaphoricè ('tide of passion, commotion of the mind': Thomason, Class. Phil. 19, 147) crebro Ovidius hac voce usus est, cf. e.g. Am. III, 2, 29 *hic meus est animi, non aeris aestus*; III, 5, 36; Art. am. III, 697 *meos relevas aestus*; Met. VII, 815 *relevare velis, quibus urimur, aestus!*; XIV, 352; 700; Fast. IV, 325; cf. etiam Lucr. V, 1290 (Munro ad l.); 1435. Ad sensum vocis conferas Val. Flacc. III, 572 sq. *varios hinc excitat aestus / . . . amor. relevaverat*; verbum q.e. *relevare*, quo Verg. nusquam usus est, crebro apud Ovid. invenitur (vid. e.g. locos supra allatos).

341. iuserat certa emendatione ed. Ald. 1534 restituit pro *viserat* (HA²); *iusserit* (A¹); *iusserat* (R); *clauserat* (L); *vicerat* (ed. Iuntina); *vinxerat* (ed. Ald. 1517); cf. Verg. Aen. I, 351 sq. (porro etiam Lucr. IV, 1101; Ov. Am. II, 19, 33).

342. paulatim tremebunda, cf. Ov. Met. XV, 223, ubi *tremens* non minus quam l.n. *tremebunda* cum verbo coniungendum est; de sensu vocis q.e. *tremebundus*, cf. ad vs. 256. **obducere vestem** (l.n. i.q. *vestem stragulam*, graece *ῥῆγος*) etiam, alio licet sensu, Tac. Ann. IV, 70.

343. placidam . . . quietem, cf. Lucr. I, 463; Verg. Aen. I, 691; IV, 5; V, 836; IX, 187; Ov. Met. IX, 469; Fast. I, 205; VI, 331. **captare quietem** (cf. e.g. Colum. VII, 10, 5); verbum ita Heynius interpretatus est: „arcessere, parare, per tenebras, quas obducit, extincta lucerna, *olivo inverso*, ut obruatur oleo affuso ellychnium". Wakefield pro *tenebris captare* proposuit *membris coeptare*; pro *captare* Sillig *aptare*, Kreunen (p. 101) *lactare*. Quominus *quietem captare* h.l. idem sit quod *somnum capere, captare* (Sen. Ep. 56, 7; cf. etiam Ov. Fast. I, 205; neerl.: „trachten in te slapen") contextus vetat. Haud enim nutricem ipsam somnum capere voluisse, maximo immo studio, ut vigil ipsa maneret, alumna autem sopiret, nisam esse versus sequentes probant. Nec tamen ita locutionem neerlandice vertere velim: 'trachten slaap te weeg te brengen <bij Scylla>', quia nusquam alibi illam verbi vim inveni. Ergo subst. q.e. *quies* per 'rustige stilte' vertendum esse videtur, qua scilicet quiete non minus ipsa fruitura est quam alumna.

344. restringens (ita cod. Cors. *restringens* L; ceteri codd.: *restringens*; Tac. Ann. XVI, 16, 2 *patientia servilis tantumque san-*

guinis domi perditum fatigant animum et maestitia restringunt, ubi Furneaux verbum vertit per 'oppress, paralyze', cui tamen arridet coniectura quam Madvig [Adv. II, 558] proposuerat: *restringunt* [with the sense of quenching the fire of the soul']. Lenchantin ita lectionem traditam defendit: 'Per spegnere la lucerna, Carme, versato l'olio, stringe il lucignolo con le dita o con l'apposita pinzetta di cui non mancano modelli (cfr. Daremberg s.v. *lucerna* III, p. 1322 sgg.)'; Helm: '*restringens* kann zu Recht bestehen = einschränken, so dasz das Licht nur noch matt brennt'; ita etiam Klotz, Ph. Wschr. 52, 1932, 1289. **inverso**.... **olivo** idem esse quod: lucerna ita inversa (cf. Hor. Sat. II, 8, 39) ut oleum (*olivo* i.q. *oleo*; cf. Lucr. II, 392; Verg. Ecl. 5, 68; Ov. Met. X, 176; Hor. Sat. II, 4, 50) effluat vel potius ut ellychnium obruatur oleo affuso (Heynius; vid. ad vs. 343) plerique editores opinantur; Lenchantin: 'rovesciato l'olio'; Helm: „durch Umkehren: Lucil. 139; Iuv. 3, 108." Sed ita actus restringendi, de quo Lenchantin mentionem fecit, prorsus supervacaneus fit. Itaque si hanc interpretationem accipere vis, lectio codicis Cors. (*restringens*) recipienda esse videtur. Velim porro afferre, quae H.M.R. Leopold comiter mecum per litteras communicavit: „Wanneer Carme 't lampje omkeert, vóór ze de pit — *bibulum lumen* — samenknijpt (*restringens*) of uitbluscht (*restringens*), maakt ze 't niet donker, maar.... sticht brand. Kan voor *inverso* ook *inverso* gelezen worden? Dan zou C., die den heelen nacht waken wil, de lamp gevuld hebben en daarna, door de pit klein te maken — zooals men nog met de „Florentijnsche" olielampen doet — 't licht verminderd. Mogelijk schijnt me ook, dat *inverso olivo* beteekent: „na de lamp 'omgekeerd', d.i. met de vlam achter het opstaande handvat gezet te hebben, zoodat het bed in de schaduw daarvan (*tenebrae*) komt". Ita ergo lucernam poni putat, ut lumen post manubrium erectum lateat, quo tenebris cubiculum involvatur. Sed verbum q.e. *invertere* hanc vim nusquam exhibet (cf. e.g. Hor. Sat. II, 8, 39 et Kiessling—Heinze ad l.) neque in tali verborum coniunctione *olivum* dici potest pro *lucerna*. Denique haudquaquam praetereunda est interpretatio, quam Scaliger, teste vetere Masvicii editione, dedit: „Superstitio veterum, qui lucernam non extinguebant, sed per se sinebant languescere, Plutarchus" (sc. Quaest. Rom. 75; cf. Hug in RE. XIII, 1573, 13 sqq. = Neuburger, Ant. Technik, 246). „Hic vero obruitur olivo, ne viderentur ut hominem interficere, si tantum extinguerent, sed ut saturitate opprimere".

Quibus verbis haec Scaliger dicere voluisse videtur lucernae ignem, cum ne extinguatur metuendum sit, guttatim oleum instillando (Cic. Cat. M. 36) excitari posse, cum autem oleum lecytho invertendo superfundatur, extinguui, quia hac ratione, ut par est, nimium ellychnium (*bibulum*) oleo imbuatur. Superstitione ergo (cuius rei nequaquam expertem eam fuisse vss. 369 sqq. satis probant) commotam nutricem haud flando vel restringendo lucernam restinxisse Scaliger putat; vid. Rose ad Plut. Quaest. Rom. 75 („light is life”). Mortimer Linforth (Am. Journ. of Phil. 27, 1906, p. 442), cuius opinionem ad extremum afferre mihi liceat, versum interpolatum esse iudicat e vitiosa glossa ad vocem q.e. *tenebris* explicandam addita, quae e margine in textum irreperit. Revera enim veste obducta nutricem tenebras effecisse putat.

345. incipit cf. Verg. Ecl. 3, 58; Aen. II, 269; cum inf. Georg. I, 5; Aen. II, 148. **crebrosque** Bothe restituit pro lectione codicum qui omnes *que* omittunt. Emendationem omnes editores recentiores, excepto tantum viro d. Lenchantin, qui l.n. asyndeton accipiendum esse opinatur, approbaverunt. **crebros... ictus**, cf. Verg. Aen. XII, 713. **insani pectoris**, cf. Prop. I, 1, 26. Ad sensum cf. Sapph. 2, 5 sq.: τὸ μοι μὲν / καρδίαν ἐν στήθεσιν ἐπτόασεν; Ov. Met. VIII, 35 sq.

346. ferre manum (cf. Verg. Aen. V, 403; Lucan. I, 147; Val. Flacc. III, 438) l.n. mire dictum esse de nutrice, quae ad cordis palpitaciones sedandas manum pectori admovet recte Karsten, Sert. Nab. p. 199, animadvertit. **assiduis**: adiectivo crebro auctores utuntur, ut adverbium evitent, quod raro idque in sermone tantum pedestri invenitur; cf. Verg. Georg. I, 155; Aen. IV, 447, ubi eodem versus loco positum est; vid. Stolz—Schmalz⁵, p. 461 (§ 70b); cf. 467 (§ 76c); Rothstein ad Prop. I, 6, 12; vid. etiam Kühner—Stegm. II, 1, p. 236; Kroll, Studien p. 258 sqq. **mulcens**, cf. Verg. Aen. V, 816; Ov. Her. 18, 27. **praecordia** (i.q. *pectus*, cf. e.g. Ov. Met. XII, 140 *genitusque premens praecordia duris*) saepe in paenultimo legitur, vid. e.g. Verg. Georg. II, 484; Aen. II, 367; IX, 596; X, 452; Ov. Met. VII, 558; XI, 149; XII, 140. Notanda est alliteratio!

347. noctem illam versus initio etiam Verg. Aen. III, 583. **mo-rientis** ∪ √ ∪ etiam Verg. Aen. IV, 610; cf. Georg. III, 510; de sensu cf. e.g. Ov. Am. II, 7, 10; Sapph. 2, 15 sq. *τεθνάκην δ' ὀλίγω* *᾽πιδούης φαίνομαι*, nisi potius vss. 182; 225 conferre malis. Heinsius,

quem Halm sequitur, *marcentis* legendum proposuit, quo verbo Vergilius nusquam usus est; ap. Ovid. e. g. Am. I, 13, 41; Met. VII, 314 legitur.

348. frigidulos versus initio etiam Catull. 64, 131 *frigidulos udo singultus ore cientem* (Kroll ad l.: 'eigentlich ist die Ariadne selbst *frigida*, matt und kraftlos'; cf. vs. 251) Eundem in modum l.n. enallagen quandam suspicor, nisi forte levem per emendationem legere mavis *turgidulos* (cf. Catull. 3, 18); porro conferas ad vs. 251. **cubito subnixa** (cf. ad 195; perperam Ellis *subnixa*), cf. Verg. Aen. IV, 690; Ov. Met. VIII, 727 *innixus cubito*; IX, 518 *cubitoque innixa sinistro. ocellos* cf. 132, ubi vid.; 238; Lyd. 5.

349—368. Scylla variis argumentis nisa patrem commovere conatur ut se Minoi nubere sinat.

349. postera lux (*lux* i.q. *dies*, cf. 352 nec non ad vs. 397) versus initio nusquam apud Verg. obvium quinquies ap. Ovid. legitur (Rem. am. 509; Met. IX, 795; Fast. I, 459; VI, 197; 769); porro cf. Hor. Sat. I, 5, 39; Sil. It. XI, 369. Ad sensum cf. Verg. Aen. III, 588; IV, 6; V, 42; 64; VII, 148; XI, 182; 210 *tertia lux. ubi* h.l. cum ind. imperfecti coniunctum est, quod raro tantum invenitur neque unquam apud Verg. (vid. autem Stolz—Schmalz⁵, p. 767; Kühner—Stegm. II, 2, p. 361: „zur Bezeichnung eines Zustandes, während dessen die Haupthandlung dauerte oder eintrat“; et alii loci ibi afferuntur et Sall. Iug. 99, 1: *ubi lux adventabat, legionum tubicines simul omnes signa canere. . . iubet*). Quare Vollmer (Sitzungsber. der Bay. Ak. 1907, 361) versui verbum quale *extulerat* (cf. Verg. Aen. V, 65) deesse opinatur; ita etiam Helm (Rh. Mus. 85, 278) qui lacunam indicatam ita supplevit: *<extulit atque polo fulgebat Lucifer ortus>*. Emendatione autem nequaquam opus est.

350. Versum ita codd. tradunt: *et gelida* (HR; *geliada* A¹; *gelido* A²L) *veniente mihi* (A¹R; *michi* H; *mane* A²L) *quatiebat ab Oeta* (varie scriptum). *gelida* i.e. *adhuc gelida* (ergo etiam *venientem ignem*; vid. infra Ellisii emendationem quae sensum interpretari potius quam veram lectionem restituere mihi certe videtur). *veniente mihi* apto sensu caret; Hauptium autem levi emendatione **venientem ignem** proponentem (quod et alii et Curcio receperunt) contextum restituuisse opinor. Ellis coniecit: *et gelida (venientis enim)*: h.l. enim lux fuit venientis, non abeuntis diei: 'soon as the joyous light of morn shed abroad the cheerful day for mankind and on the height of frosty Oeta (frosty, for the light was of coming, not de-

parting day)... Porro coniecerunt Wakefield *veniens flammam*; Lenchantin *veniens ignem*; Helm (Rh. Mus. 85, 278) *veniens* ('das *veniens* allein richtig ist und nicht *venientem*, ergibt sich von selbst' [!]) *tenebras. ignem* i. q. *sidus* cf. Catull. 62, 20; 26; Hor. Carm. I, 12, 47; III, 29, 18. *quatiebat* cf. Cul. 43; 202; Calv. fr. 5 *Hesperium Oeta* (Baehrens; codd. *ante*) *iubar quatiens*; de imperf. indic. vid. ad vs. 349. **ab Oeta** cf. Cul. 203; Catull. 62, 7 *nimirum Octacos ostendit noctifer ignes*, quem ad l. Kroll: 'Dasz Sterne über dem Oeta aufgehen, besonders der Abendstern, der nach Serv. Verg. E. 8, 30 dort einen Kult hatte und auf lokrischen Münzen erscheint, ist ein älteres Motiv der griechischen Poesie, Parth. fr. 22. Ganz ähnlich Verg. E. 8, 30; Cul. 203. Eine Situation in der man den Oeta... wirklich sieht, ist nicht anzunehmen'; Ladewig—Jahn ad Verg. Ecl. 8, 30: 'Dasz er über dem Oeta aufleuchtet, ist für den Schauplatz unseres Liedes ohne Belang: es ist eine herkömmliche Formel'. Cf. etiam Sen. Herc. Fur. 133; Sil. It. VI, 452; nec non quae ad Catull. 62, 7 Baehrens adnotavit: *Ortum est hoc dicendi genus in ea Thessaliae regione, quae orientem versus adspectabat Oetam montem, unde et mane et vespere Hesperon putabant nasci. Quod a Sappho (cf. et Wilamowitzium, Herm. XVIII, p. 418) protractum placuit Romanis*. Vid. etiam B. Lenk in R.E. XVII, 2297.

351. pavidae alternis de elisione, quae raro tantum invenitur (fortasse etiam Catull. 64, 196) vid. Drachmann, Herm. 43, 411; Leo, Plaut. Forsch. p. 329 sqq.; apud nostrum etiam vs. 315. **alternis** (etiam vs. 535) 'is a favorite of Lucretius and passed on to the Eclogues and Georgics' (Steele, Am. Journ. of Phil. 51, 154); cf. e.g. Verg. Ecl. 3, 59. **fugitant** cf. Lucr. IV, 299 *fugitant vitantque* (*vitant* etiam Cir. 352) *tueri*; 1176 *fugitant furtimque cachinnant*. **optantque** codd. A²L retinuerunt, cf. Callimachi vss. ad vs. 352 afferendos; HA¹R *obstantque*; ad sensum cf. Catull. 62, 2. Ad locutionem cf. Stat. Theb. VII, 465 *lucemque timent lucemque precantur* (cf. Ach. I, 819).

352. Eoum (HRA¹ omittunt; A²L *solem*) Heinsius ad l., Bentleius ad Callimachi Hecal. fr. 52 restituerunt (cf. e.g. Verg. Georg. I, 288; Aen. III, 588); elisionem post quintum trochaeum quinquies apud nostrum inveniri (34; 60; 352; 383; 497) Ganzenmüller, p. 631 animadvertit. Ad sensum cf. Callim. Hecal. fr. 52 Ἐσπέριον στυγέου-σιν, ἀτὰρ φιλέουσιν Ἐῶν; Cinn. fr. 6: *te matutinus flentem conspexit Eous | et flentem paulo vidit post Hesperus idem*; Catull. 62, 35

Hesperie, mutato comprehendis nomine Eous (ita Schrader; T eospem; V eosdem; vid. etiam Kroll ad l.); Cic. Nat. Deor. II, 20, 53. Plin. N.H. II, 36 praeveniens quippe et ante matutinum exoriens Luciferi nomen accipit ut Sol alter diemque maturans, contra ab occasu fulgens nuncupatur Vesper ut prorogans lucem vicemve lunae reddens; Stat. Theb. VI, 239 sq.

353. praeceptis (vid. vss. 330 sqq.) paret, cf. Verg. Aen. II, 607.

354. undique con- initio versus etiam Verg. Aen. II, 799; IV, 417; IX, 720. **conquirir** raro tantum verbum quod nec Verg. nec Ovid. habet, apud poetas (vid. e.g. Prop. I, 2, 33 quem ad vs. cf. Sen. Ep. 99, 3; Lucr. II, 267; III, 419; vid. etiam Tac. Dial. 15) invenitur; ad locutionem Helm contulit Sen. Ep. 99, 3 *causas doloris conquirimus* ubi alio tamen sensu verbum usurpatur. **sedula** — cf. Ov. Met. X, 438 et Hor. Ep. II, 3, 116 *sedula nutrix*. **-endi** — causas cf. Verg. Aen. I, 414; VI, 488.

355. temptantur (H²A²; *tentantur* L; *temptatus* H¹A¹R); ad vim verbi cf. e.g. Verg. Aen. IV, 113; Tac. Hist. I, 75. **patriae** (A²L; *propri(a)e* HA¹R) cf. ad vs. 216. **submissis vocibus**, cf. Ov. Met. VII, 90; Ep. ex P. IV, 3, 42; Consol. ad Liv. 289; Lyd. 6 (Helm); Quintil. XI, 3, 63 *vox... in blandiando, fatendo, satisfaciendo, rogando lenis et summissa*. **vocibus aures** in versus fine etiam legitur Ov. Trist. II, 503; Val. Flacc. VII, 419; Sil. It. XI, 69; *vocibus* — haud raro ap. Verg. (vid. Helm ad l.).

356. laudanturque ... **pacis bona**, cf. Verg. Aen. XI, 460 *pacem laudate*. **bonae pacis bona** (ceteri codd.; *bone* H¹; Ellis: *novae pacis bona*, vid. ad vs. sequentem); ad paronomasiam vel *παλλολογίαν* cf. Catull. 61, 19 *bona cum bona | nubet alite virgo* (vid. Kroll ad l.). **multus inepte** recte ad codicis H lectionem Leo, Vollmer, Lenchantin, Helm receperunt (recte Leo, Progr. Gött., 1902, p. 16: „non *ineptam* dixit virginem astuti consilii certam, sed imperitam artis quam tractare instituerat”); codd. A¹R *inempt(a)e* tradunt; in A²L *inepto* legitur, quod Ellis et Curcio malunt. Nescio autem an recte virginis os ineptum dici possit.

357. insolitae (ita ceteri codd.; *insolitus* H²; *insolito* Pithoeus) sc. *inepte loqui*: active, cf. e.g. Verg. Georg. III, 543 (cf. Aen. IX, 214). **sermo novus**, quod omnes codd. tradunt, iure edd. receperunt (Ellis tamen: ‘*novus* suspectum; an *sermunculus*?’; cf. e.g. Cic. ad Att. XIII, 10, 2; vid. etiam ad vs. praecedentem), cf. Ov. Art. am. II, 339 *dum novus errat amor*. **errat** — cf. Verg. Georg. I, 337;

II, 283; Ov. Met. V, 535; XIV, 364; 680 nec non Val. Flacc. VI, 674 *extremus roseo pudor errat in ore*. Ad vim verbi (*errat* Th. l.l. interpretatur per *haesitat*) cf. Ov. Her. 11, 3 *si... caecis errabunt scripta lituris*; Prop. II, 34, 22 *errabunt multo... tua verba mero*. **in ore** in versus fine passim ap. Ovid. (vid. e.g. Her. 16, 15; Met. V, 206; VIII, 801; X, 204; XI, 544); etiam ap. Verg. (e.g. Aen. IX, 442; X, 323).

358. Ad **nunc** quater iteratum vid. Catal. 9, 51 sqq. **tremere** transitive, cf. e.g. Verg. Aen. VIII, 296 *te Stygii tremuere lacus*. **belli** (perperam H¹ *bellis*) **certamina**, cf. Lucr. I, 475; II, 6; V, 1296; Catull. 64, 395; Verg. Aen. X, 146; cf. etiam Ov. Met. VIII, 20 *certamina Martis* (Verg. Aen. XII, 73; 790). **dicit**: *nunc (se) tremere... dicit* (cf. Caes. B. G. II, 32, 3 *quae imperarentur, facere dixerunt*) nisi forte accipere mavis *dicit* idem esse quod *iubet* (ita Drachmann, Herm. 43, 419, conferens Cir. 368 *suaderet tollere*); cf. etiam Lucr. I, 418; IV, 245.

359. Cf. Catal. 9, 50 *communem belli* (Cir. 358) *non* (ed. Ald. 1517 *nec*) *timuisse* (AR; *meminisse* BH; Tollius, Baehrens, Helm: *metuisse*) *deum*; Prop. I, 11, 16 *communes nec meminisse deos*; Verg. Aen. VIII, 275 *communemque vocate deum*; Val. Flacc. VII, 228 *communes et crede deos*. **communem** (Baehrens vocem q.e. *communis* intra tres versiculos bis positam iniuria intolerabilem esse opinatus, Fleckeis. Jahrb. 1872, p. 848 *immanemque* proposuit) **deum** (sc. *belli*, quod versu praecedenti ἀπὸ κοινοῦ positum est), cf. Hom. II. XVIII, 309 ξυνὸς Ἐνυάλιος (cf. ibd. V, 761; 831; 889); Liv. V, 12, 1; VII, 8, 1; VIII, 23, 8; XXVIII, 41, 14; XXX, 30, 20; XLII, 14, 4; Cic. Verr. II, 5, 132; ad Fam. VI, 4, 1: *cum omnis belli Mars communis et cum semper incerti exitus proeliorum sunt*. **regis amicis** i.q. *coram regis amicis*, cf. Tibull II, 5, 103; Prop. I, 12, 15 (Lenchantin); vid. etiam ad vs. sequentem.

360. **namque** (cf. 64; 187) recte cum codicum consensu plurimi editores receperunt; Haupt, quem secuti sunt Baehrens (*iamque ipsi verita a! torvum flet maesta parentem*), Curcio, Ellis, *iamque* maluit; Sillig: *nunc*; ergo Ganzenmüller, p. 604: *nunc regis amicis, | nunc ipsi verita est: ... ipsi* (HA¹R; *ipsa* A²; *ipso* L) sc. *patri*. **verita est** sc. *flere*: 'denn vor ihm selbst scheut sie sich es zu tun' (Skutsch, II, 77, a.2; vid. etiam Mortimer Linforth, Am. Journ. of Ph. 27, 1906, p. 444); ad sensum Lenchantin contulit Hom. Od. VI, 66: αἰδέτο γάρ (Ναυσικάα, sc.) θαλερόν γάμον ἔξονομῆναι / πατρὶ φίλω,

vid. Ganzenmülleri adnotationem ad vs. 361 afferendam; ad locutionem porro conferas Prop. I, 12, 15 *felix qui potuit praesenti flere puellae. orbum flet* (RA¹; *orbum fit* H; *orbari* A²L) *maesta parentem* (HA¹; *paretem* R; *parente* LA²; ad versus clausulam cf. vs. 235), cf. Catull. 39, 5 *orba cum flet unicum mater*; Ov. Met. XIII, 645/7 *parentem/. . . orbum*; Cul. 252 *orbis epops maeret*.

361. Versum, quem corruptela depravatum (*quin habuere* H¹R; *quim habuere* A¹; *qui habuere* H²; *qui quondam habuere* A²L) codd. tradiderunt, sanare conati alii viri docti alia coniecerunt. Sensum perspicuum esse recte Ganzenmüller (p. 604) animadvertit: „Scylla beweint ihren Vater als verwaist, als (für die Zukunft) kinder-, bzw. enkellos, weil er ihre Verheiratung mit Minos (der von Zeus abstammt) nicht zugeben wolle. Dasz sie ihrem Vater ihre Verheiratung nahegelegt hat, ergibt sich aus V. 354; 355; 367f.“ Quem ad sensum restituendum diversae emendationes propositae sunt, e quibus mihi quidem maxime placet Ribbeckii coniectura q.e. *qui nolit habere* (iam antea Haupt, *habuere* scribam quendam metri causa finxisse non temere ratus, *habere* restituerat), quem Ganzenmüller secutus est, nisi forte *qui nollet habere* (Helm) mavis. E ceterorum coniecturis afferam: *qui mittat avere* (Baehrens); *qui non dat habere* (Ellis; vid. Am Journ. of Phil. 8, 11 nec non 15, 488, ubi ad Baehrensii coniecturam, quam ibi quidem approbat, confert Augustin. Confess. II, 6 *pater quasi iam ex hoc in nepotes gestiret*); *cui non datum habere* (Unger); *cui non placuere* (Kroll); *qui debet habere nepotes* (Mortimer Linforth, Am. Journ. of Phil. 27, 1906, p. 444). Alium in modum Vollmer versum intellegendum censuit: ‘*cum Iove communes qui non habuere nepotes?*’ (Sitzungsber. der Bay. Ak., 1907, p. 361: ‘wer hat nicht alles schon mit Iuppiter gemeinsame Enkel gehabt?’ Das ist, meint sie, doch nichts Unmögliches, nichts besonders zu Scheuendes”). Vix ita codicum HA¹R traditio emendatione eget, sensus autem et per se (*qui non habuere* enim nihil aliud dicere potest quam *omnes habuere*) et loco nostro absurdus fieri mihi videtur. Lenchantin ‘*c.I.c. quin* (i.q. *cur non*; cf. Plaut. Mil. 426) *ausit* (cf. Paul. Fest. 25, 2 *ausis, audeas*; Catull. 61, 65; 66, 28) *habere nepotes?*’ maluit.

362. *nunc etiam* (ad vim vocis q.e. *etiam* cf. Cir. 70) initio versus etiam Vergilius posuit: Ecl. 2, 8; Aen. IV, 356; X, 39; XI, 271. **conficta** (omnes codd. *confecta* tradunt) post ed. Ald. 1517 omnes edd. receperunt; verbo q.e. *confingere* nec Verg. nec Ovid. usi sunt,

saepius autem apud comicos (Plaut. Capt. 35; 47 *confixerunt dolum*; Ter. Hec. 693; Andr. 558 *lacrumae confictae dolis*) et Cic. (Verr. II, 37; Deiot. 6) legitur. **mendacia**, vox, q.e. *mendacium*, apud Verg. nusquam occurrit: cf. contra apud Ovid. locos q.s. Fast. II, 26; VI, 253; Art. am. III, 11, 21 *turpia . . . mendacia*.

363. mendacia . . . invenit, cf. Ter. Heaut. 596 sq. *de fallacia / dicis? est: inveni nuper quandam. divum formidine* etiam Lucr. V, 1218; VI, 52. **terret formidine cives**, cf. Ov. Met. IV, 802; Rem. am. 203; Fast. V, 173. Loco nostro vis locutionis haud ita perspicua est. Auctor dicere voluisse videtur Scyllam civibus metum Minois, Iovis filium eum esse admonens, iniicisse eosque adhortatam esse ut defensione absisterent et cum hoste divino paciscerentur.

364. nunc alia ex aliis, cf. Catal. 9, 53 *nunc aliam ex alia bellando quaerere gentem*; Verg. Georg. III, 65. „*alia ex aliis* is a development of the common Lucretian expression *alid ex alio*, compare Verg. Aen. III, 494” (Steele, Am. Journ. of Phil. 51, 154). **nec desunt** eodem versus loco etiam Ovid. Ep. ex. P. IV, 8, 77 *nec desunt principis artes. omina quaerit*, cf. Ov. Met. VII, 685 *omnia* (ita etiam l.n. R) *quaerit*; cum versuum 364 sqq. sensu apte conferre possis Verg. Aen. IV, 64 sqq. **quaerit** cod. H² tantum traditur, in ceteris *quaerunt* legitur, quam corruptelam ad similitudinem pluralis q.e. *desunt* fictam esse opinor.

365. quin etiam, qua verborum coniunctione Catullus nusquam usus est, apud Verg. noviens occurrit, versus initio quater (Georg. III, 457; Aen. IV, 309; VII, 177; IX, 799); saepius etiam apud Lucr.; cf. etiam Catal. 9, 56 *quin ausim hoc etiam. castos . . . vates*; ad vim adiectivi recte Lenchantin attulit Paul. Fest. XIII, 15 ἀπό τοῦ ἀγροῦ, *quod significat castum*; Gloss. III, 238, 39 τὸ ὄσιον *castum sanctum pium*; Cic. dom. 39, 103 *nisi . . . illius castissimi sacerdotis superstitiosa dedicatio deferret*; Verg. Aen. VI, 661 sq.: *sacerdotes casti . . . pii vates* (vid. Plessis—Lejay ad l.). **corrumpere**: Thomason (Class. Phil. 19, 149) animadvertit verbum l.n. aequae atque apud Ovid. (vid. e.g. Fast. III, 857; Am. III, 8, 30; II, 4, 35; Art. am. I, 355) ita positum esse ut de personis sermo fiat (apud Verg. de rebus tantum dicitur, vid. e.g. Aen. I, 177). Ad versus structuram cf. Ov. Ep. ex P. IV, 12, 5: *ausim corrumpere nomen*.

366. ut recte ed. Ald. 1517 restituit pro codicum lectione q.e. *et*. „**cum** (quod alii etiam poetae rarissime faciunt, nunquam Ver-

gilius) iungitur hic cum plusquamperf. coniunct.” (Waltz, p. 93); „the writer ventures on a pluperfect. subj. with *cum*, which, although here within an *ut*-clause, is rarely found in Latin poetry, e.g. *pacificasset* (Catull. 68, 76), *explicasset* (id. 53, 3)” (Steele, Am. Journ. of Phil. 51, 150 sq.). Quam ad inconcinnitatem auctorem plectum esse Vollmer (Sitzungsber. d. Bay. Ak. 1907, p. 360) opinatus est, quia adiunctio ad sententiam finalem (*ut esset qui* sqq.) levior fieri videretur. **caesa** . . . **victima**, cf. Ov. Her. 16, 334 *caesaque sanguineam victima planget humum*. **pio**, cf. ad vs. 364; Lucr. V, 381 *p i o nequaquam concita bello*. **cecidisset** . . . **ferro**, cf. Ovid. Met. XIII, 498 *cecidisti et femina ferro*; Fast. III, 702 *quae cecidit ferro*; **victima ferro** in versus fine etiam Catull. 64, 369.

367. esset Sillig recte restituit pro codicum lectionibus (*et sit* A¹R; *et sinet* H¹; *et sinent* H²; *ut sint* A²L); ed. Ald. 1517, quam Curcio secutus est, *essent* coniecit; cf. etiam Ellis, Am. Journ. of Phil. 15, 488. **Minoa**, quod omnes codd. tradunt, veram lectionem esse satis probant Catull. 64, 85; Ov. Met. IX, 441; Gell. 15, 21 (Bücheler et Vollmer, conferentes vs. 132, *Minon* maluerunt). **auctoribus extis** (H²A²L; *estis* H¹A¹R), cf. Verg. Aen. X, 67; ad sensum cf. Verg. Aen. VII, 255 sq. *fatis* . . . | *portendi generum*.

368. iungere cf. Verg. Aen. VII, 57 *adiungi generum*. **ancipites pugnas**, cf. Verg. Aen. X, 359 *anceps pugna*. **suaderet** recte HAR; *suaderent* L, vid. ad vs. praecedentem. De sensu cf. ad vs. 358 et 363.

369—377. Magicas per artes nutrix Nisi voluntatem vincere frustra conatur.

369. at (LAR; *et* H), graece δέ, cf. Theocr. II, 10 (cf. 159) ὄν δέ νιν ἐκ θυέων καταδήσομαι. **nutrix** cf. e.g. Ov. Her. 11, 39 *quas mihi non herbas, quae non medicamina nutrix attulit*. **patula**, cf. Ov. Met. VIII, 675 *in patulis redolentia mala canistris*. Uberrime R. Wünsch (Rh. Mus 57, 468—473) exposuit auctorem nostrum versibus 369—377 rectissime magicas artes, quibus nutrix usa esse narratur, descripsisse (vid. etiam Skutsch, II, 75; Leo, Herm. 42, 51; Drachmann, Herm. 43, 408). Primo enim loco Wünsch disseruit h.l. de defixione (*defigere*: vs. 377) sermonem esse, in qua papyri magicae probant inter haec tria esse discernendum: ἐπίθυμα, πράξις (καὶ λόγος), φυλακὴ τῆς πράξεως. In vss. 369 sq. ἐπίθυμα, quod l.n. e sulphure, narcisso, casia constat, describitur. Ad defixionem (κατάδεσμον), cui hoc quidem loco nihil cum artibus amatoriiis, quam-

vis maxime auctori Vergilii φιλιροκαταδέσμου descriptio (Ecl. 8, 73 sqq.) ante mentem sive etiam ante oculos versata sit, vid. Pap. Paris. 330; C.I.L. VIII, suppl. 12511, 14, quae scripta Wünsch attulit; vid. etiam Ov. Am. III, 7, 29; Her. 6, 91; Sen. Herc. Oet. 524; benef. 6, 35, 4 (cf. Plin. N.H. XVIII, 19); E. Kühnert in R.E. IV, 2374 nec non Rh. Mus. 49, 1894, p. 37—58; E. Rohde, Psyche II⁵⁶, p. 88; 424 sq.; A. Audolent, Devotio ou defixio? (Mélanges Boissier, 1903, p. 37). Sine ullo dubio Carmae in animo est has per artes magicas Nisi voluntatem vel animum vincere (378). **sulphura** (de plurali qui dicitur poetico vid. Norden, Aen. VI, p. 408 sq.; Kroll, Studien, p. 258), cf. Hom. Od. XXII, 481; Lucian. Philopseud. 12; Pap. Lond. CXXI (Denkschr. d. Wien. Akad. XLII), v. 498: λαβὼν θεῖον καὶ νελοκαλάμης σπέρμα ἐπίθουε πρὸς τὴν Σελήνην.

370. narcissum florem chthonicum fuisse Wünsch ibd. demonstravit (quamquam in magicis artibus veteres hoc flore usos esse probari non potest), locos afferens hos: Hom. hymn. in Cer. 8; Soph. Oed. Col. 684; Plut. Quaest. controv. III, 1, p. 647B; cf. etiam Eitrem in R.E. XVI, 1727. **casiamque**; vid. Pap. Leid. W, I, 17 (A. Dieterich, Abraxas, p. 171); Pap. mag. Paris. I, 4, v. 1309 (Denkschr. d. Wien. Akad. XXXVI). **herbas incendit** (ita recte HA; *contundit* LR interpolatum e Verg. Ecl. 2, 11) **olentes**; ad appositionem et ad versus structuram, cf. Verg. Ecl. 2, 11 (cf. etiam vs. 48 sq.). **incendit** cf. Theocr. 2, 23 δάφναν αἰθῶ; 33 νῦν θυσῶ τὰ πύθουρα; Verg. Ecl. 8, 65; 82.

371. Iam defixionis *πρᾶξις* breviter designatur. **terque novena**, cf. Ov. Met. XII, 97 *terga novena boum*. Ad vss. 371 sqq. cf. Verg. Ecl. 8, 73 sqq.:

*terna tibi haec primum triplici diversa colore
licia circumdo, terque haec altaria circum*

effigiem duco, numero deus impare gaudet, quem ad l. cf. Ladewig—Jahn. Trias magica etiam ap. Theocr. invenitur (2, 43): ἐς τρις ἀποσπένδω καὶ τρις τάδε, πόντια, φωνῶ; passim ap. Ovid.: cf. e.g. Met. VIII, 153; 189; 261; XIII, 952; XIV, 58 *ter noviens carmen magico demurmurat ore*; 387. Vid. W. Kroll, Antiker Aberglaube (Virchow—Holtzendorff, XII, 278), p. 38 sq.; Diels, Sibyll. Bl. p. 40; Usener, Dreiheit (Rh. Mus. 58, 1903); E. Tavennez, „Three as a magic number in Latin Literature” (Trans. Proc. 47, 1916). **ligans** quod Ribbeck restituit pro *ligant* (H¹AR) et *ligat* (H²L), sc. *nodum filorum quibus ceream Nisi effigiem vin-*

ciat (quod satis certum mihi quidem videtur, cf. Theocr. 2, 28; Ladewig—Jahn ad Verg. Ecl. 8, 79—82, Anh.; Ov. Am. III, 7, 29; Her. 6, 91 *devovet absentis simulacraque cerea figit*). **triplici diversa colore** (etiam Verg. Ecl. 8, 73), sc. albo, rubro, atro, id quod Philargyrius et Schol. Bern. ad Verg. Ecl. 8, 73 affirmant.

372. Uberius iam φυλακτήριον describitur; de vi magica despuendi Wunsch (l.l.) attulit Frank W. Nicholson, „The Saliva Superstition in Class. Literature”, Harv. Stud. VIII, 1897, p. 230, qui e Theocrito attulit II, 62 καὶ λέγ' ἐπιφθύζουσα: τὰ Δέλφιδος ὅστια μάσσω'; VI, 39 ὡς μὴ βασκανθῶ δέ, τρίς εἰς ἑμὸν ἔπτουσα κόλπον, / ταῦτα γὰρ ἂ γραία με Κοτυταρίς ἐξεδίδαξεν. Porro conferas Tibull. I, 2, 54 *ter cane, ter dictis despue carminibus*; 96 *despuit in molles et sibi quisque sinus* (Kirby F. Smith ad l.); Petron. 131, 5 *hoc peracto carmine ter me iussit exspuere terque lapillos conicere in sinum*. Vid. etiam Plin. N.H. XXVIII, 35 (*veniam quoque a deis spei alicuius audacioris petimus in sinum spuendo*); 40; 76; exempla aevi partim recentioris e.g. ap. J. Raum, Arch. f. Relig. Wiss. X, 1907, 269 sqq.; Frazer, Golden Bough, II⁹, 268 sq.; 289 sqq.; Wolters, Notes on ant. Folklore, 68, 10.

373. **numero deus impare gaudet** etiam Verg. Ecl. 8, 75, quem ad l. Ladewig—Jahn: „begründend zu *ter*; vgl. den zweiten Satz 3, 59. *impare* des Verses wegen, entsprechend dem Gen. pl. *imparrum*”. Vid. Serv. ad l. **gaudet**, cf. Cir. 529.

374. Versum corruptelis depravatam, quem ita codices tradiderunt: *inde (hinc L) magno geminat (generata L) Iovi frigidula* (omittit in spatio vacuo L) *sacra*, varie editores sanare conati sunt nec tamen veram emendationem adhuc inventam esse opinor. Prioris hemistichii metrum ed. Ald. 1517 restituit legens *inde Iovi geminat magno*; aliter Wakefield: *inde nigro geminat Iovi*; Sillig, Haupt: *inde Iovi magno geminat*; Baehrens: *inde Iovi geminat magico*, Ganzenmüller: *inde Iovi Stygio geminat* (conferens Verg. Aen. IV, 638; Val. Flacc. I, 730). Recte autem alios participio h.l. opus esse monuisse opinor; Bothe ergo legendum proposuit: *inde Iovi geminans magno*; Ellis (Am. Journ. of Phil. 8, 11): *inde Iovi magno geminans*; Ribbeck: *inde mago geminata Iovi*; Helm: *inde manu geminata Iovi*; Scaliger: *hinc magico venerata Iovi*; Maehly: *inde agno venerata Iovis*. Quod ad alterum hemistichium attinet codices metro invito *frigidula* tradiderunt; ergo Ganzenmüller legendum proposuit: *dum frigida sacra (frigida: 'schauererregende,*

solche bei denen einen Schauer und Entsetzen faszt', comparans gr. κρυερός; Verg. Aen. III, 29 sq.; Hes. Op. 152 κρυεροῦ Ἀτῆαο; Lucr. VI, 1011; Ov. Met. IX, 290); aliter Scaliger, Maehly, Sillig, Haupt, Ribbeck: *Stygialia sacra*; Bothe, Ellis (dubitans num potius *Phlegethontia* legendum sit), Curcio: *furialia* (vid. Am. Journ. of Phil. 15, 488), quae satis levis emendatio mihi quidem valde commendatur (cf. Ov. Her. 15, 139); Baehrens: *dum mystica sacra* (conferens Ov. Her. 2, 42; Martial. VIII, 81, 1; Merobaudis I, 20 Nieb.); Helm: *fert sedula sacra*; Lenchantin *frigidula* retinuit, ita tamen verborum ordine mutato: *frigidula* (sc. *Carme*) *inde Iovi geminat magno <nova> sacra*; Vollmer (in app. crit.): *heu stridula sacra*; Klotz, Ph. Wschr. 52, 1932, 1290: *feralia sacra*.

375. nec *Idaeis anubus* (*idetsanubus* H, *t* in *i* et *nu* in *ni* mutato H²; *ideis avibus* L; *ideis senibus* AR) nec *cognita Grais*; ad versus structuram cf. Val. Flacc. V, 354 *advenit haut armis, haut umquam cognita cultu* (vox q.e. *haut* vel *haud* nec in Cul. nec in carmine nostro occurrit; cf. Steele, Am. Journ. of Phil. 51, 175); ad vim vocis q.e. *anus* Lenchantin attulit Cic. ad Fam. I, 65 *sagae anus*; Tib. I, 5, 12. *Idaeis* . . . *Grais*: recte Helm: „Karme kam aus Kreta (daher *Idaeis*, vgl. Verg. Aen. XII, 412) und weilt jetzt in Megara (daher *Grais*)". Iniuria ergo Heinsius pro *Idaeis* proposuit *Aeaeis*, id quod etiam *Iolciacis* (377) vetare videtur. nec *cognita* — etiam Ov. Met. IX, 533.

376. Veram lectionem cod. L tradidit: *pergit Amyclaeo spargens altaria thallo. Amyclaeo* . . . *thallo* (abl. instr.; cf. Theocr. 24, 98 θαλλῶ ἐπιρραίνειν ἐστειμένῳ ἀβλαβὲς ὕδωρ) i. q. *lauro*. Amyclae urbs Laconiae erat iuxta Eurotam flumen sita et celebri Apollinis templo famosa. In valle Eurotae crebras variasque arbores crescere Polybius V, 19, 2 testatur (cf. etiam Verg. Ecl. 6, 82). Aspergilli munere h.l. ramus lauri fungitur; vid. Frazer, Fast. II, p. 286; III, p. 348; Steyer in R.E. XIII, 1442, ubi afferuntur Ov. Fast. IV, 728; V, 677; Iuv. Sat. 2, 158; Plin. N.H. XV, 138. Verg. Aen. VI, 230 Corynaeus olivae ramo velut aspergillo utitur, quam rem Servius ad l. interpretatur: *felicis olivae: arboris festae. sed moris fuerat ut de lauro fieret. sane dicit Donatus quod hoc propter Augustum mutavit, nam nata erat laurus in Palatio eo die, quo Augustus: unde triumphantes coronari consueverant, propter quam rem noluit laurum dicere ad officium lugubre pertinere*, cf. Diels, Sibyll. Bl., p. 121. De aqua lustrali, vid. Diels, Sibyll. Bl., p. 120 sq.; Hamburg in

R.E. X, 2517 (s.v. Katharmos); Ganszyniec, Eos XXX, 1927, p. 216 sq. nec non indicem quem composuit Ninck, Die Bedeutung des Wassers im Kult und Leben der Alten (Philol. Suppl. Bd. XIV, 2, 1921). **spargens** i.q. *conspergens*, cf. Lucr. IV, 1237 *conspergunt aras adolentque altaria donis. altaria* —̄ eodem versus loco et alibi occurrit et Lucr. IV, 1237; Verg. Ecl. 5, 66; 8, 65; 106; Aen. V, 54; VII, 71; VIII, 285; XI, 50. Ad aram vel βωμόν (*altaria*, aliter quam Verg. Ecl. 5, 66, plur. poeticus est) in artibus magicis adhibitam Wünsch l.l. attulit Pap. Par. 34, 37, 42.

377. **Iolciacis** i.q. *magicis*; cf. Hor. Epod. 5, 21 (Kießling—Heinze ad l.). **defigere** (ita recte A²L; *defugere* HA¹R), cf. Plin. N.H. 28, 19 *defigi. . . dirisprecationibus*; Sen. ben. VI, 35, 4 *caput sanctum tibi dira imprecatione defigis*; Porphyr. ad Hor. Epod. 17, 28; carm. epigr. 1004, 16. **votis** i.q. *diris*, cf. Dir. 3 *rura quibus diras indiximus, impia vota* (Lench.) Ad rem vid. ad vs. 369 (λόγος).

378—385. **Irritis omnibus suis conatibus nutrix Scyllae ad impium consilium perficiendum opitulari constituit.**

378. **verum ubi**, cf. Verg. Georg. IV, 443 *verum ubi nulla fugam reperit fallacia* —̄, quem versus Vergilium ab Hom. Od. IV, 460 sqq. (ἀλλ' ἔτε δὴ . . . ὀλοφώαει εἰδώς) mutuatum esse nec ergo vs. nostrum imitari potuisse Jahn (Herm. 37, 170) contendit. Secundam quidem conclusionem veram esse Skutsch (II, 76) negavit argumenta afferens locutionem q.e. *verum ubi* etiam ante Verg. inveniri (e.g. Lucr. III, 152; IV, 741; cf. VI, 100) nec l.n. vocem q.e. *fallacia* inepte esse positam: „in dem *verum. . . divi* sind klar und schön die vorher geschilderten Versuche Scyllas zusammengefasst, den Vater umzustimmen: a) *fallacia*: V. 355 bis 359 (etwa auch 362), b) *homines*: die Freunde des Königs, 359 ff., die Bürger, 363; c) *divi*: v. 363 ff. Man beachte wohl, dass die *fallacia* mit einem schlagenden Worte das eine Drittel der vorher geschilderten Versuche zusammenfasst". De quaestione uter versus prius scriptus sit comparisonem versus nihil aperire opinor. Postremo conferas Verg. Aen. III, 670; VII, 591; ad versus structuram Verg. Aen. IV, 272; VI, 405. **stabilem** (ita ceteri codd.; *stabilis* inepte L) **Nisum**: 'Irremovibile Niso' (Lench.).

379. Cf. praeter Verg. Aen. III, 671 (vid. ad vs. praecedentem); Lucr. IV, 385; 764 *nec possunt*; III, 1053 *si possent homines*; Manil. IV, 894 *si possunt homines. flectere* (sc. *eum*), cf. Verg. Aen. VIII, 384 (cf. VII, 312; II, 689).

380. tanta fiducia, cf. Ov. Met. VIII, 10 (*Niso crinis inhaerebat, magni fiducia regni* (Korn—Ehwald ad l.: „fiducia konkret = Unterpfund, Bürgschaft, s. I, 356”); 88 *meriti fiducia tanta est*; Her. 16, 123 *non est tanta mihi fiducia corporis . . .*; Met. II, 731; III, 270; Gratt. 480: *non opibus tanta est fiducia nostris*; Lucan. IV, 538; VIII, 447; X, 427. **tanta parvo**: notanda est oppositio! Recte Heynius **fiducia cavendi** paulo insolentius dictum esse animadvertit; proposuit ergo: *fiducia crine; paventi*; vid. Kreunen, p. 102; virum doctum quendam eadem ratione usum *parentem* vel *paventi* maluisse (Observ. II, 323) Ellis in editionis app. crit. testatur. Ad vim locutionis Lenchantin attulit Thes. (s.v. *cavendi*) 701, 53 *in ipso crine tamquam pignus satis cautae mentis continetur, nullis igitur filiae dolis movetur*. Potius tamen, comparans Ov. Met. VIII, 10, *fiducia cavendi* ita intellegere velim ut idem fere valeat quod *fiducia securitatis* (vel *incolumitatis*) sc. *sibi et patriae*. Eundem fere in modum Lenchantin verbum *cavendi* intellexit, cui vim *defendendi* (sc. *se ac patriam*) l.n. inesse affirmavit, conferens, partim quidem, ut puto, iniuria, Cic. Acad. II, 135 *metum cavendi causa* (sc. *nobis datum esse dicebant*); Veg. mil. I, 10 *ad cavendum vel resistendum*; Sen. Thy. 487: *serum est cavendi tempus in mediis malis*; cf. porro Cic. Tusc. IV, 66: *cavere, confidere, providere decet, timere non decet*.

381. Cf. Verg. Aen. IX, 199 *socium summis adiungere rebus*, quod plurimi edd. recentiores pellexit (cum codd. HL) ad lectionem gravi elisione vix tolerabilem recipiendam (vid. Ganzenmüller, p. 627 sq.; cf. autem vs. 327 *te incepto*; ad elisionem post pedem quintum vs. 352): *sociam se adiungit alumnae*. Veram lectionem codices AR tradidisse, Haupt, Ribbeck, Thilo, Ganzenmüller, Ellis recepisse mihi quidem videntur; cf. Val. Flacc. I, 165 *socium te iungere coepit / est animus*. Minus recte vss. 381 sq. *rursus* nutricem alumnae sociam se iungere auctor testatur: versibus immo 250 sqq. quominus Scylla impium inceptum perficiat impedit. Ita tamen vocem intellegi, ut cum *inceptum* coniungatur (cf. Verg. Aen. I, 198), id quod Lenchantin vult, vs. 382 vetare opinor.

382. purpureum. . . .; cf. Verg. Georg I, 405 (quo cum versu conferas Cir. 194); vid. etiam ad vs. 52. **parat** cf. Verg. Aen. IV, 117. Pro **rursus** Hertzberg *nutrix* proposuit, quod Kreunen (p. 102) approbavit; nulla tamen emendatione neque interpunctione quam Belling (Jahresber. d. Philolog. Ver. 35, 1909, 158) defendit: *pur-*

pureumque (parat rursus tondere) capillum, versui opus est. tondere, cf. Ov. Met. VIII, 151 *a tonso est hoc nomen adepta capillo*; Prop. III, 19, 21 *tondes purpurea regna paterna coma.*

383. Pro **cum**, quod omnes codd. tradunt, Heynius coniecit *tam*, quod approbaverunt Kreunen (*tam lento*, comparans Ov. Met. XIV, 761 sq.), Baehrens (*tam valido*, usus adnotatione codicis H, ubi manu altera *valde* adscriptum est; vid. Fleckeis. Jahrb. 1872, p. 849), Ellis, Helm. Ribbeck *languenti* maluit; vid. Rh. Mus. 18, 122. **longo** (ita A²L; *longe* H¹A¹R; *valde* H²) optime, ut puto, Ganzenmüller (p. 607) defendit, cui iure locutio „ganz gut und der liebenden Ungeduld der Scylla, wie dem mitleidigen Gefühl der Amme entsprechend“ videtur; cf. Catull. 76, 13; Verg. Aen. III, 487; Ov. Art. am. I, 49, quibus locis Lenchantin, *longo* i. valere q. *magno* opinatus, addidit: Verg. Aen. I, 749; X, 549; ad vocis vim psychologicam velim conferas Cir. 24 *tarda* . . . *quinquennia. quod* (pro *quod iam* ed. Iuntina legit *quoniam*) h.l. cum indicativo coniungitur sicut et vs. 83; 112; apud Verg. septies: Ecl. 3, 74; Georg. IV, 198; Aen. VII, 236; 779; IX, 135; X, 317; XI, 177 (Vollmer, Sitzungsber. d. Bay. Ak. 1907, 360; vid. etiam ad vs. 384). **captat** (Baehrens *cupiat*) cum inf. i.q. *cupit* cf. Ov. Met. X, 58 *prendique et prendere captans* (ita N.; *certans* MH): Colum. VIII, 11, 1 *domini captantis undique voluptates conquirere*; Liv. perioch. 103 (Caesare) *captante rem publicam invadere*; Phaedr. IV, 8, 6 *quid me . . . dente captas laedere?*; V, 3, 2 (*muscam*) *opprimere captans*; VIII, 6, 5; Auson. Mos. 275; Mart. Cap. I, 25; Sidon. Carm. 7, 108; vid. C. G. L. V, 531, 31; Thes. l.l. III, 379, 8 (vid. Ellis, Am. Journ. of Phil. 8, 11; Thomason, Class. Phil. 19, 148); apud Verg. nusquam occurrit. **succurrere**, cf. Prop. I, 5, 23 *nec tibi nobilitas poterit succurrere a m anti.*

384. Recte, ut puto, Vollmer vss. 383 sq. interpretatus est, contextum ita intellegendum esse affirmans, ut *cum quod . . . non minus . . . quod . . . eadem ratione positum sit qua cum quod . . . , tum quod . . .* (Rh. Mus. 55, 1906, 527), quamquam vox q.e. *quod* vs. 385 cum coniunctivo, vs. autem 383, in eiusdem sententiae parte plane congruenti, cum indicativo coniuncta est; Vergilius autem quinques (Ecl. 3, 48; Aen. V, 651; VIII, 129; IX, 289; XII, 11; vid. Vollmer, Sitzungsber. der Bay. Ak. 1907, 360; Kühner—Stegm. II, 2, 384; cf. ad Cir. 383) coniunctivo usus est. Aliter Lenchantin versus interpretatus est: *cum gaudeat, quod iam captat longo amori succurrere, non minus illa tamen (cum gaudeat),*

quod Sed quomodo illud *cum gaudeat, quod iam captat* (i. q. *cupit*) intellegam, perspicere nequeo. Alterum hemistichium non minus varie codd. tradiderunt (*revehi* A²; *rephehi* H¹; H² *eph* expunxit; *rauci* A¹R; L vocem lacuna relicta omittit; *crescat* H¹L; *crescant* AR; *cernat* H²) quam editores restituere conati sunt. Codicibus A¹R nisus Ellis, quem Curcio et Lench. secuti sunt, legit *Rhauci quod moenia crescant* (cf. Steph. Byz.: 'Ραῦκος πόλις ἐν μεσογείῳ τῆς Κρήτης; Aelian. Hist. anim. XVII, 35 ἐς χῶρον ἐλθεῖν ἄλλον καὶ οἰκίσαι φίλα τῆς μητρίδος, ἕνα Κρητικῶς εἶπω, 'Ραῦκον; Inscr. Gortyn. ap. Halbherr-Comparetti, 1889: Κρηταίῳ Γορτύνιοι Κνώσιοι Φαίστιοι Λύττιοι 'Ραῦκιοι; vid. Am. Journ. of Philol. 8, 10; 15, 488). Sed nequaquam temere plurimi editores mirantur, cur auctor h.l. Rhaucum urbem commemoraverit. Verba enim *quod Rhauci moenia crescant* sine dubio hanc tantum interpretationem patiuntur: Cretae, patriae suae, potentiam crescentem Carme gaudet, quamvis ea victoria regno ac vitae Nisi regis finem factura sit. Locutionem ita intellegi posse Helm non perspexit: „seltsame Ausdrucksweise *moenia crescant* zur Bezeichnung der Bevölkerungszunahme (um 2 Personen!)". Ergo, ut ad initium redeam, etiam ei emendationi, quam, post Schraderum, Vollmer recepit, assentiri velim (cf. Hor. Sat. II, 5, 4: *non satis est Ithacam revehi patriosque penates | aspicere?*; ad *moenia Cressa* Sudhaus, Herm. 42, 500 a.1 contulit Naev. ap. Non. p. 474 *moenia Siciliae*, ubi codd. *sinquae* vel *siquae* tradiderunt; cf. etiam Th. l.l. On. 710; Klotz, Ph. Wschr. 52, 1932, 1290; Helm, Rh. Mus. 85, 1936, p. 279); Ribbeck *revehi quod moenia Rhauci*, Helm *repeti q.m. Cressa* (vel per synizesin *Cresia*) maluit.

385. et i. q. *etiam*; pro *gaudeat et*, quod omnes codd. tradunt, Bothe *gaudebat* proposuit. *et* . . . *sepulto* (L *sepulchro*, quod Baehrens recepit: *et cineri patria est iucunda sepulcro*), cf. Verg. Aen. IV, 34 *id cinerem aut manes credis curare sepultos*; Ov. Met. XIII, 615 *cineri . . . sepulto*; Anthol. graec. III, 173 (ed. Conguy) γλυκὺ καὶ μετὰ μοῖραν / οὐχὶ μόνον ζωῶς πατριὸν ἐστ' ἔδαφος (Ellis, Am. Journ. of Phil. 15, 488); Calv. fr. 16B: *forsitan hoc etiam gaudeat ipsa cinis* (Sudhaus, Herm. 42, 500 a.1); vid. etiam Catull. 68, 97 sq., quem ad l. Kroll: 'Es galt für ein Unglück in der Fremde begraben zu sein, weil nur in der Heimat der Seele ein regelmässiger Totenkult gesichert war (Rohde, Psyche 61; 202). Daher die Furcht Tibulls auf Korkyra zu sterben (I, 3, 5) und Propert' Klage III, 7, 9; Ov. Trist. III, 3, 31'.

386—403. **Patris crine fatali detonso ac urbe Megara capta Scylla a Minoe victore in patriam redeunte funibus navi alligata per mare trahitur, ubi eximia virginis forma dis deabusque maris admirationi est.**

386. **ergō** apud Verg. nusquam occurrit; ap. Ovid. bis: Her. 5, 59; Trist. I, 1, 87 (Helm). **iterum** Heinsius restituit (cf. *rursus* vs. 381) pro codicum consensu: *metu*, quod Helm retinuit; ita tamen ut verum excidisse opinetur: *ergo metu <posito patrat scelus ante paratum / atque iterum> capiti* eqs.; pro *metu* Barthius *tum* coniecit; Ellis (in app. crit.) quaerit sitne fortasse *manu* legendum (cf. Stat. Theb. III, 566; Helm ad vs. 374). Ad sensum versus cf. Prop. IV, 4, 39 *in patrios saevisse* (i.q. *inimicam fuisse*) *capillos. paterno*, cf. Ov. Met. VIII, 78; 84.

387. **tum** (ita HL; *tunc* AR) ter iteratur etiam Catull. 64, 19 sqq., quem ad l. Kroll: „...nach Homerischem (II. II, 671; XXI, 350) und Alexandrinischem Vorbild (Kallim. H. 3, 33; 4, 39; 70); vgl. 39; 63; 69; 257; Ps. Plutarch. de Hom. 33: ἔστι τὸ σχῆμα οἰκειότατον κινήσεως καὶ εὐπειρίας“; vid. etiam Ellis ad Catull. 64, 19 sqq. **Sidonio** . . . **ostro** cf. Hor. Ep. I, 10, 26; Ov. Tr. IV, 2, 27 (cf. Her. 12, 179); Stat. Silv. V, 1, 225; Claudian. V (in Rufin. II), 450; XXXIII, 274. **florens**; cf. Lucr. IV, 450 (vid. Munro ad l.); Verg. Aen. VII, 804, quem ad l. Servius: *Ennius et Lucretius florere dicunt omne quod nitidum est. deciditur* corr. A¹; *deceditur* HA¹R; *succiditur* A²L; cf. Hor. Ep. II, 2, 50 *decisis humilem pennis. ostro*, cf. Verg. Georg. III, 17 *Tyrio conspectus in ostro*; Ov. Met. VIII, 8 (*Nisus*) *splendidus ostro* et locos supra allatos (vid. Drachmann, Herm. 43, 422, qui hac voce ante Lucr. II, 35 neminem neque Ciceronem usum esse testatur, occurrere autem e.g. Verg. Aen. I, 700; V, 111; Prop. IV, 3, 51; Aetn. 332).

388. **tum** (ita HL; *tunc* AR, sicut etiam vs. 387) **capitur Megara**, cf. Paus. I, 39, 6 Κρητικὸν πόλεμον καὶ τὴν ἐπὶ Νίσου βασιλεύοντος ἄλωσιν τῆς πόλεως οὐκ ἐθέλουσιν (οἱ Μεγαρεῖς) εἰδέναι. **divum responsa** cf. Cir. 119 (vid. Verg. Aen. IX, 134; Ov. Met. XIII, 336). **probantur**, Thomason, Class. Phil. 19, 153 animadvertit hoc verbum h.l. eam vim habere, quae apud Ovid. saepenumero occurrat (sc. ‘prove, show to be true’; cf. e.g. Met. II, 92; XIII, 59; XV, 37; 361; 499; Am. II, 2, 25; Ep. ex P. III, 1, 26), nusquam autem apud Verg., qui verbo ter usus est idque diverso sensu: ‘aprove’: Aen. V, 418; XII, 814; IV, 112.

389. Recte Heyne (Verg. ed. Heine—Wagner, ed. VI, 1832, vol. IV, p. 129) animadvertit ne verbo quidem Ciris auctorem ea attigisse quae resectam Nisi comam subsecuta sint, donec Scylla abstraheretur navi alligata. Velim contra conferas Ov. Met. VIII, 84 sq. Hoc ergo Ganzenmüller, p. 636, conclusit: „Dies alles, weil von Ovid vorweggenommen, übergeht unser Dichter. Er setzt ein bei den letzten Worten der Scylla (Met. VIII, 142 *per freta longa trahar*): 390 *per mare caeruleum trahitur Niseia virgo*“. Nihil tamen est, cur apud poetam neotericum tam concisam dicendi rationem miremur. De re idem fere tradiderunt Prop. IV, 19, 26 *pendet Cretaea tracta puella rate*; Apollod. III, 15, 8 Μίνως . . . τὴν κόρην τῆς πρύμνης τῶν ποδῶν (cf. contra Cir. 403) ἐκδήσας ὑποβρύχιον ἐποίησεν; schol. ad Eur. Hipp. 1190 (ὁ Μίνως) ἔλαβεν αὐτὴν ἐπάνω τοῦ πλοίου καὶ ἔδησεν αὐτὴν εἰς τὸ πλοῖον; Tzetz. ad Lycophr. 650 κρεμασθεῖσα τῆς πρῶρας (cf. contra Cir. 479) τῆς ἐκείνου νηὸς; Eustath. ad Dionys. Perieg. 420 Μίνως . . . προσδήσας πηδαλίω νηὸς ἀφήκε σύρεσθαι διὰ θαλάσσης, ὅθεν Σαρωνικὸς οὖτος ὁ πόντος ἐκλήθη. Alia de Scyllae post urbem expugnatam sorte narraverunt e.g. Ovid. Art. am. I, 331; Met. VIII, 141 sqq.; Hygin. fab. 198; Paus. II, 34, 6. tum in cod. H tantum legitur; codd. LAR tunc tradunt; cf. ad vss. 387; 388. *navibus*, pluralis poeticus.

390. Cf. Ov. Met. VIII, 142 ad vs. praecedentem all. *per mare* cf. Verg. Aen. V, 628; Ov. Met. VI, 721. *caeruleum*, cf. Enn. ann. 385 *caeruleum sale*; Catull. 64, 7; vid. etiam ad vs. 38. *trahitur* (σύρεται); Saronicum mare ἀπὸ τοῦ σύρεσθαι originem duxisse tradiderunt Parthen. (ap. Meineke, Anal. Alex. 271), Tzetz. ad Lycophr. 650; Eustath. ad Dionys. Perieg. 420; schol. ad Eur. Hipp. 1190. *Niseia virgo* etiam Ov. Met. VIII, 35 *virgo Niseia* —; cf. Verg. Aen. II, 403; III, 321; Ov. Met. XIII, 404; 513; aliter Ov. Fast. IV, 500 *Nisaei canes*. Qua ratione commotus Minos Scyllae amorem repudiaverit ac mortis supplicio virginem afficere constituerit Eustath. ad Dionys. Perieg. 420 detexit: ἐνενοήσατο ὅτι ἡ τὸν πατέρα προδοῦσα οὐδένοσ ἀν ραιδίως φείδοιτο.

391. *complures*, vid. ad vs. 54. Ad vs. conferas Catull. 64, 15; Aen. VII, 812 sq.; VIII, 91 sq. *mirantur et undae, / miratur nemus*. Waltz, p. 64 animadvertit epyllion Moschi superesse, ubi et alia describantur et Nereides cum Neptuno Tritonibusque vectam per undas Europen contemplantes; cf. Kroll ad Catull. 64, 14: „Die das Schiff umspielenden Meermädchen sind ein beliebtes

Motiv schon in älterer Poesie wie Soph. O.C. 716; Eur. Electr. 433, dann Apoll. IV, 928; Cul. 345. Das Treiben der Tritonen und Nereiden schildert gern die Alexandrinische Kunst (Münchener Fries Baumeister Fig. 1744) und Poesie, z.B. bei der Fahrt der Europa (Mosch. 2, 115). . . .” Vid. etiam Plésent ad Cul. 346 (p. 235).

392. Cf. Sil. It. IV, 690 *miratur pater aeternos cessare repente / Eridanus currus. pater Oceanus*: fortasse conferre velis Verg. Georg. IV, 382 *Oceanumque patrem rerum Nymphasque sorores* (quem ad v. Ladewig—Jahn: ‘*patrem rerum*, nach alter Naturphilosophie, die das Wasser als Grundstoff aller Dinge ansah; vgl. Hom. II. XIV, 201; 302 Ὠκεανόν τε θεῶν γένεσιν καὶ μήτερα Τηθύον und 246 Ὠκεανοῦ, ὅσπερ γένεσις πάντεσσι τέτυκται; vid. Höfer in Roscheri Lex. V, 394. Loco autem nostro *pater* merum epitheton ornans est, quod et alibi (cf. *pater Aeneas*) et crebro deorum nominibus propriis additur. Secundum indicem epitheta deorum continentem, quem Carter composuit (in Roscheri Lex. Suppl.) locutio q.e. *pater Oceanus* etiam alibi occurrit: Acc. ap. Non., 193, 1 (TRF, p. 207); Consol. ad Liv. 438 (PLM I, 120); Sil. It. V, 395; XIV, 349; XVI, 37; Avien. 166; 905; Auson. p. 153; PLM, III, 163; graece πατήρ Ὠκεανός: Aesch. Prom. 532; Aristoph. Nub. 271. **Oceanūs**; ultima syllaba vi caesurae producta est, quod etiam fit vs. 180; fortasse 532. Saepenumero etiam apud Verg. occurrit. **candida**, cf. Verg. Ecl. 2, 46 *c a n d i d a Nais* (cf. Ecl. 2, 16; 7, 31; Aen. V, 571 *c a n d i d a Dido*). **Tethys**: orthographiam graecam (L; ed. 1507) omnes edd. receperunt; codd. AH²R *Thetis* (i corr. in y: R) tradunt; in H¹ absurde *Theseis* legitur. „Oceanus and Tethys are associated as in Catull. 66, 68; 70” (Steele, Am. Journ. of Phil. 51, 155).

393. **cupidas** (sc. *visendi*, quod recte Lenchantin intellexit). **sorores** in versus fine etiam Verg. Georg. II, 494; IV, 351; 382 (cf. ad Cir. vs. praecedentem).

394. **illa** (ita H¹LA; *illam* H²R, quo recepto etiam vs. 397 contra codicum consensum cum Heinsio legendus esset), cf. Cir. 135; 409; Georg. I, 466; IV, 144; Aen. II, 420; X, 198; XI, 653 (aliter Ecl. 10, 13 sqq.); vid. Wagner, Quaest. Verg. XXI, 7. Inter versus nostros 394 sq. et Verg. Georg. IV, 388 sq. intercessisse vinculum quoddam nemo est quin continuo videat. De interpretatione autem locutionis q.e. *iunctis piscibus et glauco bipedum curru* (*piscibus et iuncto bipedum curru*) viri docti inter se dissentiunt. Controversiam breviter ac concise Jahn ad Vergilii locum (app.) reddidit,

cuius adnotationes totas afferre liceat: „Das schwere ἐν δὶα δύοῖν, welches Ladewig annahm wie schon Servius: *eosdem et pisces et equos dicit* und Heyne: *curru piscibus et equis bipedibus iuncto*, hat man jüngst mehrfach abgelehnt. Skutsch, 1906 S. 80 schreibt dem Proteus Vergils wie der Leucothea Cir. 394f. einen mit Fischen und Hippokampen bespannten Wagen zu. Aber das doppelte Zugvieh leuchtet wenig ein und ist durch kein Beispiel aus der Literatur oder Kunst zu belegen; s. Leo im Hermes 1907 S. 52 Anm. 1. Dieser scheidet dort wieder wie schon 1902 S. 43: Leucothea habe ein Gespann von Fischen wie Thetis bei Stat. Ach. I, 221 f. [und Eroten auf kleinen Friesen aus Pergamon und Pompeji] und ein zweites von Seepferden; Proteus anderseits könne auf Fischen reiten, 'd.h. jedesmal auf einem Fische', wie Thetis bei Tib. I, 5, 46: *frenato pisce* oder Val. Flacc. I, 130 *tergore piscis* [vgl. Plin. 36, 26: *Nereides supra delphinus et cete aut hippocampis sedentes*] und auch mit Hippokampen fahren. Das kühn verbundene *iuncto* sei durch die gewöhnliche Genetiv—Enallage (schon Ladewig verwies auf B. 9, 46; jetzt s. noch Hey. Arch. XIV, 1905, S. 109f.) zu *curru st. equorum* gezogen. 'Die zwei Gespanne[?] lesen sich wie eine Ditto-graphie'. Abgesehen davon, dasz man dann, wie Leo selber sagt, 389 eher *vel* als *et* erwartet [wofür sich allerdings Gegenstücke finden: s. B. 6, 30 und A. II, 37 nebst Anhang], kann ich auch seine Vorstellung nicht deutlich und ansprechend finden. Am liebsten faszte ich die Fische einfach als muntere Begleiter auf wie die κῆτεα . . . πάντοθεν ἐκ κευθμῶν bei Hom. N 27. Da das aber grammatistisch nicht leicht herauszukonstruieren ist, bin ich bei der herkömmlichen Deutung verblieben'. Idem iudicat Helm: 'Das Problem, ob es sich um die Zerlegung des Begriffes Hippokampen in *piscibus* und *equorum* handelt oder um Reiten auf Fischen und Fahren mit Hippokampen, besteht für Virgil und unsern Dichter gleichmäszig, wahrscheinlich ἐν δὶα δύοῖν (wie Verg. Georg. II, 192; III, 56; 113; Aen. I, 739; XII, 712) zur Bezeichnung der Hippokampen. Vid. etiam Sauer in Roscheri Lex. I, 2673 sq.; II, 2016. Aliam interpretationem v. d. Wagenvoort per litteras comiter mecum communicavit. Versus 394 sqq. ita per chiasmum quendam constructos esse suspicatur, ut Palaemon piscibus (i.e. delphinis), Leucothea hippocampis vecti cogitentur. Haud temere admonet saepius delphinus piscibus adnumerari (cf. e.g. Gell. N.A. VI[VII], 8, 5: ἰχθῦς); artifices porro in delphino stantem Palaemonem

fingere solere (Roscher s.v., 1262); quo tempore Leucothea una cum Palaemone filio in mare se praecipitet, eo delphinos et hippocampos in vicem spectari (Eitrem in RE. XII, 2301, 7 et 18); si recte v. d. Ritschl opus quoddam tessellatum Vaticanum interpretetur (Eitrem, ibd. 39 sqq.), ibi Leucotheam in monstro marino ('Seegreif'), Palaemonem in delphino expressos esse. Quod I.n. Palaemonem non stantem in delphino, sed iunctis delphinis tractum poeta sibi proposuerit, res haud magni momenti docto auctori meo videtur; eandem enim variationem etiam in Leucotheae descriptionibus cerni (vid. etiam e.g. Apul. Met. IV, 31 *auriga parvulus delfini Palaemon*).

395. **glauco**; *glauca* non minus quam *caerulea* omnia ea appellantur, quae ad mare vel ad aquam pertinent, cf. Cir. 452; Verg. Georg. II, 13; IV, 182; Aen. VI, 416; XII, 885. **curru equorum**, cf. Cic. Div. II, 144 *currus quadrigarum*. **magnum aequor** (cf. Lucr. II, 553) **metitur**, cf. Hom. Od. III, 179 *πέλαγος μέγα μετρήσαντες*.

396. **Leucothea** in codd. varie traditum est; ad litteram *a* in nominativo productam cf. Priscian. II, 202, 16 *hoc etiam sciendum quod omnis nominativus in -a desinens, corripitur, quamvis sit apud Graecos productus ut 'Lydia', 'Syria' . . . in paucis tamen inveniuntur poetae graecis servasse morem graecum*. Statius in VIII *Thebaidos* (v. 287): *Non Tegea, non ipsa deo vacat alite felix Cyllene*. Vid. etiam Verg. Aen. III, 702; Tib. II, 5, 67; Ov. Fast. VI, 545; 501 *nondum Leucothea, nondum puer ille Palaemon*; tamen locus mihi esse videtur quaestioni scripseritne auctor noster graeca declinatione usus *Leucothoe*, quod etiam in codd. H²L traditur, Baehrens legendum arbitratus est. Ad vs. porro conferas Stat. Silv. III, 2, 39 *diva cum matre Palaemon*; Ov. Am. I, 6, 11 et Met. IX, 482 *cum matre Cupido*. 'Leucothea erat nomen Inonis, matris Palaemonis, postquam de rupe in mare inter Megaram et Corinthum desiluit (Plut. Symp. 5, 3, 1: ὁ Καλῆς δρόμος) et dea maritima facta est. Cf. Stat. Silv. IV, 3, 60: *Inonis* . . . *Isthmos* (cf. Hom. Od. V, 333 sqq.; Hes. Theog. 976; Pind. Pyth. 11, 3; Schol. Eur. Med. 1282 sq.; Ov. Met. IV, 416—542) . . . Cf. etiam Nilsson, Gr. Feste, p. 431: „die berühmteste Kultstätte der Ino war auf dem Isthmos, wo die Sage die Kadmostochter von dem molurischen Felsen ins Wasser springen lässt. Auf dem Wege nach dem Prytaneion in Megara hatte sie ein Heroon und empfing dort ein jährliches Opfer". Subtili modo Far-

nell. Greek Hero-cults, p. 35 sqq. de Leucothea disseruit; consulas etiam Eitrem, P.W. XII, 2294 sq.; Schirmer ap. Roscher II, 2012 s.v.: ita Fortgens (in diss. Rhenotraiectina, 1934 c.t.: 'Statii de Opheltis funere carmen epicum, Theb. VI, 1—295') ad Stat. Theb. VI, 12.

397. **illi** omnes codd. tradunt; Heinsium, quem et alii sequuntur et Ribbeck, Vollmer, *illam* proposuisse edd. testes sunt, quamquam Housman (Class. Rev. 17, 1903, 309) contendit nequaquam Heinsio in mentem venisse l.n. *illam* esse legendum: 'editores suam stultitiam Heinsio mendaciter adscribunt'. Porro Housman contendit *illam mirantur virginis artes* nimis dure dictum esse (vid. etiam Ellis Am. Journ. of Phil. 15, 488), quamquam locos nequaquam deesse, ubi constructio quae dicatur καθ' ὅλον καὶ κατὰ τὸ μέρος inveniatur, haud esse puto cur commonefaciam. **alternas sortiti vivere luces** cf. Hom. Od. XI, 303 ἄλλοτε μὲν ζώουσ' ἑτερήμενοι, ἄλλοτε δ' αὖτε / τεθναῖσιν; Pind. Nem. X, 55 μεταμειβόμενοι δ' ἐναλλάξ ἀμέραν τὰν μὲν παρὰ πατρὶ φίλω Διὶ νέμονται; Verg. Aen. VII, 121; Ov. Fast. V, 719. Ascensius: '*sortiti sunt alternatim vivendo et moriendo*'. **luces** i.q. *dies*, cf. Cir. 417; Verg. Aen. X, 244 (hoc sensu pluralis apud Verg. non obvius est); Ov. Fast. III, 398; IV, 901; VI, 39; 247; 725; 774; Met. IV, 262; XIV, 227; Ep. ex P. II, 1, 25 (Thomason, Class. Phil. 19, 152). Iniuria Sudhaus (Herm. 42, 483) contendit nullo modo ambo Tyndaridas eodem temporis momento (alternos enim diebus singulis vivere ibidem dici) adesse potuisse ut Scyllae formam mirarentur; vid. autem Furtwängler in Roscheri Lex. I, 1155 sq., ubi conferuntur Hom. II. III, 244; XI, 301; Pind. Nem. 10, 103 sqq.; Pyth. 11, 96; Lycophr. Al. 565; Eur. Hel. 138; „erst späte Zeugnisse lassen sie einen um den andern täglich wechseln, so dasz sie immer getrennt sind (deutlich Luc. dial. d. 26)“.

398. Idem fere Vergilius Ecl. 4, 49 *cara deum suboles, magnum Iovis incrementum*: „den Göttern zu deren Blut er gehört, ist er lieb, als Sprössling Iuppiters ist er groß“. Ita Leo, Herm. 42, 52, cui iam pridem (Herm. 37, 144) Ciris versus „eine zwecklos tautologische Häufung“ visi erant. Cui responderat Skutsch (II, 82), opinatus locutionem q.e. *Iovis suboles* (i.q. Διὸς κοῦροι) l.n. aptissimam esse (cf. etiam Pind. Nem. X, 55 ad vs. 397 all.; hymn. Hom. 17 Τυνδαρίδας οἱ Ζηνὸς Ὀλυμπίου ἐξεγένοντο). Praeterea auctorem tautologia usum esse negat: 'Geboren sind die Dioskuren als Söhne des Zeus;

zum *incrementum* des Zeus, d.h. seiner Schar der Götter werden sie ... erst durch das *aeternas sortili vivere luces* — sie steigen erst nachträglich zum Olympum auf' (vid. etiam Steele, Am. Journ. of Phil. 51, 172). Attamen Leo sententiam vix mutavit (Herm. 42, 52): 'der Anwuchs des Iuppiter; der Vater wird persönlich durch seinen Sprosz vergrößert wie ein Baum', quod plus minusve tautologicè dictum esse affirmare pergit. Lenchantin, eandem fere interpretationem, quam Leo dederat, amplectens (cf. Ov. Met. III, 103 *populi incrementa futuri*; Korn-Ehwald: 'der Anwachs künftigen Volkes; Saat, aus der ein Volk erwachsen soll'), alterum hemistichium ita vertit: Διὸς μέγα ὄφελος, 'grande accrescimento di Giove, grande aumento della sua potenza', nec h.l. auctorem tautologia usum esse putat; cf. Jahn ad Ecl. 4, 49; Norden, Geburt des Kindes, p. 129 sq. Idem fere Helm iudicavit, qui tamen censet Ciris auctori *deum* mutandum fuisse, quod Vergilius apte posuerit, h.l. autem omni sensu careat; quibus recte, ut puto, addidit: 'Die Hervorhebung der Dioskuren durch den Zusatz ist hier in der Aufzählung wenig angebracht'. Vid. etiam Norden, l.c. p. 130, 2. Ad prius hemistichium cf. Mart. VI, 3, 2 *vera deum suboles*. Notandus est spondiacus, quo Skutsch ad sententiam suam affirmandam argumento satis, ut puto, infirmo (neotericorum enim proprium erat persaepe versibus spondiacis uti) nisus est, cum in Ciri quindecim spondiaci (ex 541 vss.), in Vergilii Eclogis tres tantum (ex 830 vss.) inveniantur.

399. Iovis suboles, . . . Tyndaridae cf. Catull. 68, 112 *falsiparens Amphitryoniades* (Oltramare, Rev. ét. lat. 7, 1929, 317). Voce, q.e. *Tyndaridae*, quae ap. Verg., Catull., Tibull. non invenitur, semel Propertius (I, 17, 18) usus est, saepius autem Ovid.: Met. VIII, 301 *Tyndaridae gemini*; Fast. V, 700 *Tyndaridae fratres niveos. . . artus*, cf. Catull. 64, 364 *niveos percussae virginis artus*; Val. Flacc. I, 219 *niveosque per artus*; Stat. Silv. I, 2, 20 *amplexum niveos optatae coniugis artus*; II, 3, 32 *niveos ne panderet artus* (*artus* in versus fine Ciris auctor etiam posuit vs. 81, 198, 237, 482, 494). *Nivea* apud Catull. etiam alia corporis membra dicuntur; vid. 61, 9; 63, 8; cf. etiam Cir. 170.

400. adeo eodem versus loco etiam vs. 189; 206. „Vergilianum est *adeo* positum ab initio post pronomen vel particulam monosyllabam: Ecl. 4, 11; 9, 59; Georg. I, 24; Aen. IV, 96; 533; VI, 498; VII, 427; IX, 156". (Karsten in Sert. Nab. p. 197). „*adeo*

steht nach Fürwörtern wie γε zur Hervorhebung, oft nur durch Betonung zu übersetzen" (Richter—Eberhard ad Cic. Verr. IV, 141; vid. ibd. 143; Caecin. 86; Cluent. 80). Recte etiam Lenchantin ad l.: *has adeo* i.q. *has vero, has quidem*. **per auras** in versus fine et alibi et Verg. Georg. I, 407; Aen. I, 59; IV, 226; 270 etc.

401. fluctibus in mediis, cf. Verg. Aen. I, 109; X, 683; Hor. Ep. II, 2, 85; Ov. Trist. V, 6, 7; Lucan. V, 670; Val. Flacc. I, 465; Sil. It. VII, 363; Claudian. XLVIII, 53. Ad alterum hemistichium cf. Cir. 174; 208; Verg. Ecl. 2, 5; Aen. IV, 449.

402. Idem fere Verg. Aen. II, 405 sq. *ad caelum tendens ardentia lumina frustra*, | *lumina, nam teneras arcebant vincula palmas*; ad *frustra*, quod l.n. post *questu inani* pleonasmum redderet, cf. Ov. Met. XIII, 410 *tractatque comis antistita Phoebi | non profecturas tendebat ad aethera palmas*. Aliter ac Cassandra Scylla non iam sperat fore ut dei se servent neque ergo deos, sed potius (post apostropham ad ventos) Minoa precibus suis flectere conatur. Recte etiam Belling, Jahresber. Philol. Ver. Berl. 35, 1909, 149 disseruit melius apud Verg. vocis q.e. *lumina* anaphoram patheticam intellegi posse e figura quae dicitur ἀπροσδοκητόν; *manus, palmas* enim vel tale quid expectes (cf. e.g. Verg. Georg. IV, 498; Aen. I, 93; V, 233; Ov. Met. II, 477), quas post tergum eam tenuisse revinctas nondum Verg. testatus erat. **infelix** auctor pro *frustra* (Verg.), quod l.n. pleonasmum redderet (*questu inani*), posuisse videtur; cf. etiam Verg. Aen. X, 595 *frater tendebat inermes | infelix palmas*; vid. etiam Cir. 27; 71. **tendens**: perperam in cod. L scriba quidam, Ciris auctorem idemque Vergilium corrigere volens, *tollens* scripsit; cf. etiam Ov. Met. VIII, 107, ubi Scylla in litore relicta *intendensque manus* execrationibus Minoem petit (Helm, Herm. 72, 1937, p. 101: 'das gab den Einfall ein zu Cir. 402 f. mit der Vergilreminiscenz'). **ardentia lumina**, cf. Lucr. VI, 1180.

403. Quo modo Scylla e nave tracta sit, nec alibi nec his verbis liquet. Hac de re varie auctores tradunt: Apollod. III, 211: Μίνως . . . τὴν κόρην τῆς πρύμνης τῶν ποδῶν ἐκδήσας ὑποβρύχιον ἐποίησε; Eusthat. ad Dionys. Perieg. 420: προσδήσας αὐτὴν πηδαλίῳ νεώς; schol. ad Eur. Hipp. 1200: ἔδησεν αὐτὴν εἰς τὸ πηδάλιον (ita Schwartz; codd. πλοῖον); cf. Schol. ad Eur. Hipp. 35; Serv. ad Verg. Ecl. 6, 74 *Scylla . . . a Minoe ad puppim religata tracta sit*; aliter Tzetz. ad Lycophr. 650 κρεμασθεῖσα τῆς πρῶρας τῆς ἐκείνου νηός. De Minois nave Scyllam in mare praecipitatam esse tradunt Paus.

II, 34, 7 (Μίνως) οὔτε γυναῖκα ἔξειν αὐτὴν ἔτι ἔφασκε καὶ προσέταξε τοῖς Κρησὶν ἐκβάλλειν τῆς νεώς; Strab. VII (H), c. 373: ἦν (sc. Σκύλλη) . . . καταποντωθῆναί φασιν ὑπ' αὐτοῦ, δεῦρο δ' ἐκκυμανθεῖσαν ταφῆς τυχεῖν (sc. in Scyllaeo promunturio, id quod etiam Paus. II, 34, 7 narrat). Scyllam se ipsam de litore in mare praecipitavisse legimus Ov. Met. VIII, 142; Hygin. fab. 198. . . *illa se in mare praecipitavit* (vid. H. I. Rose, diss. Lugd. Bat., ad l.). **teneras**, cf. ad vs. 169.

404—458. Scyllae querela.

404. Cf. Cic. Arat. 100 *simul inter flamina venti*; 198 *vehementi flamine ventus*; Paneg. Mess., 124 *et fera*. . . *discordes tenuerunt flamina venti*; Catull. 64, 239 (cf. Hom. II. V, 522); Lucr. I, 290. **suppressite**, cf. Prop. IV, 1, 113 *tu diruta fletum / suppressite*. . . *Troia*. Verbum, quo et alii et Ovid. (vid. e.g. Met. I, 715; V, 192; XI, 777; Fast. IV, 83; Ep. ex P. I, 8, 69) usi sunt, Verg. nusquam praebet. **turbati** AR; *-ta* H; *-ta o* L; Maehly (in diss. c. t. Satura, 1886, p. 29—38; cf. Ellis, Am. Journ. of Phil. 15, 1894, p. 489): *turbantia* et sic Ascensius (*flatus vestros nos turbantes*); *ventus* autem *turbatus* idem dicere vult quod *turbo* (cf. e.g. Plaut. Curc. 647; Trin. 835). Versus 404 sq. omni sensu carere Leo (Herm. 37, 1902, 45) contendit: „Man denke: die Winde sollen ein wenig stille sein, damit sie zu Worte komme. Der Einfall ist grotesk und nur durch den Wunsch, vorhandene Verse (405 sq. = Verg. Ecl. 8, 19 sq.) anzubringen verständlich“. Cui opinioni Skutsch (II, 88 sq.) recte, ut puto, restitit afferens Simonid. Dan. fragm.: κέλομ' εὐδε βρέφος, εὐδέτω δὲ πόντος, εὐδέτω δ' ἄμετρον κακόν; Turpil. Leucad. vss. 118 sq. *te, Apollo sancte, fer opem teque, omnipotens Neptune, invoco vosque adeo venti* (cetera desunt) nec non recentioris aetatis auctores; cf. Rohde, Gr. Roman¹, p. 159; Leo ad Plaut. Mercat. (commentarii initio); adversario tamen non persuasit, cui verborum invocatio 'ein miszglückter Versuch poetisch zu sein' esse videtur (Herm. 42, 1907, p. 47).

405. Vss. 405 sq. etiam Verg. Ecl. 8, 19. **testibus illis** cf. ad vs. 187; porro 414 *sacrato foedere coniunx / dicta tibi*, ad quod foedus sacratum sine dubio deos testes fuisse recte Skutsch (II, 92 sq.) animadvertit. Vid. porro vs. 420; 422.

406. **nil / profeci**, cf. Catull. 42, 21 *sed nihil proficimus, nihil movetur. extrema*. . . **alloquor hora** cf. Catull. 64, 191 *postrema comprecet hora*, quem versum et Vergilium et Ciris auctorem

imitatos esse Jahn (Herm. 37, 1907, 171) et Skutsch (II, 92) opinantur, qui etiam levem inconcinnitatem notarunt: apud neutrum enim ulla ad deos apostropha post *divos* . . . *alloquor* sequitur.

407. Deos allocuta iam auras testes invocat; idem fere fit Verg. Aen. VII, 631; ad vs. cf. Turpil. fr. 118 sq. ad vs. 404 allatum. **testabor**, cf. Verg. Aen. IV, 519. *aurae* i.q. *venti*, cf. Catull. 64, 142; 164.

408. Iam ad invocationem, ut puto, nautarum Atheniensium forte (*si qui . . . venitis*) praeternavigantium transit. **vos**: notanda est anaphora pathetica. †o **Numantina** †, quod sensu caret, codd. tradunt; crebri editores post Heynium *Pandionia* legunt (cf. vs. 101; Cul. 251; Apollod. III, 15 Πανδίονι δὲ ἐν Μεγάροις ὄντι παῖδες ἐγένοντο Αἰγέως Πάλλας Νῆσος Λύκος; Strab. VIII, p. 392 τῶν Πανδιονιδῶν τεττάρων ὄντων, Αἰγέως τε καὶ Λύκου καὶ Πάλλαντος καὶ τετάρτου Νήσου; cf. Schol. ad Eur. Hipp. 1190: Νήσου τοῦ ἀδελφοῦ Αἰγέως καὶ Πάλλαντος), quod sine dubio optimum sensum praebet, quamvis quo modo haec corruptela existere potuerit, perspicere nequeam. Ellis (in editionis app. crit.): *Pallantina*. Aves h.l. heroinam nostram invocare opinatus Scaliger ('quum manifesto Scylla videatur alloqui aves'; cf. etiam 409) *vos o matutina* (cf. e.g. Prop. I, 16, 46 *matutini alites*) coniecit; ex aliorum coniecturis afferre velim: *vos o mutanti* (Birt: *gentem mutantem* sc. *in aves* idem esse quod Dauliades interpretans); *ventos* (cf. 404; 407) Scyllam alloqui putans Ellis (Am. Journ. of Phil. 8, 1887, 11) *vos horum* (i.e. *ventorum*) *antiqua* suspicatus est: 'Scylla seems to allude to the traditional connection of the winds with the family of Erechtheus; in the legend Boreas carried off Orithyia, daughter of Erechtheus, from which rape were born Zetes and Calais, known in mythology as the Boreadae. . . . (Apollod. III, 15, 2; Hygin. XIV)'. Haud ita male Hildebrandt coniecit *vos hominum antiqua* (autochthones enim Athenienses ducebantur; emendationem Klotz, Phil. Wschr. 52, 1932, 1291 approbavit; *venitis* i.q. *originem ducitis*, non minus quidem quam in Ellisii coniectura supra allata). Porro afferam *vos o humana* (Lenchantin); *vos humana olim si* (Sudhaus); *vos o nunc nostra* (Helm. Rh. Mus. 85, 1936, p. 281, ubi vid.); Leo et Vollmer versum excidisse putant, quam lacunam Leo ita explevit: *vos o <qui ponti colitis, qui caerula caeli, / vos, vos> humana* e.q.s. **de gente** ∪ - ∪ cf. Verg. Aen. II, 78; V, 373; VI, 757; 875; VII, 220; 750; 803; Ov. Met. I, 226; III, 35; VI, 384; Her. 16, 7 *quamvis e gente venires*.

409. cernitis? indignantis est; sensum interrogativum Ellis (quem Curcio et Lenchantin secuti sunt) primus perspexit; vulgo autem legitur *cernitis*: (indicat. pro imperativo). — *illa ego sum* etiam Ov. Met. XV, 500 *sed tamen illa ego sum me Pasiphaeia quondam* (Cir. 411) e.q.s.; vid. etiam ad vs. 411. *cognato sanguine* — *etiam* Verg. Aen. XII, 29; Sil. It. II, 617 *maculant cognato sanguine dextras*; XV, 12 *cognato sanguine turba*; cf. Lucan. IV, 554 *cognato tantos implerunt sanguine sulcos*. Cum Scylla Athenienses compellaret vel etiam gentem Pandioniam nominaret, subito Procnae Pandionis filiae ei in mentem venit. Ergo iam hoc versu quoque (*vobis*) eam Pandionis avi sui filias Procnam et Philomelam spectare puto; de ea cognatione vid. ad vs. 408.

410. salva te (cf. Ov. Met. XV, 109 *salva pietate*; Ep. ex P. I, 2, 66 *salvo pudore*, 146 *salva fide*; Sen. Nat. Quaest. II, 37, 2 *salva vi ac potestate factorum*), i.q. *salva reverentia tua*; neerlandice: 'zonder U daarmede te willen kwetsen', quod recte Helm (Rh. Mus. 85, 1936, p. 281) vidit. Ad metamorphosem filiarum Pandionis l.n. locutio q.e. *salva te* (Leo: *te salva et humanam formam retinente*) spectare nequit, irrealis enim praeteriti coniunctivum imperfecti (*liceret*) posceret. Non temere Scylla timet ne Procnam cognationis pudeat.

411. illa ego sum; notanda est anaphora (etiam 414); locutio saepenumero apud diversos poetas obvia (vid. e.g. Ov. Met. IV, 226; XV, 500; Ep. ex P. I, 2, 35; 131; 133; IV, 3, 11; V, 13; 15; 16; 17; Fast. III, 505; Tibull. I, 6, 31; Prop. V, 9, 38; Sil. It. IX, 128; XV, 59; 61; Stat. Theb. IX, 165) apud Vergilium nusquam legitur. **pollentis** (verbum quo Verg. non usus est, etiam occurrit Cir. 483; Cul. 73; Lucr. IV, 318; V, 1; Ov. Met. V, 508; Fast. I, 269; Trist. III, 10, 15) . . . **quondam** (cf. ad vs. 409), vid. ad vs. 124.

412. Cf. Verg. Aen. VII, 54; Ov. Met. I, 478; III, 353 sqq. (cf. Catull. 62, 39 sqq.); IV, 795 (i.q. IX, 10; XII, 192); X, 315 sq. (cf. Anton. Lib. 34: ταύτην, τὴν Μύρραν sc., διὰ κάλλος πλεῖστοι καὶ ἐκ πλείστων πόλεων ἐμνήστουον); XIII, 735; vid. etiam Apollod. XIII, 735. **certatim ex omni. . . regno**: ad locutionem Bellinger (Transact. and Proc. 53, 1922, p. 78) contulit Catull. 64, 392 *tota certatim ex urbe ruentes*.

413. Leo, Progr. Gött. 1902, p. 17 sqq. 'versu 413 quid faciam

nescio' confessus versum excidisse opinatus est. Idem iudicaverunt Sudhaus (*qua* <maris Ionii rapidus premit impetus Isthmon | et> *curvus terras a. H.*) et Helm (*quam turba e terris* <petiit longinqua procorum, | *quas pulsans undis*> *amplectitur H.*); Vollmer in ed. duorum versuum reliquias discerpit. Simplicius tamen et alii et Housman (Class. Rev. 17, 1903, p. 309) versum interpretati sunt per Hellesponti nomen h.l. etiam mare Aegaeum esse comprehensum arbitrati; cf. Leo parum accurate ad Cul. 337 sq.: '*Hellespontiacas undas cum Euboicis commiscet*'; frg. trag. inc. Ribbeck³, 55 (Sen. Ep. 80, 7): *en impero Argis: regna mihi liquit Pelops, | qua ponto ab Helles atque ab Ionio mari | urguetur Isthmos*; ibd. 92 (Cic. Or. 163): *qua pontus Helles, supera Tmolium ac Tauricos* nec non testimonium Strab. VII, fr. 57 τὸ Αἰγαῖον πέλαγος μέχρι τοῦ Θερμαίου κόλπου καὶ τῆς κατὰ Θετταλίαν καὶ Μακεδονίαν θαλάσσης ἔπαινον ἄξιόυσιν Ἑλλησποντον προσαγορεύειν δεῖν. Ita etiam Ellis in ed.: 'Hellespontum pro Aegaeo videtur posuisse; cf. Nairn in Class. Rev. 1899, p. 436' Vid. etiam Jachmann (Rh. Mus. 70, 1915, p. 640), qui porro contulit Sen. Herc. Oet. 775 sq. Codd. vs. ita tradunt *quam* (*qua* L) *curvus e* (*e* omittunt LR; et H²) *terris* (-as A²L) *amplectitur* (*complectitur* L) *Hellespontus*. Birt et Lenchantin insolita verborum coniunctione: *quam curvus terris* (Lench.: 'Ellesponto s'inarca nelle insenature della costa'); rectius, ut puto, Ellis (qui tamen in app. crit. quaerit num potius *incurvans terras* legendum sit) et Curcio: *qua curvus terras* (quod cod. L retinuit; cf. Verg. Georg. II, 12; IV, 278 *flumina curva*; Aen. III, 238 *curva litora*; alio sensu epitheton legitur Ov. Met. XI, 505). *amplectitur*, cf. Catull. 64, 30 *Oceanusque mari totum qui amplectitur orbem* (cf. Euphor. 147 Scheidweiler: ὠκεανός, τῷ πᾶσα περίρρυτος ἐνδέδεται χθών).

414. illa ego sum: vid. ad vs. 411. *sacrato foedere* (*foedere* - ὄ, cf. Catull. 64, 373 *accipiat coniunx felici foedere divam*; Verg. Aen. IV, 520; XI, 356; XII, 286), vid. ad vs. 187; 405; 422; Prop. IV, 18, 23 *hanc igitur dotem virgo desponderat hosti*.

415. dicta (ita ceteri codd.; *facta* L, quae varia lectio glossa esse videtur quae e margine in textum irrepsit); simplex l.n. positum esse puto pro composito, q.e. *addicta*, quo de verbo vid. ad vs. 420; minus recte Lenchantin: 'appellata, vocata', conferens Verg. Aen. II, 678 *coniunx quondam tua dicta. etsi* vid. ad vs. 1. *accipis* recte codd. tradunt; neerlandice: 'aanvaarden (van een betoog)'; cf.

e.g. Cic. ad Fam. IV, 4 *excusationem accipere*; Heinsius: *aspicis maluit. audis* (neerlandice: 'gij hoort, verstaat, het dringt door tot uw ooren') omnes codd. tradiderunt; Vollmer (Sitzungsber. d. Bay. Ak. 1907, p. 361, 1): *audi* (cf. 454), quam tamen emendationem a viro docto Helm receptam plurimi editores abnuerunt (cf. Klotz, Phil. Wschr. 52, 1932, 1289), neque mihi necessaria videtur. Ad vs. porro conferas Ov. Met. VIII, 134 *ecquid ad aures perveniunt mea dicta tuas?*

416. tranabo. . . . undas cf. Ov. Am. II, 16, 31 *transnaverat undas*; Art. am. II, 41 *transnabimus undas*; Cul. 215 *transnare per undas. gurgitis undas*, cf. Cul. 364 *gurgis in unda* (Heynius: *gurgitis unda*); Il. lat. 908 *in. . . . gurgitis undis*.

417. vincta παθητικῶς, per anaphoram. **ex ordine** —̄ etiam Lucr. I, 605; IV, 370; 574; 973; V, 418; 679; Verg. Georg. III, 341; IV, 507; Aen. I, 456; V, 773; VII, 177; ad vim locutionis cf. Verg. Georg. III, 341 *totum ex ordine mensem*; IV, 507 *totos. . . . ex ordine menses*; —̄̄̄̄ **assiduas**, cf. Lucr. V, 252 *solibus assiduis. . . . luges* cf. ad vs. 397. **pendebo**, cf. Prop. IV, 19, 22 *pendet Cretaea* (Cir. 115) *tracta* (Cir. 390) *puella rate*. De re vid. ad vs. 403.

418. Cf. Ov. Trist. III, 5, 51 *non equidem totam possum defendere culpa m. non equidem*, cf. ad vs. 19. **contendere** —̄ etiam Ov. Met. II, 855; h.l. verbum per acc.c. inf. constructum vim verbi declarandi praebet, quam vim Vergilius nusquam, Ovidius autem quater exhibet: Am. II, 8, 10 *illum ego contendi mente carere bona*; Met. II, 855; Her. 20, 49; Ep. ex P. II, 3, 80. Cf. porro Lucr. V, 1343; Catull. 44, 4; Hor. Ep. I, 16, 37 (Thomason, Class. Phil. 19, 1924, 148 sq.). Vid. etiam Ganzenmüller, p. 610; Th. l.l. ad v. Ad vim versus cf. Ov. Met. VIII, 127 *nam, fateor, merui et sum digna perire*; X, 484, ubi Myrrha: *merui nec triste recuso | supplicium*.

419. patriam meosque penates, cf. Lucr. III, 85 . . . *iam saepe homines patriam carosque parentes | prodiderunt*; Verg. Georg. II, 514 *patriam parvosque penates* (cf. vs. 505); Ov. Met. VIII, 90 sq. *Scylla tibi trado patriaeque meosque penates*; Lucan. VII, 43 *patriam carosque penates*.

420. immiti. . . . tyranno, cf. Verg. Georg. IV, 492 *immitis rupta tyranni | foedera*; *immitis* Minos etiam a Scylla vocatur Ov. Met. VIII, 66; 110 (Korn—Ehwald ad l.: 'immitis, das Vergil, wie die übrigen Augusteer, selten angewendet, hat Ovid häufig vgl. v. 66; V, 93; VII, 438; X, 573 u.a.'). **addixi** (ita recte H¹A²L; A¹RH²: *adduxi*), cui verbo 'a Roman legal tinge' esse Steele (Am.

Journ. of Phil. 51, 1930, 148) recte admonuit, h.l. idem fere valet quod *prodidi*, cf. Lucr. III, 85 ad vs. 419 allatum; ad vim verbi Lenchantin contulit Cic. ad Att. IX, 9, 4 *mihi ista omnia iam addicta vastitati videntur*; Sil. It. XV, 247 *populumque addixit inermem*; aliter Ov. Met. I, 617; cf. Verg. Aen. III, 653 (Plessis—Lejay: 'verbe par lequel le prêteur adjuge un objet à quelqu'un en toute propriété'); Hor. Epod. 17, 11 *addictum feris* (Kiessling—Heinze ad l.: 'als Eigentum zugesprochen'); vid. Drachmann, Herm. 43, 1908, 422. **ignara** (perperam Maehly et Kreunen: *gnara*; Heinsius: *ingrata*) sc. *tam immitem eum fore*.

421. **verum est: haec** (*hoc* L) HAR; *verum istaec* Schrader proposuit, quam coniecturam Ellis et Curcio approbaverunt; emendatione tamen nulla opus esse puto. Scylla haec dicere vult: 'Vere dixi ignaram me fuisse crudelitatis tuae'. **haec** i.e. *hoc supplicium, hos cruciatus*. **sclerata** (cf. vs. 52) **putavi**, cf. Verg. Ecl. 1, 19 *putavi | stultus*.

422. **nudasset** h.l. i. fere q. *prodidisset*: neerlandice: 'zou hebben aan het licht gebracht'; alio sensu Verg. Aen. I, 356 *pectora ferro | nudavit* (quamquam Servius ad l.: *nudavit indicavit*); cf. Ov. Am. II, 5, 5 *nudant tua facta tabellae*; Lygd. 13, 2 *amor, qualem texisse pudori | quam nudasse alicui, sit mihi fama magis*. Vid. Thomason, Class. Phil. 19, 1924, 153; minus apte Drachmann (Herm. 43, 1908, 421) contulit Hor. Sat. II, 5, 47; 8, 37. **nostra foedera**, vid. ad vs. 414.

423. **moenibus urbis**; magnopere haec versus clausula poetis placuit; vid. e.g. Verg. Aen. III, 255; XI, 567; XII, 116; Ov. Am. III, 8, 47; Met. II, 214; VIII, 291; crebro etiam legitur apud recentiores, vid. e.g. Lucan. X, 18; Val. Flacc. II, 308; Sil. It. I, 367; Stat. Theb. V, 311.

424. **o ego crudelis** cf. Ov. Ep. ex P. III, 2, 77 *non ego crudelis*; Verg. Ecl. 2, 6 *o crudelis*. **o ego** etiam Ov. Met. VIII, 51 (in Scyllae monologia); II, 520; IX, 487; Ep. ex P. I, 4, 49. Post interiectionem q.e. *o* hiatum neque Catullus neque Vergilius admittere videtur, semel tantum ap. Hor. (Epist. I, 19, 19 *o imitatores, servum pecus*...) legitur, crebro autem apud Ovidium: e.g. Met. I 363 *o utinam* (quae verborum coniunctio passim occurrit); XIV, 832 *o et*; Art. am. III, 347 *o ita*. **flamma delubra petivi**; cf. Enn. 79 *fana flamma deflagrata*. **delubra** i.q. *templa*; ad vim vocis Lenchantin attulit Prop. app. gramm. IV, 202 *inter templa et delubra*

hoc interest quod templa, ubi simulacra sint, designant, delubra vero aream cum porticibus demonstrant. Ad vss. 421—424 cf. Ov. Met. VIII, 128sq. *me tamen ex illis aliquis quos impia laesi, / me perimat!*

425. te... **victore** cf. Ov. Met. VIII, 445; Fast. V, 577 (Thomason, *Class. Phil.* 19, 1924, 156, qui animadvertit Vergilium abl. abs. cum voce q.e. *victor* nusquam posuisse). **sidera cursus**; versus clausula etiam legitur Manil. II, 72 (I, 461 et 681: *sidera cursu*); German. Arat. progn. fr. IV, 113. **cursus mutatura** cf. Verg. Ecl. 8, 4 (vid. ad Cir. 233); de figura q.d. ἐκ τοῦ ἀδυνάτου scripserunt Demmling, *De poet. lat. ἐκ τοῦ ἀδυνάτου comparationibus*, Würzburg, Progr. 1898, p. 28; Canter, *Am. Journ. of Phil.* 51, 33; E. Dutoit, *Le thème de l'adynaton dans la poésie antique* (Coll. d'études anciennes, 43), Paris, 1936.

426. captae merito editores retinent, quamquam Ellis in app. crit. dubitat, num potius *pactae* ('thy affianced bride'; cf. Verg. Aen. X, 79) legendum sit (*Am. Journ. of Phil.* 15, 1894, p. 489).

427. metui: verbum q.e. *metuere* h.l. per acc. c. inf. constructum est, qua de re vid. Kühner—Stegmann, II, 2, p. 255; Stolz—Schmalz⁵, p. 587; Drachmann (*Herm.* 43, 1908, p. 419): 'Ich habe dafür kein zweites Beispiel gefunden; was citiert wird, gehört nicht hierher. Livius hat bekanntlich die Construction öfters nach *timeo*; an unserer Stelle ist sie durch die Form der Rede entschuldigt; es schwebt anfänglich ein *putavi* od. dgl. vor'. Lenchantin *Catull.* 64, 146 *nil metuunt iurare* attulit; e talium versuum recordatione auctor noster fortasse ad usum verbi pellectus est. **iam iam** eodem versus loco etiam Verg. Aen. IV, 371; VI, 602. **omnia vincit** (cf. Cir. 77; 437), cf. Verg. Ecl. 10, 69; Georg. I, 145; Ov. Ep. ex. P. II, 7, 75; Manil. II, 602 *poenas iam noxia vincit*; IV, 932; Val. Flacc. I, 236; cf. porro Pease ad Verg. Aen. IV, 371.

428. tene (ita Vollmer, cf. 290; 314 sq.; 443 sq.; *ten* l.n. codd. tradunt) ego etiam vs. 290. Ad vim versus cf. Ov. Met. VIII, 109 *o patriae praelate meae, praelate parenti*.

429. vultu decepta puella appositio est ad subiectum vs. sequentis: *perii* (Maurice Rat: 'jeune fille trompée par un beau visage, je te vis, je péris'); minus recte, ut puto, Skutsch (II, 34) vs. interpretatus est post illud *puella* exclamationis signum legens (ad elipsin verbi q.e. *sum* vid. quae Leo adnotavit ad Sen. I, 181); Leo (*Herm.* 42, 1907, 55): *vultu decepta puella* (sc. *dilexi*, ἐπὶ κοινῶ cum vs. praecedenti.). Vollmer versum 430 parenthetice positum esse

ac *vultu decepta puella* subiectum esse verbi q.e. *speravi* (431) putat. **decepta puella**, cf. Ov. Her. 2, 65 *sum decepta tuis et amans et femina verbis*; 12, 92 *sic cito sum verbis capta puella tuis*.

430. Versus etiam legitur Verg. Ecl. 8, 41; versus 37—41 (*vidi... / ut vidi, ut perii*) artissime cohaerent cum Theocr. 2, 77 sqq.: εἶδον Δέλφιν ὁμοῦ τε καὶ Εὐδάμικπον ἴοντας / χὼς ἴδον, ὡς ἐμάνην, ὡς μοι περὶ θυμὸς ἰάφθη (cf. etiam Ov. Her. 12, 31 sqq. *tunc ego te vidi... / et vidi, et perii...*). Vid. porro Theocr. 3, 42: ὡς ἴδεν, ὡς ἐμάνη, ὡς εἰς βαθύν ἄλατ' ἔρωτα nec non e recentioribus Racine, Phèdre, 273: *je le vis, je rougis, je pâlis à sa vue*. Et alibi in Ecl. 8 Vergilium Theocriti versibus usum esse Jahn affirmavit (Herm. 37, 1902, 167; cf. Programm, Berlin, 1898, 8 sq.), ad Ecl. 8, 37—41 etiam afferens Theocr. 11, 25—29:

ἡράσθη μὲν ἔγωγε τεοῦς, κόρα, ἀνίκα πρᾶτον
 ἦνθες ἐμᾶ σὺν ματρὶ θέλοισ' ὑακίνθινα φύλλα
 ἔξ ὄρεος δρέψασθαι. ἐγὼ δ' ὀδὸν ἀγεμόνευον.
 παύσασθαι δ' ἐσιδὼν τυ καὶ ὕστερον οὐδ' ἔτι πα
 ἔκ τήνω δύναμαι. τὴν δ' οὐ μέλει οὐ μὰ Δι' οὐδέν. [νῦν
 Vid. etiam Leo (Herm. 42, 1907, 54); Sudhaus (ibid. p. 486, 2); Witte (Herm. 57, 1922, 567); Helm (Herm. 72, 1937, 89 sq.); Cartault (Etude sur les Bucoliques de Virgile, p. 278). Drachmann putat Ciris auctorem locutionem a Parthenio demutuatum esse; Skutsch (II, 182) attulit Mosch. Europae vs. 74 ὡς μιν φράσαθ' ὡς ἐόλητο et Ach. Tat. I, 4 ὡς δ' εἶδον, εὐθύς ἀπωλώλειν. Cf. etiam Hom. II. XIV, 294 ὡς δ' ἴδεν, ὡς μιν ἔρωσ πυκινὰς φρένας ἀμφεκάλυψεν. Ad alterum hemistichium cf. Ov. Tr. I, 2, 99 *me meus abstulit error*. error i.q. *amor insanus*, cf. vs. 240.

431. **non equidem**, vid. ad vs. 418. **speravi** cf. Catull. 64, 140 *non haec miserae sperare iubebas* (cf. Verg. Georg. IV, 325); Verg. Ecl. 8, 26 *quid non speremus amantes?*

432. Versum ita codd. tradunt: *forma vel sidera* (ita HA¹; sydera A; sidere A²LR) *fallor* (ita LAR; *fallere* H¹; *fallat* H²), quod quo modo corrigendum sit valde viri docti inter se dissentiunt. Haupt (ita etiam Klotz, Ph. Wschr. 52, 1932, 1288; Vollmer; Helm): *forma vel sidera fallas*, quod sine dubio bonum sensum praebet; Lenchantin: *forma vel sidera fallat* (sc. *corpus*); Ellis olim *formae leve sidere falli* ('it is an easy thing to be deceived by divine beauty'; cf. Ov. Her. 2, 63 *fallere credentem non est operosa puellam | gloria...*), idem Am. Journ. of Phil. 15, 1894, 489 *formae quae sidere fallor*:

'since I am blinded by thy starry beauty'; vir doctus Observ. II, p. 323 *formae vel sidere falli* (sc. *speravi*: 'to be deluded by your star-like beauty'); Burnaby Greene (qui una cum versione Apollonii Rhodii etiam Ciris versionem edidit): *formaque et sidere fallor*: 'I am the victim alike of beauty and evil star'. Lectionem codicum LA²R *forma vel sidere fallor* Curcio retinuit. Cum autem codd. tantopere inter se differant neque ullius codicis lectio bonum sensum praebere mihi videatur, Hauptii levissimam emendationem, quamvis hacsitabundus (*fallas* enim h.l. idem fere q. *vincas*, quod nusquam alibi inveni, neque Plin. N.H. XI, 157 *tanta celeritate ut visum fallant conferre velim*), in textum recepi; coniecturae, quam Ellis proposuit, praesens tempus suspicionem commovere videtur (*decepta sum* exspectes) nec non levem tautologiam illi *vultu decepta puella* locutio redderet; cf. autem Cir. 38; 481; Sen. Phaedr. 1110 *formae decus*; Stat. Silv. III, 4, 26 *puerum egregiae praeclarum sidere formae*. Ad vim versuum 431 sq. cf. Catull. 64, 175 *celans dulci crudelia forma*.

433. *me non recte* HAR; *non me* L, quod fortasse ortum est ex initio versus 436 (*non metus*). *deliciis*; „here *deliciae* means 'delights, pleasures'; so also in the foll. 13 examples in Ovid.: Am. III, 14, 18; 15, 4; Her. 15, 194; Art. am. III, 649; Rem. 154; 374; Met. XIII, 831; Fast. V, 334; 367; Ep. ex P. I, 10, 16; 18; 19; Trist. I, 2, 80. Cf. Catull. 69, 4. Verg. uses *deliciae* twice, each time in the fig. sense 'darling, sweetheart': Ecl. 2, 2; 9, 22" (Thomason, Class. Phil. 19, 1924, 149); Cf. etiam Mart. XI, 13, 3 *urbis deliciae salesque Nili*; XII, 15, 5 *stupet superbi / regis delicias gravesque luxus*; Kroll ad Catull. 69, 4: „vielleicht noch mit Durchschimmern der ursprünglichen Bedeutung: 'Lockung'." *regia dives* cf. Ov. Met. IV, 467 sq.: *Athamanta superbum / regia dives habet*; XIII, 430 sq.: *Polymestoris illic / regia dives erat*.

434. Vs. ita traditur: *coralio* (L; *corallo* HR; *corrallo* A; *curalio* emendavit Ald. 1534; item Scaliger, Ribbeck, Jahn, alii) *fragili et lacrimoso electro* (*lacrimoso movit electro* varie scriptum LA²); metrum ed. Ald. 1534 restituit initio versus addens <*dives*>, quod plurimi edd. receperunt. Ellis proposuit: *curalio* <*dives*> *fragili* (Am. Journ. of Phil. 15, 1894, 489); Scaliger: *curalio fragili ac* (vel *atque*) *electro lacrimoso*; Curcio metro invito codicum LA² lectionem recepit; Sillig: *curalio* <*splendens*> *fragili*; Leo: *fragili* <*nitida*> *et*; Helm (Rh. Mus. 85, 1936, 283): <*fulgens*> *fragili*. — √ √ *curalio* etiam Ov. Met. IV, 750; XV, 416 (etiam Lucr. II, 805), quod emendationem editionis

Aldinae commendat; de curalio scripsit Plin. N.H. XXXII, 12 *forma est ei (curalio sc.) fruticis, color viridis, bacae eius candidae sub aqua et molles, exemptae confestim durantur. lacrimoso* ∪ ∩ (etiam Ov. Met. XIV, 746; Fast. III, 387), cf. Verg. Ecl. 8, 54 *pinguia corticibus sudent electra myricae*; Ov. Met. II, 364 sq. **electro** in fine versus spondiaci etiam Verg. Aen. VIII, 402 (Plessis—Lejay ad l.: 'métal composé d'or et d'argent, on prisait surtout la proportion de quatre parties d'or et une d'argent (Plin. N.H., XXXIII, 80); ἤλεκτρον (déjà Homère)'. Notanda est figura, quae dicitur chiasmus, de qua vid. e.g. H. V. Canter, Rhetor. Elem. in the Trag. of Seneca, 165 sqq.

435. **me non**, se commoverunt, quod e commovit (433) facile intellegitur, cf. Ov. Met. VIII, 111 *nec te data munera nec te / noster amor movit. aequali corpore nymphae*: cf. Catull. 64, 17. . . . *nudato corpore Nymphas*; Verg. Aen. I, 71 *praestanti corpore Nymphae* (cf. Ov. Met. I, 192). **nymphae** aliter atque ap. Verg. h.l. idem valet q. *puellae*, quem vocis graecae usum apud neotericum nihil esse cur miremur Skutsch recte (II, 95) admonuit (vid. Ganzenmüller, p. 640); bis etiam apud Ovid.: Her. 1, 27 *grata ferunt nymphae pro salvis dona maritis*; 9, 103 *se quoque nympa tuis ornavit Iardanis armis. aequali* cf. Enn. Alex. 44 *virgines vereor aequales, patris mei meum factum pudet*: Pacuv. trag. 166 *cum neque me aspicere aequales dignarent meae*; porro cf. Val. Flacc. VIII, 142 *aequalesque tibi, Medea, puellae*; Hom. II. III, 173 sqq., ubi Helena ad Priamum:

ὡς ὄφελεν θάνατός μοι ἄδειν κακός, ὀππότῃ δεῦρο
 ὕει σῶ ἐπόμην, θάλαμον γνωτούς τε λιποῦσα
 παῖδά τε τηλυγέτην καὶ ὀμηλικίην ἐρατεῖνην

(i. fortasse q. *florentes aequali corpore nymphas*). Ad mirabilem autem locutionem q.e. *aequali corpore* (i.q. *aequales*, gr. ὀμηλικες; ita etiam Scaliger, nec non Lenchantin: '*aequali* per enallage è riferito a *corpore* invece che a *nymphae*'), qua haud ita apte auctor noster, fortasse imitatione Vergiliana (Aen. I, 71; *praestanti* eum desumere *florentes* vetuerat) plectus, h. l. usus est, nihil inveni, quod afferere possim; quare haud spernenda mihi quidem esse videtur interpretatio, quam comiter v. d. Wagenvoort mecum communicavit, eandem vim adiectivi esse quam neerlandice 'harmonisch; goedgeproportioneerd' (gr. ἴσος), cf. e.g. Suet. Tib. 68, 1 (*Tiberius*). . . . *ceteris quoque membris usque ad imos pedes aequalis et congruens*.

436. Codd. tradunt: *incendens* (-es R)H¹A²R; *incedens* H²; *incensam* A²L. Ellis (Am. Journ. of Phil. 15, 1894, p. 489) *incendens* defendit ('distracting'; cf. Verg. Aen. IV, 360; Catull. 64, 226; Callim. Del. 201 ἐπεὶ περιχάισο κηρί (quod Th. Canter quidem coniecit; codd. πυρί) / πλήμων' ὑπ' ὠδίνεσσι βαρυνομένην ὀρώωσα; cf. etiam Verg. Aen. IX, 500); Leo, Progr. Gött. 1902, 18 *impēdens* proposuit, quod Vollmer recepit, Skutsch (II, 93), Klotz (Ph. Wschr. 52, 1932, 1288), Housman (Class. Rev. 17, 1903, 309) approbaverunt; cf. e.g. Cic. Verr. V, 60 *formidines impendent*; Rosc. Amer., 11 *omnes in me terrores impendeant. incensam* (A²L) Lenchantin, Curcio, Karsten (Sert. Nab. 200), alii receperunt (cf. Catull. 64, 97 *qualibus incensam iactastis mente puellam / fluctibus*. Helm (Rh. Mus. 85, 1936, 284) *incedens* maluit (cf. Liv. I, 17, 4; II, 27, 10 *incessit timor*; IX, 4, 6 *maestitia incessit*; Caes. b.c. II, 29, 1 *incesserat timor*, vid. Meusel ad l.; Tac. Ann. I, 39 *intrat metus*; 55 *spes incesserat*. Non facile dictu est, quae lectio praeferenda sit, quamquam *metus impēdens* per levem quandam contaminationem exstitisse ex *metus deorum et metus impēdens* (i.q. *metus suppliciorum a diis impendentium*) et optimum sensum mihi quidem praebere videtur; lectio autem tradita q.e. *incensam* haudquaquam sensu caret; quare nihil mutandum esse censeo. **potuit retinere** √-∩ cf. Verg. Aen. V, 669 *possunt retinere magistri*.

437. Cf. Verg. Ecl. 10, 69 *omnia vincit Amor; et nos cedamus Amori!* (vid. Ladewig—Jahn ad l.; cf. etiam Ecl. 9, 66); 2, 68 *me tamen urit amor; quis enim modus adsit amori?* (cf. Theocr. 7, 56 θερμός γὰρ ἔρωσ ἀτῶ με καταίθει); Ov. Rem. 467 *vidit id Atrides, quid enim non ille videret?* Ov. Met. X, 26 *vicit Amor . . .*; vid. etiam ad Cir. 71; 334; 513; Pease ad Verg. Aen. IV, 38. Ciris auctorem primo ea quae Scylla ipsa experta sit (*omnia vicit Amor*) rettulisse, deinde autem sententiam generalem addidisse recte Skutsch (II, 96 sq.) animadvertit. Nihil et neminem esse, qui Amorem vincere possit, poetarum locus communis bene cognitus est (vid. e.g. Soph. Ant. 781 Ἐρωσ ἀνίκατε μάχαν; Trach. 441). **vicit** cod. H servavit; codd. LAR imitati scilicet Verg. Ecl. 10, 69 *vincit* tradunt, id quod aridam tautologiam redderet.

438. **pingui**. . . **myrrha** cf. Ov. Med. fac. 88 *et modicum e myrrhis pinguibus adde cubum. sudabunt* (Baehrens: *stillabunt*, cf. e.g. Ov. Met. I, 117), cf. Verg. Ecl. 8, 55 ad vs. 434 all.; 4, 30 *et durae quercus s u d a b u n t roscida mella*; Georg. II, 118; etiam Lucr. VI, 1147 et passim.

439. **castos** (ita HA²L; *dascos* A¹R) . . . **honores** (ita AR; *odores* HL; cf. 109; Stat. Silv. I, 3, 11), etiam Cir. 146; cf. Verg. Ecl. 4, 48; Ov. Met. VIII, 740 ubi vulgo *odores* (ita MN; *honores* λ, quod putatur desumptum esse e Verg. Aen. III, 547) legitur. Ellis Am. Journ. of Phil. 15, 1894, 490) quaerit, num pro *castos* fortasse potius *faustos* ('lucky, well-omened') legendum sit. De facibus nuptialibus vid. e.g. Samter, Geburt, Hochzeit u. Tod, p. 72; Rossbach, Unters. über die römische Ehe, p. 337 sqq.; nec non commentatores ad Catull. 61, 98.

440. **Libys** (i.q. *Libycus*) etiam Ov. Met. V, 75; Fast. IV, 570; Stat. Silv. IV, 2, 27; h.l. i.q. *eburneus* cf. Prop. III, 5, 5 *nec mihi tunc fulcro sternatur lectus eburno*; Catull. 64, 4 sq. *pulvinar. . . . geniale locatur* / . . . , *Indo quod dente politum* (Kroll ad l.: 'seit der hellenistischen Zeit bezog man auszer afrikanischem auch indisches Elfenbein') / *tincta tegit roseo conchyli purpura juco*. Ad locutionem cf. porro Prop. II, 31, 12 *et valvae, Libyci nobile dentis opus. lectulus* (h.l. i.q. *lectus genialis*, κλίνη γαμική; vid. Catull. 64, 47 sq. supra all.); vox, qua Verg. nusquam usus est, apud Catull. (e.g. 64, 88), Ov., Prop. legitur. — Assyrio (h.l. i.q. *Tyrio*; vid. Ladewig — Jahn ad Verg. Georg. II, 465 et Haupt—Müller—Ehwald ad Ov. Met. VI, 61) etiam Catull. 68, 144; Verg. Ecl. 4, 25; Georg. II, 465 *Assyrio. . . . veneno* (i.q. *ostro*); Cul. 62; Stat. Theb. VI, 209; Silv. II, 4, 34, alibi. **ostro** in fine versus, cf. Verg. Georg. III, 17 *Tyrio. . . . ostro* (etiam Ov. Met. X, 211; Her. 12, 179); Aen. I, 700; VII, 277; XII, 67; Ov. Tr. IV, 2, 27 *Sidonio. . . . ostro*.

441. **magna queror** omnes codd. tradunt, quod varie editores interpretantur; Vollmer, haud ita longe, ut puto, a veritate, in app. crit.: *magna* sc. *non illa, sed ἀταφίαν*; idem fere iudicat Lenchantin, conferens Enn. Trag. 311 *neque sepulcrum quo recipiat habeat portum corporis / ubi remissa humana vita corpus requiescat malis*; cf. Soph. Ant. 26 sqq.; Helm contra: 'dasz sie das Glück der Ehe verloren, ist etwas Groszes gegenüber dem folgenden, dasz sie nicht einmal ein Grab daheim findet'. Housman (Class. Phil. 19, 1924, 148) *parva queror* (cf. Ov. Met. II, 214; Art. am. II, 631 nec non Lucan. IX, 783; Stat. Silv. IV, 2, 52; V, 1, 127; 3, 159; Claud. Rapt. Pros. II, 294) et Heinsius *vana queror* proponentes sensum quidem recte perspexisse mihi videntur, quamquam neutram coniecturam recipere velim, *magna* ironice h.l. dictum esse opinatus (neerl.: 'het zijn me nog al groote dingen, waarover ik nu

klaag!'). *nec et (ut A²) codd. AR tradunt; HL ne ut; Heynius, quem Curcio secutus est, me ne, Scaliger (ita etiam Lenchantin): nec me; Ellis ne tu. . . . tumulabis coniecerunt. nec et i.q. et ne. . . . (quidem); et inversum quod passim legitur (vid. ad vs. 47); nec i.q. ne, cf. ad vs. 239. communis l.n. cum dativo coniungitur, quod etiam fit ap. Ov. (Met. IV, 66; XIII, 397), nusquam autem ap. Verg. (cf. Aen. II, 573). alumna (perperam Heinsius *alumnam*) l.n. i.q. *alma* (Colum. III, 21, 3 *tellus alma*); recte Lenchantin ad l.n. attulit Non. p. 242 *alumnos consuetudo quos alas vel educas vel eos qui alunt dici vult*; Serv. ad Verg. Aen. XI, 33 *alumnus est qui graece τρόφιμος dicitur*.*

442. Cf. Catull. 64, 153 *neque iniecta tumulabor mortua terra*; Ov. Met. VII, 361 *parva tumulatus harena est*; Ep. ex P.I, 6, 49 *inque Tomitana iaceam tumulatus harena. iniecta* cf. Soph. Ant. 245 sqq. . . . τὸν νεκρὸν τις ἀρτίως / θάψας βέβηκε κατὰ χρωτὶ διψίων / κόνιν παλύνσας κάφαγιστεύσας ἀ χρῆ; Hor. Carm. I, 28, 35 *licebit iniecto ter pulvere curras*; vid. etiam E. Rohde, Psych. p. 200. *tumulabit*, quod verbum Catullum primum ad gr. τυμβεύειν finxisse Kroll ad Catull. 64, 153 suspicatus est, recte in cod. L legitur, HAR: *cumulabit*; Vergilius verbo nusquam usus est.

443. Ad sensum vss. 443 sqq. cf. Catull. 64, 160:

*at tamen in vestras potuisti ducere sedes,
quae tibi iucundo famularer serva labore
candida permulcens liquidis vestigia lymphis
purpureave tuum consternens veste cubile.*

Cf. Hom. II. III, 409: εἰς ὃ καὶ σ' ἡ ἄλοχον ποιήσεται ἢ ὃ γε δούλην; Eur. frg. 133: ἄγου δέ μ' ὦ ξέν' εἶτε πρόσπολον θέλεις εἶτ' ἄλοχον εἶτε δμῳίδα; Nonn. 47, 390 ubi Ariadne: δέξο με σὼν λεχέων θαλαμηπόλον, ἦν ἐθελήσῃς, καὶ στορέσω σέο λέκτρα. . . . τλήσομαι. . . . γλυκερῷ Θησῆι φέρειν ἐπιδόρπιον ὕδωρ; Prop. IV, 4, 33 *o utinam ad vestros sedeam captiva penates*; Ov. Her. 3, 69 *victorem captiva sequar, non nupta maritum. | est mihi, quae lanas molliat, apta manus. | inter Achaeiadas longe pulcherrima matres | in thalamos coniunx ibit eatque tuos. . . . nos humiles famulaeque tuae data pensa trahemus | et minuent plenas stamina nostra colos*. Pro lectionibus codicum (*ancillarique*, HA¹R; *ancillarumque* A²L, vid. infra) Silig levi emendatione *ancillarisque* restituit, quod plurimi editores (Ellis, Vollmer, Curcio, Lenchantin) receperunt; Helm (Rh. Mus. 85, 1936, 283 sq.) lectionem in codd. HA¹R traditam defendere

conatus est; ad verbum satis rarum q.e. *ancillari* (i.q. *famulari*, Catull. 64, 61) nos conferre iubet Thes.II. sub voce (vid. e.g. Apul. Doctr. Plat. p. 9 *cetera membra ancillari et subservire capiti*); ad hyperbaton vocis q.e. *que*: Norden³, ad Verg. Aen. VI, p. 404; F. Kirby Smith ad Tibull. I, 1, 40; porro etiam conferas Ellis, Am. Journ. of Phil. 8, 13 qui eandem interpretationem secum reputavit. *ancillares*. . . . *maritas* 'tes épouses ancillaires', (M. Rat), cf. Hom. Il. XXIV, 496 ἐνεακαίδεκα μὲν μοι ἰῆς ἐκ νηδύος ἦσαν, / τοὺς δ' ἄλλους μοι ἔτικτον ἐνὶ μεγάροισι γυναῖκες; cf. Il. VIII, 304 sq.; IX, 128; XXI, 84 sq.; Verg. Aen. III, 321 sqq. *ancillarum*. . . . *catervas* codicum A²L traditio est, quam tamen iure editores reiciunt, quippe quae pleonasmum vix tolerabilem (vs. 444 *inter alias* sc. *famulas*) exhibeat. Longe aliter Housman (Class. Rev. 17, 1903, p. 310) locum sanare conatus *ancillarique mitratas / men avias* legendum proposuit, quod ita interpretatus est: 'mene ancillari munere inter matres mitratasque avias famularum fungi non licuit?' *ancillari*. . . . *munere* (cf. Cic. Tusc. V, 20 *artificium ancillare*) ἀπὸ κοινοῦ positum esse putat; ad mitram cf. Ov. Fast IV, 517 sq.; Met. XIV, 654 sqq.

444. *mene alias* ed. Ald. 1517; *m(o)enalias* codd.; Ellis in app. crit. addit fortasse *men famulas* esse legendum. *famularum* (Heyne, Baehrens: *famulari*) *munere fungi*, cf. Cic. Brut. 63 *functus omni civium munere*; Fin. I, 6 *nos non interpretum fungimur munere*; Tusc. III, 41 *fungar enim interpretis munere*; cf. etiam Verg. Aen. VI, 885 *fungar inani / munere*; Ov. Met. X, 273 *munere functus*.

445. *atque inversum*; vid. ad vs. 47 nec non Hor. Sat. I, 5, 4; 6, 131; Epod. 8, 11; 17, 4; Caes. Epigr. 3; Prop. III, 13, 39; Cinn. frg. 3, quos locos Sudhaus, Herm. 42, 1907, p. 503a.2 attulit; cf. etiam vs. 480. Ad versus clausulam cf. Ov. Met. VIII, 79: . . . *illa beatam*; pro *beatae* (HAR) in cod. L *beata* legitur, quod Naeke, Dir. p. 407, velut multo elegantius praetulit.

446. *non licuit* etiam Verg. Aen. IV, 550; V, 82 sq. *non licuit fines Italos fataliaque arva / nec tecum Ausonium, quicumque* (cf. Cir. 445) *est, quaerere Thybrim* (cf. Lucr. I, 440; 1043). *gravidos* h.l. id quod *graves* vel *oneratos* cf. vs. 26; 230; Prop. III, 15, 15 *A! quotiens famulam pensis oneravit iniquis. penso devolvere fusos* cf. Verg. Georg. IV, 348 *fusis mollia pensa* (cf. Theocr. 24, 74 μαλακὸν νῆμα) / *devolvunt*; ad vim vocis q.e. *pensum* vid. F. Kirby Smith ad Tibull. I, 3, 87.

447. **belli** . . . lege cf. Schoemann—Lipsius, Gr. Altertümer II⁴, p. 10; vid. etiam Philippson, The international law and custom of ancient Greece and Rome, London, 1911; E. Remy, Sur une application de la morale Stoïcienne au *ius belli*. Mus. Belge 19—24 (1915—'20); 24—38; 53—72.

448. Contra fidem archetypi (etiam cod. Bruxellensis, de quo vid. ad vs. 454) Sudhaus (Rh. Mus. 61, 1906, 28 sqq.) vss. 448—453 post vs. 477 transposuit; idem etiam Vollmer voluit in app. crit. haec adiciens: *aberraverat librarius a i a m v. 454 ad i a m v. 448 columnamque 24 versuum (454—477) sex demum versibus perscriptis se omisisse vidit: signa quibus ordinem correxerat in apographis perierunt. erant igitur v. 454 et 448 primi duarum paginarum vel duorum ordinum versus (ut 454 nunc etiam est in B fuitque in Vergilio S. Eucherii); correcti, sed falso correcti ordinis videtur signum extare in B ante 459. Eadem est sententia, quam Helm in ed. defendit. Putant enim hi viri docti versus illos nequaquam ad Scyllae querimoniam convenire (fessae sc. mihi; tandem; marmorea), sed potius cum cruciatuum quibus Scylla afficiatur descriptione esse coniungendos. Iam tales res eos pingere, quales post projectionem (de qua auctor vss. 459 sqq. narret) factae sint, nemo est quin affirmet; sed hoc argumentum Reitzenstein (Rh. Mus. 63, 1908, 601a.1) diluit collatis versibus 390—399 ubi non minus quam h.l. temporis ordinem auctor noster neglexit (quare etiam illud *interea* v. 459 eam vim habere videtur qua ad ἐκφράσεως initium v. 390 descriptio revertatur). Itaque argumenta illa infirmiora esse arbitrator quam ut versus 448—453 post 477 transponere velim. Praeterea nihil obvium est in vss. 477 et 478 quod versus ibi excidisse probet; *iam tandem*, quod vs. 448 legitur, παθητικῶς vs. 454 iteratur, quae anaphora quominus versus alio transponantur impedire mihi quidem videtur, nisi forte eos post vs. 458 legendos esse putas, id quod Schmitz—Cronenbroeck (Gnomon 6, 1940, p. 213 sqq.) maluit, correcti ordinis signo fretus, quod cod. B ad vs. 458 exhibet; recte autem Sudhaus loco supra all. vss. 461 sq. ab ipsa querimonia non posse disiungi animadvertit. Ultimis his querelae verbis misericordiam principi inicere frustra quidem Scylla conari videtur; vid. Lenchantin ad l.; Klotz, Ph. Wschr. 52, 1932, 1289. Ad vs. nostrum cf. Catull. 64, 189 *nec prius a fesso secedent corpore sensus*; Verg. Aen. VIII, 489 *at fessi tandem. fessae sc. mihi*, Schrader ex Catullo *fesso. fugiunt de corpore* (cf. Verg. Aen. XII, 421 *omnis**

de corpore fugit / . . . dolor) vires, cf. Verg. Aen. V, 396 *in corpore vires* (etiam V, 475; Ov. Fast. IV, 541; Ep. ex P. I, 4, 3; Prop. IV, 14, 23); Ov. Met. XI, 343 *maiores corpore vires*; Manil. II, 455 *toto de corpore vires*; Il. lat. 971 *et toto languescunt corpore vires*.

449. Cf. Verg. Aen. IX, 434 *inque umeros cervix collapsa recumbit*; Aen. III, 631 *cervicem inflexam posuit*, quibus locis aptius locutionem positam esse Steele (Am. Journ. of Phil. 51, 1930, 180) animadvertit; idem (ibid. p. 152) ad descriptionem nostram contulit Lucr. I, 35 sq. *suspiciens tereti cervice reposta . . . tuo recubantem corpore sancto / circumfusa super*; minus apte Ganzenmüller contulit Georg. IV, 523 *marmorea* (cf. 450) *caput a cervice revulsum* (quem ad l. Ladewig — Jahn: 'marmoreum collum findet sich bei Naevius, *caput a cervice revulsum* bei Ennius, Ann. 462'); porro conferas Ov. Art. Am. III, 779 *cervice reflexa*; Met. IX, 236 *cervice recumbis*; X, 195 *ipsa sibi est oneri cervix umeroque recumbit*; Her. 15, 231 *versa cervice recumbo*; Ep. ex. P. II, 8, 65 *nam caput e nostra citius cervice recedet. lentum* (de sensu adi. vid. ad Cir. 504) h. l. fortasse idem est quod *grave*: cf. e.g. Tibull. IV, 1, 90 *lento perfrerit obvia pilo* (Forcellini: h.e. gravi, adeoque tardius eunte vel potius fortasse dicitur de eo quod lentum facit), cf. Prop. IV, 1, 96 *pondera lenta*; IV, 3, 39 *tellus lenta gelu*, nisi mecum locos conferre mavis qualis est Prop. I, 6, 12 *ah! pereat si quis lentus amare potest*, quem ad l. Rothstein: 'Statt des Adjektivs *lentus* erwartet man hier ein Adverbium, und so steht das Adj. nicht selten, nicht nur wo beides gleich möglich ist, wie in *lentus venis* I, 15, 4 und *lentus sedet* Tibull. I, 10, 58, sondern auch in anderen Fällen'. De hac re vid. Stolz—Schmalz⁵, p. 467 sq.

450. *marmorea* etiam vs. 256 (ubi vid.); 503. *adductis* eodem fere sensu Verg. Georg. III, 483 *sitis miseros adduxerat artus* (Serv. ad l.: *adduxerat pro contraxerat*; cf. porro e.g. Ov. Met. III, 397); alio sensu e.g. Verg. Aen. V, 141; 507; IX, 402; 587; 632; XI, 561; Ov. Met. VIII, 28; IX, 52. *tabescunt* Schrader levi emendatione proposuit pro *labescunt* (HAR, idem volens L *labascunt*), quod retinuerunt Lenchantin (i.q. *sensim delabuntur*) et Vollmer (i.q. *maculantur*); iure autem Helm emendationem Schraderi recepit, cf. Cir. 249; Catull. 68, 55 *adsiduo tabescere lumina fletu*; Lyd. 22 *at mihi tabescunt morientia membra dolore*; alibi (vid. ad vs. 249). Heinsius proposuit *livescunt*, quod et Ellis et Curcio receperunt; verbo, quod nec ap. Verg. nec ap. Ovid. legitur, Lucretius nonnunquam usus est (vid. e.g. III, 527). *bracchia nodis* in versus

fine saepenumero legitur (vid. e.g. Ov. Met. IV, 491; VIII, 247; Prop. III, 13, 9; Tib. I, 8, 5; Aetn. 365).

451. **aequoreae** (cf. Catull. 64, 15, quem ad l. Kroll: '*aequoreus* ist von den Neoterikern gebildet, um dem bequemen εινάλιος zu entsprechen'; Verg. Georg. III, 243; Ov. Met. VIII, 604) **pristes** (ita praeclara emendatione Barthius [a. 1608, ut Ellis in app. crit. adnotat; Curcio autem et Vollmer Heinsium coniecturae auctorem nuncupant]; codices H¹LA²: *pestes*; H²A¹R *pisces*) etiam German. Arat. 371. **immania corpora ponti** cf. Lucr. IV, 410 *immania ponti* / *aequora*; V, 33 *immani corpore serpens*; Verg. Aen. III, 427 *immani corpore pistris*. Ad vs. etiam conferre possis Albinovani Pedonis vss. 5 sqq. (Baehrens, frg. p. 351):

*nunc illum, pigris immania monstra sub undis
qui ferat, Oceanum, qui saevas undique pistris
aequoreasque canes, ratibus consurgere prensis.*

452. **undique conveniunt** etiam Enn. 228, 1 (401; Baehr. frg. p. 98); Lucr. V, 600; Verg. Aen. II, 799; IV, 417; V, 293; IX, 720; Sil. It. XII, 485; Claudian. XXIX, 65. **glauco** vid. ad vs. 395; cf. etiam Lucr. I. 719 *glaucis* . . . *ab undis*.

453. **verbere** (recte ita L; inepte HAR: *verbera*) cf. Ov. Hal. 13 *verbere caudae*; Hor. Sat. II, 7, 49 **oris minitantur hiatu** cf. Sil. It. VI, 278 *lassoque tamen minitatur hiatu*; Ov. Met. VII, 557 *capitantur hiatu*; Verg. Aen. XI, 680 *caput ingens oris hiatus*.

454. Hic ita incipit optimus codex Bruxellensis (454—541): <Q>uod in Virgilio S. Euch(arii) deest in libro Cirris, hic est (Traube in Duemmleri Poet. Latin. aevi Carolini, III, p. 152). **iam tandem** versus initio etiam Verg. Aen. VI, 61; XII, 497; Catal. 14, 4; h.l. παθητικῶς ac velut exclamative dictum est; **casus** . . . **respice** cf. Ov. Met. XV, 494 *similes aliorum respice casus*. Lenchantin haec verba ad φθόνον θεῶν spectare recte suspicatus est. Scylla enim hisce verbis Minoem praemonet, ut ὑβριν caveat.

455. **sit satis hoc** cf. Verg. Aen. VI, 487; IX, 653; vid. etiam Catal. 9, 64; Verg. Ecl. 10,70. **tantum** . . . **malorum** etiam Lucr. I, 101 *tantum religio potuit suadere malorum*; V, 227 *cui tantum in vita restet transire malorum*. **solam** (ita BL; *sola* HAR; Haupt *Scyllam*) cf. Catull. 64, 200 *sed quali solam Theseus me mente reliquit*; Lygd. 6, 41 *ignoto sola relicta loco*. Ita versum interpretari malim *sit <tibi> hoc satis, me solam (i.q. desertam) hoc tantum malorum (i.q. haec tanta mala) vidisse*. Nec tamen prorsus aspernanda videtur

simplicior interpretatio, quam fortasse anteponat quis: *me solam* ita esse intellegendum ut idem fere valeat quod: *neminem unquam tanta miseria perfunctam esse.*

456. „The threefold use of *vel* is not found in Verg., but Ovid has it four times: Ep. ex P. III, 6, 35; II, 10, 9; Met. XII, 108; Trist. V, 2, 73” (Thomason, Class. Phil. XIX, 1924, 155 sq.). **fato** . . . **debita** cf. Verg. Aen. VII, 120 *fatis mihi debita tellus. fuerit*: coniunctivus potentialis. **pestis** i.q. *perniciēs*, quem sensum saepenumero apud tragicos et Ciceronem inveniri (nec non Lucr. III, 347) Drachmann, Herm. 43, 1908, 421 animadvertit.

457. **incerto** recte Scaliger restituit pro lectione tradita q.e. *incepto*, cf. Cul. 162 *incertos casus. merita* active i.q. *quae meruit* (*poenam* sc.), cf. e.g. Verg. Georg. II, 515 *meritos iuvenco*s.

458. Ad versus priorem partem cf. vs. 247; ad sensum cf. vs. 429. **nam**, cf. Kroll ad Catull. 23, 7: ‘*nam* hier zuerst nachgestellt (37, 11; 64, 301) wie *namque* 64, 384; 66, 65. Solche Inversionen haben die Neoteriker den alexandrinischen Dichtern nachgebildet’. **fecisse**, cod. B solus h.l. veram lectionem retinuit; alii codd. tradunt *legisse* (HA¹R), *lesisse* (A²L).

459—477. **Cursus praeter insulas maris Aegaei.**

459. **labitur interea** etiam Lucr. IV, 1123; cf. Verg. Aen. VIII, 91 *labitur uncta vadis abies* (ad vss. 91 sq. cf. etiam Cir. 391 sq.); X, 686. **revoluta** (Heinsius *resoluta*, quod Ellis, fortasse iure, recepit; vid. Ov. Met. VIII, 102 infra all.) idem fere dicere velle videtur quod *reversa*, (Lenchantin: le prue delle navi, naturalmente, vengono dirizzate verso il mare), cf. e.g. Ov. Met. X, 63 *revolutaque rursus eodem est* (*Eurydice* sc.); Verg. Aen. VI, 449 *in veterem jato revoluta figuram*; Cic. ad. Att. XIII, 26 *revolvor in Tusculanum. ab litore classis*, cf. Verg. Aen. III, 651; X, 36. Ad rem vid. Ov. Met. VIII, 102 sq. *classis retinacula solvi | iussit et aeratas impelli remige puppes*. Vid. etiam ad vs. 448.

460. **repentino**; adiectivum, quo scriptores sermonis pedestris crebro utuntur, apud Verg. nusquam legitur, Ovid. autem exhibet Met. V, 5; Fast. I, 270; porro occurrit Dir. 56 *monstra repentinis terrentia saepe figuris* (Drachmann, Herm. 43, 1908, 422). **sinuantur**: ‘Verg. uses *sinuo* only twice, each time in the act.: Aen. II, 208; Georg. III, 192. Ov., on the other hand, uses the pass. in seven cases out of nine (Met. II, 872; III, 42; 682; VIII, 381; XI, 553; XIV, 51; 501)’ (Thomason, Class. Phil. 19, 1924, 155). **Coro**:

codices non congruentes (*choro* H; *choro* BLAR) satis probant auctorem, qui neque alibi locutiones a sermone cotidiano desumptas evitaverit, etiam h.l. vulgariore vocis forma usus esse. Caurus, quem Graeci *σκίρωνα* vel *ἀργέστην* vocant, ventus est a regionibus inter septentriones et occasum solis spectantibus oriens; cf. e.g. Verg. Georg. III, 356 *spirantes frigora cauri*. Iure Helm (ad l.) adnotat ex huiusce ipsius venti commemoratione exspectari debere celeriore classis cursum futurum fuisse, id quod a diuturnis erroribus vs. 472—477 expositis abhorreat. Fortasse autem h.l. vox q.e. *corus* pro *vento* generaliter dicto posita est; cf. e.g. Verg. Aen. VI, 336; 355. Vid. etiam vs. 478 *incertis . . . ventis*.

461. flectitur, cf. Catull. 64, 183 *lentos incurvans gurgite remos*; Apoll. Rhod. II, 593 *ἐπεγνάμπτοντο δὲ κῶπαι ἤντε καμπύλα τόξα*. **languida fessae**, cf. Lucan. IV, 306 *languida fessi / corpora sustentant epulis*; Ov. Ep. ex P. II, 1, 2 *languida quo fessi vix venit aura noti*.

462. in cursu (eodem versus loco Ov. Her. 5, 121; Am. I, 8, 109; Rem. am. 430) . . . **longo**, cf. Verg. Aen. III, 116 *longo . . . cursu*. **moritur**: ad vim verbi cf. Ovid. Her. 4, 131; Am. I, 2, 11; Ep. ex P. III, 2, 27; apud Verg. nusquam (ne Ecl. 7, 57; 10, 67 quidem, quos locos fortasse conferre velis) invenitur.

463. deserit etiam Stat. Theb. I, 329; cf. Catull. 64, 35 *deseritur Cieros, linquunt* (cf. Cir. 473) *Phthiotica Tempe*, quem ad vs. Kroll: 'Die Häufung geographischer Namen (vgl. Cir. 463, die Propemptika, Musai. 46) dient nicht blosz der Entfaltung von Gelehrsamkeit, sondern auch einem poetischen Zweck: *locorum splendidis nominibus illuminatus est versus* sagt Cic. Orat. 163 von dem Tragikervers (trag. inc. 163) *qua Pontus Helles, supera Tmolium ad Tauricos* (vgl. Dionys. Hal. de comp. 16 über II, 2, 494)'. **angustis . . . faucibus** cf. Verg. Aen., XI, 525 *angustaeque ferunt fauces*; Liv. XXXII, 21, 26 *Peloponnesus, angustis Isthmi faucibus continenti adhaerens*; Aetn. 168 *angustis opus est turbantis faucibus*. Hoc loco *faucibus* (aliter quam ap. Liv.) idem fere valet quod *sinibus*: *Corinthiaco sc. et Saronico sinu* (cf. e.g. Plin. N.H. VI, 1: *fauces Bospori*). **Isthmon** per graecam declinationem; vid. ad vs. 66.

464. Cypselidae magni i.e. Periandri (628—584), cf. Schachermejr in RE XIX, 705 sqq.; Beloch, Griech. Gesch.² I, 2, p. 274 sqq.; Herod. III, 48 sqq.; V, 92. **florentia** — ∪ ∪ — ∪ cf. Catull. 64, 354 *flaventia demetit arva*. **regna Corinthi**, cf. Verg. Aen. I, 206; 346; VI, 84; vid. etiam Kühner—Stegmann, I, 416. Sanum

codd. versum tradiderunt, iniuria ergo Schrader (post *Cypselidae* voculam et inserens) et Heynius (qui pro *Corinthi* acc. *Corinthon* legere voluit) lectioni traditae emendatione opus esse opinati sunt; utramque coniecturam Vollmer recepit. Versus autem appositionis loco nomini proprio q.e. *Isthmon* additus est.

465. praeterit cf. Ov. Met. XV, 51 *praeterit et Sybarin* (vid. ad vs. 477). **abruptas** cf. Catull. 68, 108 *aestus in abruptum detulerat barathrum. Scironis . . . arces* (i.q. *cautes*, 467 cf. e.g. Verg. Aen. VII, 696), cf. Paus. I, 44, 8: τὰς δὲ . . . νομίζουσι ἑναγεῖς (sc. πέτρας), ὅτι παροικῶν σφίσιν ὁ Σκίρων, ὁπόσοις τῶν ξένων ἐπετύγχανεν ἠφίει σφᾶς ἐς τὴν θάλασσαν. χελώνη δὲ ὑπενήχето ταῖς πέτραις τοὺς ἐκβληθέντας ἀρπάζειν, nec non Apollod. ep. I, 2 οὗτος (ὁ Σκίρων sc.) ἐν τῇ Μεγαρικῇ κατέχων τὰς ἀφ' ἑαυτοῦ κληθείσας πέτρας Σκιρωνίδας, ἠνάγκαζε τοὺς παριόντας νίξειν αὐτοῦ τοὺς πόδας, καὶ νίζοντας εἰς τὸν βυθὸν αὐτοῦς ἔρριπτε βορὰν ὑπερμεγέθει χελώνη. Θησεὺς δὲ ἀρπάσας αὐτὸν τῶν ποδῶν ἔρριψεν <εἰς τὴν θάλασσαν>. Vid. porro Soph. Aeg. fr. 19 Σκίρωνος ἀκτῆ; Eur. Hipp. 979; 1208 (schol. ad l.); Heuvel ad Stat. Theb. I, 333; Plut. Thes. 10; Ov. Met. VIII, 440 sqq.; Abicht ad Herod. VIII, 71; van der Kolf in RE IIIA, 537 sqq.; O. Waser in Roscheri Lex. IV, 1004 sqq. **Scironis**: etiam hic cod. B rectam lectionem servavit; ceteri tradunt *chironis* vel *chyronis* (L). **protinus**, cf. Verg. Aen. III, 291; Sil. It. XVII, 618 *reserantur protinus arces*.

466. suis sc. *civibus* i.e. eis Megarensibus, quibus via periculosa, quae Σκιρωνίς ὁδός (Herod. VIII, 87; vid. Abicht ad l.) dicebatur, iter faciendum erat. **exit** h.l. idem esse quod *effugit* (cf. Lucr. V, 1330; VI, 1206; 1217; etiam Verg. Aen. V, 438; XI, 750; Stat. Theb. VI, 802) Drachmann (Herm. 43, 1908, p. 421) animadvertit: „Der Gebrauch in der Ciris steht dem Lucrezischen am nächsten“.

467. spelaeum, cf. Verg. Ecl. 10, 52 *inter spelaea ferarum* (Serv. ad l. *spelaea graece ait pro speluncis*; cf. Norden ad Verg. Aen. VI³, p. 119). **multoque cruentas hospite**, cf. Verg. Aen. I, 471 *Tydides multa vastabat caede cruentus*; Ov. Rem. am. 28 *et victor multa caede cruentus eat*.

468. iamque adeo, vid. ad vs. 206; Thes. l.l. I, 615, 80 sq.; Verg. Aen. II, 567, quem ad l. Plessis—Lejay: *adeo* précise *iam*, en ce moment même. **tutum . . . Piraeae** cf. Ov. Fast. IV, 563 *Sunion expositum Piraeaeque tuta recessu / linquit* (cf. Cir. 473). **cernit**, cf. Verg. Aen. III, 552.

469. notas cf. ad vs. 409. **eheu** recte cod. B tradit (ceteri: *secum heu*); ita etiam Reitzenstein, Housman (Class. Rev. 7, 1903, p. 303), Lenchantin, Helm; cf. etiam Ov. Met. XI, 562 *invocat, heu frustra*. **Athenas**, ita recte BHL; *harenas* AR.

470. Cf. Verg. Aen. III, 554 *tum procul e fluctu Trinacria cernitur Aetna*. **Salaminia** (ita recte B²; *Salamina* B¹; ceteri longissime a vera lectione recesserunt) **arva**, cf. Verg. Aen. IV, 236 *Lavinia respicit arva*; Stat. Theb. I, 324 *Danaeiaqua arva*. **respicit** recte ALB (HR: *aspicit*; Sillig, Haupt, Ribbeck, Thilo: *suspicit*; Baehrens: *dispicit*; Ellis: *prospicit*).

471. florentesque (etiam Verg. Georg. III, 126) **Cycladas** (graeca declinatio -οο etiam Verg. Aen. III, 127), cf. Ov. Met. VII, 464 sq. (ubi non minus quam h.l. Minois iter describitur): *florentemque* (Cir. 471) *thymo Syron, planamque Seriphon* (Cir. 477) / *marmoreamque Paron* (Cir. 476); alibi Cyclades propter marmor ibi inventum *nitentes* (Hor. Carm. I, 14, 19, vid. Kiessling—Heinze ad l.) vel *fulgentes* (ibid. III, 28, 14) audiunt. **hinc sinus illi** / **Sunius** Haupt restituit pro diversis codicum lectionibus; codd. autem A²L haec tradunt: *Cycladas Strophadasque* / *huic sinus, huic statio* sqq., in qua traditione vestigia verae lectionis latere Lenchantin animadvertit; in ceteris codicibus haec legimus: *hinc venus illi* / *summus (sinius B)*. Cf. Verg. Aen. III, 551 *hinc sinus cernitur*; . . . *contra* . . . Leo maluit *Venus illi* / *Sunias* (Progr. Gött., p. 18): ‘suspicio poetam pro Coliade Suniam fecisse Venerem, i.e. Veneris templum in litore Attico Palladis loco posuisse, errore non magis mirabili quam sunt alii per hanc itineris descriptionem commissi’. De templo Veneris Coliadis vid. Strab. IX, 398. Ellis, qui antea Heynium secutus *Ceus* (vel *Ceos*) coniecerat (Am. Journ. of Phil. XI, '90, 357), quattuor annis post (Am. Journ. of Phil. XV, '94, 490) nec non in ed. Oxoniensi (1927) aliam emendationem proposuit: ‘fortasse *genus* quo vocabulo Herodoteum illud IV, 99 τὸν γουόν τὸν Σουνιακόν significari potuit, ut γουόν genu interpretatus sit, ad prominentiam referens Attici litoris. *genus* masculini generis usurpatum a Lucilio testatur Nonius 207’. Reitzenstein (Rh. Mus. 63, 1908, p. 616 a.3), emendationem quidem approbans, quam Leo proposuerat, haec addidit: ‘Härter wäre *hinc deus illi* / *Sunius* (Poseidon, dessen Tempel ebenfalls auf dem Vorgebirge liegt)’.

472. statio, cf. Serv. ad Verg. Aen. X, 297 *statio est portus tem-*

*poralis; nam portus est ubi hiematur; cf. porro Verg. IV, 421; Aen. II, 23 nunc tantum sinus et statio male fida carinis; Vell. Pat. II, 72 tempestatem fugientibus statio pro portu est; Sen. de const. (de otio sap.), 32 alii petunt illam, nobis haec statio est, non portus. Her-
mionea, cf. Strab. VIII, 373 τὸ δὲ Σκύλλαιον τὸ ἐν Ἐρμιονῆ ἀνομάσθαι φασὶν ἀπὸ Σκύλλης τῆς Νίσου θυγατρὸς, ἣν . . . καταποντώθηναί φασιν ὑπ' αὐτοῦ (τοῦ Μίνωος, sc.), δεῦρο δ' ἐκκυμανθεῖσαν ταφῆς τυχεῖν.*

473. *linquitur*: cf. Verg. Aen. III, 124 *linquimus* . . . , ubi aptius verbum positum esse Reitzenstein (Rh. Mus. 63, 1908, p. 611) adnotat; Catull. 64, 35 ad vs. 453 all. **ante alias longe gratissima**, cf. Ov. Met. X, 120 *sed tamen ante alios . . . / gratus erat*; XII, 586 *o mihi de fratris longe gratissime natis*; Lygd. 4, 93 *et longe ante alias omnes mitissima mater*; Catull. 68, 159 *et longe ante omnes mihi quae me carior ipsos*; Lucil. 829 (vs. corruptum) *longe opera ante alia omnia* (vid. Marx ad l.); vid. etiam ad vs. 110. **Delos**; hoc versu Ciris auctor narrare pergit Minois classem ad Delon insulam longe a recto ac prudenti cursu Cretam versus sitam pervenisse. Haud ergo temere Reitzenstein in illa praeclara dissertatione c.t. „Die Inselfahrt der Ciris” (Rh. Mus. 63, 1908, p. 605 sqq.) supposuit vss. 473 sqq. sive ab ipso auctore latino sive a falsario quodam additos esse ut versus quosdam Vergilio desumptos inserere posset. Quam opinionem etiam commendat, quod Parthenius quo praecipue auctorem nostrum niti editores consentiunt, ita fabulam tradidit ut nomen sinus Saronici cum Scylla per mare tracta connexuerit (cf. Eustath. ad Dionys. Perieg. 420 [Parthen. fr. 20]: ἀφῆκεν ἐπισύρεσθαι τῇ θαλάσσῃ ὅθεν Σαρωνικὸς οὗτος ὁ πόντος ἐκλήθη; schol. ad Eur. Hipp. 35; 1200; porro Strab. VIII, 373 ad vs. 472 all.; Paus. II, 34, 7; vid. Knaack, Rh. Mus. 57, p. 222). Vss. 473 sq. ergo ut a librario interpolatos et Reitzenstein et Hertzberg eicere voluerunt, Vollmer autem eos defendere conatus est admonens (in ed.) in descriptione cursus a poeta consilio (cf. 478 *incertis* . . . *ventis*) ad sensus spesque Scyllae labentis, non ad topographiam instituta corrigere licere sciolis minus probabilia. Vid. etiam ad vs. 476 (*adlapsa*).

474. Idem vs. legitur Verg. Aen. III, 74; ad hiatus vid. Vergilii commentatores; cf. etiam Verg. Aen. VII, 631, ubi et hiatus et spondiacus in versu graecis nominibus propriis insigni occurrit; ita etiam Ov. Met. XI, 93 *Cecropio Eumolpo. matri* i.e. *Doridi. Aegaeo*: cf. Hom. II. XIII, 21: (Ποσειδάων) . . . ἔκετο . . . / Αἰγᾶς·

ἐνθα δὲ οἱ κλυτὰ δῶματα βένθεσι λίμνης/ χρύσεια μαρμαίροντα τετεύχεται, ἀφθιτα αἰεὶ, recte Plessis—Lejay (ad Verg. Aen. III, 74): „Les scoliasies” (ad Hom. II. XIII, 21 sc.) „ont eu le tort de chercher sur terre, parmi les villes, du nom d’Égées, la demeure du génie de la mer. Par cette appellation savante et rare (Cir. 474; Stat. Theb. V, 49; VIII, 477) Virgile suggère la notion de la mer Égée (XII, 366), où se trouve Délos, une des Cyclades, dont il va parler”. Delos h.l. *Neptuno ante alias longe gratissima* appellatur, quod sine dubio ὑπερβολικῶς dictum est, quamquam Neptunus (Ποσειδῶν Ἰππηγέτης sive Αἰγαῖος) ibi colebatur (vid. Couchoud, Bull. corr. hell., 1921) atque a fine saeculi II usque ad a. 69 a.C.n. Poseidoniastae qui dicuntur ibi fuerunt (Oltramare, Rev. ét. lat. VII, 1929, p. 313; vid. etiam Sudhaus, Rh. Mus. 61, 1906, p. 31; Herm. 42, 1907, p. 467 a.1; Leo, Herm. 42, 1907, p. 40, a.1).

475. spumanti litore cf. Catull. 64, 121 *spumosa ad litora Diae*; Verg. Aen. V, 124 *spumantia contra | litora*. **Cythnon**; insula etiam nominatur in Minois cursus descriptione, quam dedit Ovid. Met. VII, 464, certe si Heinsius, Th. Birt, alii recte versum restituerunt.

476. marmoreamque Paron etiam Ov. Met. VII, 465, ad vs. 471 all.; Vergilius (Aen. III, 126) insulae epitheton q.e. *nivea* attribuit, quod auctor noster metri causa vitavisse videtur (Klotz, Herm. 57, 1922, p. 596). —**que**... — **que**, cf. Catull. 64, 201 *seque suosque* (cf. Cir. 338) nec non Verg. Aen. III, 126, ubi *que* aptius quam h.l. positum esse Reitzenstein (Rh. Mus. 63, 1908, p. 611) contendit. **viridemque**... **Donysam**, cf. Verg. Aen. III, 125, quem ad v. Servius: *a colore marmoris*. **adlapsa**, cf. Verg. Aen. III, 131; 569; VI, 2; *adlabi* vix quicquam aliud valere potest quam *appelli*; itaque versu nostro de litoris appulsibus agitur, id quod minime contextui congruit: quonam hi appulsus spectaturi fuissent? Quam compositionis pravitatem maxime Reitzensteinii opinionem (vid. ad vs. 473 *linguitur*) commendare opinor.

477. Aeginamque, quod omnes codd. tradunt, vix sanum esse potest, quamvis, sicut recte Vollmer adnotavit ad vs. 473 sq., descriptio cursus a poeta ad sensus spesque Scyllae, non ad topographiam instituta sit. Ergo Lucas Holstenius (ad Steph. Byz. p. 120) contra metrum *Aegylamque* proposuit; melius Heyne: *Aegiliamque*: vid. Steph. Byz. s.v. Αἰγίλια· ἐστὶ καὶ νῆσος μεταξύ Κρήτης καὶ Πελοποννήσου Αἰγιαλία (Meineke: Αἰγίλια; *Aegiliam* [vel *Aegialen*]

Sicinonque: H. F. Tozer; *Belbinamque*: Reitzenstein (Rh. Mus. 63, 1908, p. 612; 616,a.2: „so ist der Sinn: Delos verlassen sieht sie Paros und Kythnos, dann von Donyssa aus Seriphos und die unbekannte Insel“). **simul salutiferamque** (*sementiferamque* A²L) **Seriphon**, quod metro invito codd. tradunt Sudhaus (Rh. Mus. 61, 1706, p. 31) retinuit (vid. infra); Lenchantin in *que simul* nomen alicuius insulae latere putat: *Aeginam Siphnonque salutiferamque S.*; Sudhaus ergo *salutiferam* defendit coniciens ad ipsam Seriphum ab cursu misero Scyllam sicut etiam Danaen (vid. Apollod. II, 35 sqq.; Stoll in Roscheri Lex. I, 947) esse servatam. Etiam Vollmer et Helm traditionem retinent, ita tamen, ut versum discerpant; Tozer *salutiferam* hac ratione explicat, ut de absintho vel alia quadam herba medicinali insulam ita nominari potuisse opinetur; eundem in modum Birt (de Halieut. Ovid. p. 46) *sementiferam* (A²L) interpretatur: ‘Seriphos, auf dem *σέριφος* (*absinthum marinum*) in Feldern angebaut wird’; Ganzenmüller (p. 615) putat auctorem ex versu Ovidii (Met. VII, 464) *planamque Seriphon* male intellecto *sementiferam* scripsisse. De insula videas Bürchner in R.E. IIa, p. 1729; Strab. X, 5, 10; Sen. Cons. ad Helv. 6, 4; Tac. Ann. II, 85 (Furneaux ad l.); Cratin. 211 πολυβόταν ποντίαν Σέριφον (vid. autem Meineke, fr.c. g. II, 137). Sed versum tantopere corrupte traditum et antiquis iam temporibus a librariis parum diligentibus „emendatum” esse puto, ut haud facile emendatio satis certa inveniri posse videatur; quare crebras ac diversas coniecturas tacite praetermitto, quas partim quidem in Ellisii editione Oxoniensi (a. 1927) enumeratas reperias. Cum versibus 469—477, qui Scyllae navigationis descriptionem magis ad virginis miserae sensus quam ad rectam topographiam respicientem continent, conferri licet Verg. Aen. III, 124 sqq.; Ov. Met. VII, 461 sqq. (Korn—Ehwald ad l. nec non ad I, 217); IX, 645 sqq.; XV, 51 sqq.

478—519. Scylla in Cirin avem mutatur.

478. fertur et etiam vs. 184, ubi vide. **omnia** (i.q. omnia litora omnesque insulas versibus 463—477 nominata), cf. Cul. 168 *tendebant acres venientis ad omnia visus*; nulla emendatione (Ribbeck: *aera*) versus eget. **omnia ventis** etiam Cul. 348; 380.

479. cf. Catull. 25, 12 *velut minuta magno | deprensa navis in mari vesaniente vento*. **cymba**... **parvola**, cf. Prop. I, 11, 10 *parvola Lucrina cymba moretur aqua*; Stat. Silv. I, 4, 120 sq. *immensae veluti conexa carinae | cymba minor, cum saevit hiems*..

classes i.q. *naves*, cf. Serv. ad Verg. Aen. VI, 334 *ductorem classis: apertum exemplum classem dici etiam unam navem*; recte Lenchantin etiam confert Cic. *carm. fr. 22, 6: Argolicis primum ut vestita est classibus Aulis* (cf. Hom. Il. II, 203 ἄρ' ἐς Αὐλίδα νῆες Ἀχαιῶν ἡγερέθοντο).

480. Afer . . . turbo: *Africanus*, cf. Hor. Od. I, 3, 12. **et inversum**, vid. Norden, Aen. VI, p. 393 sqq. **hiberno**, cf. Verg. Aen. VII, 719 *Orion hibernis conditur undis*; Ov. Tr. I, 11, 33 *hiberno agitatam fluctibus aequor*. **bacchatur**, aptius Hor. Od. I, 25, 11 *Thracio bacchante magis sub inter-lunia vento* (Kiessling—Heinze ad l.: *Thracius . . . ventus: Boreas*, den schon Homer nach Thrakien versetzt (Il. IX, 5), daher er denn auch nach Thrakerart *bacchatur*). **aequore turbo** in versus fine Verg. etiam posuit Georg. III, 470; Aen. I, 511; X, 665.

481. decus formae, cf. Verg. Aen. VII, 473 *decus egregium formae*; Sen. Phaedr. 1110 *hocine est formae decus? vexarier undis* cod. B tradit, ceteri: *vexavit et (vexaverit L) (a)egros (-am L)*; illud *undis* tamen plurimis editoribus non placuit: Hertzberg (cf. Val. Flacc. I, 629; IV, 715; Stat. Theb. V, 56; 88): *Aegon* (h.e. deus Aegaei maris); Baehrens: *auris*; Bury: *euro*; num potius: *ultra* (cf. Cul. 386; Ov. Met. I, 668 sq. ad vs. 482 afferenda)? Sed nulla emendatione opus esse opinor.

482. non tulit etiam Ov. Met. III, 487; cf. XII, 355; Cul. 386 . . . *nec tulit ultra*; Ov. Met. I, 668 sq. *nec superum rector mala tanta Phoronidos ultra | ferre potest; miseros . . . artus* cf. Cir. 399; Verg. Georg. III, 483; Aen. II, 215. **mutavit virginis artus** cf. Cir. 198; Cul. 128; Verg. Ecl. 6, 78.

483. pollens (vid. ad Cir. 411), cf. Ov. Met. V. 508 *sed tamen* (Cir. 484) *inferni pollens matrona tyranni*. **Neptunia** — etiam Verg. Aen. VII, 691; IX, 523; X, 353; XII, 128. *coniunx Neptunia* i.e. Amphitrite.

484. sed tamen versus initio saepenumero ap. Ovid.: vid. e.g. Art. am. I, 19; 236; II, 192; 255; 441 etc.; etiam Met. V. 508 (ad vs. 483 all.); VIII, 128 (in eiusdem fabulae narratione); ap. Verg.: Ecl. 9, 55; etiam ap. Lucr. (e.g. I, 833; IV, 1171). **externam**, quod codd. AR tradunt (*eternam B; et rigidis L*), Heynius, Sillig, Helm (Rh. Mus. 85, 1936, p. 286) retinuerunt, cf. Ov. Met. II, 485 *mens antiqua manet (facta quoque mansit in ursa)*; IV, 602 *quidque prius fuerint, placidi meminere dracones*. Vid. etiam schol. ad Eur.

Hipp. 1208: (Scylla) ἐκπεσοῦσα δὲ ἐν τῇ θαλάσῃ καὶ θηρίον γενομένη τὴν οἰκείαν φύσιν μετέβαλεν οὐδαμῶς (vid. Kaffenberger, Philol. 76, 1920, p. 167; Knaack, Rh. Mus. 57, 1902, p. 209 sq.; Reitzenstein, Rh. Mus. 63, 1908, p. 609). Adiectivum h.l. pro adverbio positum est: vid. Kühner—Stegm. I, 235; Kühner—Gerth I, 274. Cum Silligio porro conferas Cic. Tim. 20 *vestivit extrinsecus animum deus et circumdedit corpore*. Deterius, ut puto, Klotz (Ph. Wschr. 52, 1932, 1291) eandem traditionem defendit: 'da sie im Meere eine Fremde ist, will Amphitrite sie nicht in einen Fisch verwandeln'. In piscem Scyllam esse mutatam etiam legimus Hygin. fab. 198 *filia (conversa est) in piscem, cirin quem vocant*; Serv. ad Aen. VI, 286 *nam Scylla Nisi secundum alios in avem conversa est, secundum alios in piscem*. E coniecturis quas crebras viri docti proposuerunt, afferre velim: *aeternum* (Kreunen; ita etiam Lenchantin, Curcio, Ellis, qui tamen in app. crit. dubitat, num potius *hesternam*, i.e. *quae heri puella fuit*, legendum sit); *aeternis* (Ribbeck); *extremam* (Hertzberg); *eximiam* (Haupt); *aequoreis* (Maehly): *alternans* (-at Leo) Vollmer (cf. διάνδιχα μερμήριξε); cf. etiam Verg. Aen. IV, 285 sq. *squamis vestire* cf. Claudian. in Eutrop. I, 295 *elevat hunc pluma, squamis hunc fabula vestit*.

485. infidos; huius epitheti sensum Lenchantin perspexisse videtur cum attulerit Varr. ap. Non. 81 (114, 8 Lindsay) *piscis ut saepe minutos / magnus comest, ut avis enicat accipiter*. Ergo haud opus est correctione qualem Kreunen proposuit (*invisos*). *teneram* cf. 43; 162; 169; 403.

486. pecus Amphitrites (i.q. *maris*, per metonymiam a deae nomine petitam; cf. e.g. Ov. Met. I, 14; vid. de re O. Gross, „de metonymiis sermonis latini a deorum nominibus petitis“, diss Hal. Saxon. 1911); cf. Plaut. Pseud. 834 *haec ad Neptuni pecudes condimenta sunt*. **Amphitrites**, spondiacus, cf. ad vs. 73; vid. etiam Catull. 64, 11 (Kroll ad l.: „*Amphitrite* 'Meer' hier zuerst, doch lässt der Gebrauch bei Oppian und Dionys. Perieg. (und Ovid?) einen Rückschluss auf hellenistische Dichter zu, bei denen diese Metonymien (zuerst II. II, 426) häufig sind“). Ad rationem dicendi cf. Lucr. II, 343: *...mutaeque natantes / squamigerum pecudes....*, IV, 594: *humanum genus est avidum nimis auricularum*.

487. sublimem sustulit alis cf. Verg. Aen. IV, 239 *quae sublimem alis.... / portant*; V, 657.... *se paribus per caelum sustulit alis*; IX, 14 *in caelum paribus se sustulit alis*; Ov. Met. II, 708:

hinc se sustulerat paribus Caducifer alis; XI, 341 fecit avem et subitis pendentem sustulit alis; Val. Flacc. IV, 49. . . . et se sustulit alis.

488. *esset ut*, cf. Ov. Her. 16, 9 *esset ut officii merces iniuria tanti. in terris* (cf. vs. 528; Verg. Aen. I, 460 *quae regio in terris nostri non plena laboris?*) opponi videtur illi *aeris. . . . sublimem. . . . alis. facti de nomine* i.e. quod patris comam detonderat, ἀπὸ τοῦ κείρειν (cf. Ov. Met. VIII, 151 *a tonso est hoc nomen adepta capillo*), cf. Verg. Aen. I, 367 *facti de nomine Byrsam* (Serv. ad l.: *facti de nomine, id est de causae qualitate*). **ciris**: hac de ave veteres haec tradunt: Hesych.: κείρις· ὄρνεον ἰέραξ, οἱ δὲ ἀλκυόνα; Hesych. κί(ρ)ρις· λύχνος, ὄρνεον ἢ Ἄδωνις (cf. Etym. M. 515, 14: κίρρις· εἶδος ἰέρακος. ὁμοίως δὲ λέγεται ὁ Ἄδωνις, παρὰ Λάκωσι δὲ ὁ λύχνος); corp. gloss. lat. II, 100, 27 *circum ἰέρακα*. ἔστι δὲ ὄρνεον μεταβληθείσης τῆς Σκύλλης τῆς Νίσου, (ita Muncker; *νήσου* codd.) Μεγαρέως (Μεγαρέων codd.); II, 24, 24 *ardeola, ardea*, ἔρωδιός, κείρις (ita Scaliger, ξηρις codd.) Verisimillimum multis videtur auctori nostro ardeae genus ante mentem versatum esse; cf. W. H. Roscher in Roscheri Lex. III, 431 sq.; Knaack, Rh. Mus. 57, 1902, p. 224 a. 1. De ardea purpurea porro scripsit ille naturae amantissimus Rinke Tolman in diario, c.t. Utrechtsch Dagblad, a. d. XIV Kalendas Quintiles a. 1940, e cuius dissertatione haec afferre mihi liceat: „Glimmend zwart is de bovenkop, wit zijn keel en nek. Zwart zijn opnieuw een streep onder het oog en een streep over den zijhals. De bovendeelen geven over het algemeen een blauwgrijze kleur te aanschouwen. Overigens ziet de purperreiger er inderdaad in hoofdzaak roodbruin en rossig uit, zoodat zijn naam, wanneer men hem met den blauwen reiger vergelijkt, wel gemotiveerd is. . . . Prachtig hangen bij den rooden reiger de donkere sierveeren van de kruin af. Ook aan hals en schouders kan men dergelijke pronkpluimen opmerken”. Sed tamen non prorsus constat ardeam esse intellegendam, quippe quae ad aves natantes non pertineat; vitam sane quidem degit in locis aquosis nec prorsus natandi imperita est, sed tam inscite per aquam se agit ut risum moveat (Brehm—Huizinga², p. 553), id quod ad Cir. 514 sq. difficulter accommodari postest; praeterea non sunt ardeis crura rubra (505 sq.). Itaque non inconcinnum videtur ut h.l. cogitemus de avi qualis est fuligula sive netta rufina (neerl.: ‘krooneend’), cui avi natanti et crista et crura rubra sunt; incubare solet in

regionibus circum mare Caspium et Pontum Euxinum sitis, sed etiam in quibusdam Germaniae partibus (Brehm—Huizinga², p. 616).

489. Amyclaeo eodem versus loco Verg. Georg. III, 89; Ov. Her. 8, 71; Stat. Silv. I, 2, 142; IV, 8, 29; Theb. VII, 413. De fabula vid Höfer—Bloch in Roscheri Lex II, 2, 1922. **formosior** cf. Verg. Ecl. 7, 38; Ov. Met. XIII, 796. **ansere**, i.q. *olore*; cf. gloss. III, 17, 36 *ἀννος anser, olor*.

490. hic (i.q. *tum, tunc*; immerito Vollmer *hinc* vel *sic* maluit, cf. e.g. Verg. Aen. I, 728) **velut in niveo**, cf. Catull. 68, 63 *hic, velut in nigro*. . . . ; 64, 269 *hic, qualis*. . . . **tenera est** Haupt restituit pro *tenera* (BH²L), *teneres* (H¹), *tener est* (AR). Ellis *tenerae est* suspicatus est (Am. Journ. of Phil. 15, 1894, p. 491). **primitus** (ita BHA¹R; *protinus* A²L); vox rara nec apud Verg. nec apud Ovid. occurrit; legitur autem Priap. 3, 11 *primitus tenera*. Versibus non minus quam septendecim (490—507) auctor Scyllae transformationem pinxit; cf. contra Ov. Met. VIII, 150 *pluma fuit*.

491. effigies (i.q. *species, imago*, vid. Ov. Met. VII, 125 sqq. ad vs. 492 aff.) cf. Cul. 208; Ov. Met. I, 83; IX, 264; XIV, 358. Eadem vi praeditam Vergilius nusquam vocem praebet: cf. e.g. Verg. Aen. III, 148 (vid. Thomason, Class. Phil. 19, 1924, p. 149). **animantis**; haec vox saepenumero ap. Lucr. obvia (vid. e.g. I, 350; II, 943) etiam legitur Aetn. 98; Ov. Met. XV, 90; Hor. Sat. II, 1, 40 (cf. Drachmann, Herm. 43, 1908, p. 421). **internodia** cf. Varr. de re rust. II, 9 (*canes*) *crassis cervicibus, internodiis articulorum longis, cruribus rectis*. Ov. Met. VI, 256; XI, 793; Calpurn. Ecl. 1, 26.

492. imperfecta primo versus loco etiam Lucr. III, 958. **fluitant**, cf. Lucr. II, 1011 *corpora prima quod in summis fluitare videmus | rebus et interdum nasci subitoque perire*. **concreta** $\cup - \bar{\cup}$ etiam Lucr. I, 1019; III, 20 (cf. Verg. Georg. II, 376); V, 798 *calido solis concreta vapore*; 1257. **calore** in versus fine etiam Lucr. VI, 322; 843. De re cf. Lucr. II, 927 sq. *quatenus in pullos animalis vertier ova | cernimus alituum*; Ov. Met. VII, 125 sqq.:

*ut hominis speciem materna sumit in alvo | perque suos intus
numeros componitur infans | nec nisi maturus communes exit in
auras, | sic, ubi visceribus gravidae telluris imago | effecta est ho-
minis,*

493. liquido. . . . **aequore** etiam Ov. Fast. V, 547; Manil. V, 563 *extulit et liquido Nereis ab aequore vultus*; cf. ibd. vs. 612 *perfundit liquido Perseus in marmore corpus*.

494. semiferi. . . . **artus**, cf. Lucr. II, 702 *semiferas hominum species existere*; IV, 586 sq. *Pan | pinea semiferi capitis velamina quassans*; Verg. Aen. X, 212 *spumea semifero sub pectore (Tritonis, sc.) murmurat unda*; Ov. Met. II, 633 *semifer interea*. . . . ; **artus** vid. ad vs. 482.

495. undique mutabant cf. Cul. 348 *undique mutatur caeli nitor*. Versus, cui vix quicquam est poeta dignum, tamen nequaquam meram tautologiam exhibet (vid. versionem); ad versus structuram cf. Verg. Aen. III, 193 *caelum undique et undique pontus*; V, 9. Ds vs. spondiaco vid. ad vs. 73; ad anaphoram post atque Helm contulit Verg. Aen. VIII, 659 *aurea caesaries ollis atque aurea vestis*.

496. oris honos (i.q. *oris decor; os decorum*) cf. Lucr. IV, 1171 *sed tamen esto iam quantovis oris honore*; vid. etiam Hor. Ep. 17, 17 *tum mens et sonus | relapsus atque notus in vultus honor* (cf. Drachmann, Herm. 43, 1908, 421). **optata**. . . . **labella** cf. Prop. I, 13, 17 *et cupere optatis animam deponere labris*; Anthol. Pal. V, 171, 3 εἶθ' ὅπ' ἐμοῖς νῦν χεῖλεσι χεῖλα θεῖσα / ἀπνευστὶ ψυχὰν τὰν ἐν ἐμοὶ προπτόι. Ad usum verbi cf. e.g. Catull. 62, 42; ad sensum etiam Ov. Met. XII, 192 *multorumque fuit spes invidiosa procorum* (vid. etiam ad vs. 412). Ad vocem q.e. *labellum* cf. Catull. 99, 7; septies vox, qua semel tantum Verg. usus est (Ecl. 2, 34), apud Ovid. (in poesi quidem erotica) occurrit (vid. e.g. Art. am. I, 575).

497. patulae i.q. *latae* (cf. e.g. Ov. Met. VIII, 30 *arcus patuli*), nequaquam i.q. *altae*: formosa enim Scylla erat et tenues, non altae frontes antiquitus formosae putabantur, cf. Hor. Od. I, 33, 5 *insignem tenui fronte Lycorida* (Porphy. ad l.: . . . *frons autem minor pulchriorem facit mulierem*); Petron. Sat. 126, 15 Ciren Crotoniensem laudat cui erat *frons minima et quae radices capillorum retro flexerat*; Mart. Epigr. IV, 42, 9 *frons brevis atque modus leviter sit naribus uncis*. **concrescere**, cf. Ov. Met. V, 673 *rigido concrescere rostro | ora videt*. **in unum** cf. Ov. Met. IV, 578 *commissaque in unum | . . . tenuantur . . . crura*.

498. coepere et etiam Ov. Met. VIII, 760. . . . *pariter pallescere glandes | coepere ac longi pallorem ducere rami*. Ad vs. porro conferas Manil. V, 103 *incipient . . . producere mentum*.

499. tum qua se cf. Cir. 216; 229; Verg. Georg. II, 74. **discrimen** sc. *capillorum*, cf. e.g. Ov. Art. am. II, 303 *compositum discrimen erit, discrimina lauda*; Claudian. Nupt. Hon. 102: *haec*

morsu numerosi dentis eburno / multifidum discrimen arat. se.... agebat cf. Verg. Georg. II, 363 *et dum se laetus ad auras / palmes agit*; III, 87 *at duplex agitur per lumbos spina*. Ad vss. 499—501, additis versibus 103—125, Jahn (Rh. Mus. 63, 1908, p. 80) contulit Ov. Met. VIII, 6—10.

500. patrios (cf. Verg. Ecl. 4, 17; 48) **imitatus** (cf. Cir. 107) **honores** cf. Verg. Aen. V, 601 *patrium servavit honorem*; ad vim vocis q.e. *honores* Lenchantin ('ornamento paterno') apte contulit Verg. Georg. II, 404 *et silvis aquilo decussit honorem* (quem ad vs. Servius: *Varronis hic versus est*); Hor. Epod. 11, 5 *hic.... December.... silvis honorem decutit*; cf. etiam Ov. art. am. III, 392 *navali.... cinctus honore / caput*.

501. puniceam eodem versus loco etiam alibi, e.g. Verg. Aen. V, 269; Ov. Met. XIV, 345. **apex** cf. Plin. N.H. X, 3 (*Phoenicis*) *caput.... plumeo apice honestari* (cf. *honores*: vs. 500); ibd. 121 *in capite paucis animalium nec nisi volucribus apices*; Drac. laud. dei I, 250 *eminet his (avibus) cristatus apex* (Lench.) Alio sensu vox ap. Verg. obvia est, cf. e.g. Aen. II, 683; X, 270 *ardet apex* (Plessis—Lejay ad l.: *L'apex est exactement le point du cimier où se place l'aigrette*) *capiti cristisque a vertice flamma / funditur.... in vertice cristam* (i.q. *plumas*), cf. Verg. Aen. VI, 779; IX, 732; Ov. Met. VI, 672 *vertitur (Progne sc.) in volucrem, cui stant in vertice cristae, / prominet immodicum.... rostrum*; Sil. It. I, 460; 524; Stat. Theb. V, 587. Ad vs. porro conferas Verg. Aen. XII, 492 sq.... *apicem tamen incita summum / hasta tulit summasque excussit vertice cristas*.

502. mollis.... pluma, cf. Verg. Aen. X, 192. **varios.... colores** cf. Lucr. II, 786; IV, 492 *et sorsum varios rerum sentire colores* (idem fere legitur V, 89). **intexens** — — — — — etiam Verg. Ecl. 2, 49 sq.; 5, 31 (*intexere*); cf. Aen. VII, 488 *mollibus intexens ornabat cornua sertis* (cf. Ov. Met. X, 123 *tu modo texebas varios per cornua flores*). Ad sensum versus porro conferas Verg. Aen. VII, 191 *fecit avem Circe sparsitque coloribus alas*.

503. marmoreum cf. ad Cir. 256; 450. **vestivit tegmine** cf. Cic. Arat. (Baehrens, P.L.M. I), 423 *Bacchica quam viridi convestit tegmine vitis*; ad sensum cf. e.g. Ov. Met. V, 546.

504. lenta.... bracchia cf. Ov. Her. 18, 48 *lentaque dimotis bracchia iactat aquis*; Hor. Epod. 15, 6 *lentis adhaerens brachiis*; Sat. I, 9, 64 (alio licet sensu) *et pressare manu lentissima bracchia*;

de vi adiectivi, quod l.n. (aliter ac Ov. Her. 18, 48) merum epitheton ornans est, vid. ad vs. 449. Ad vs. porro conferas Ov. Met. IV, 408 *tenuique includunt brachia penna*; V, 548 *natas per inertia brachia pennas*; XIV, 500 *maiores brachia pennas / accipiunt. pennas* i.q. *alas* cf., praeter Ovidii locos supra allatos, e.g. Cic. Arat. 48 *geminis secat aëra pennis*; Tibull. IV, 1, 209 *per liquidum volucris vehar aëra penna*; Verg. Aen. III, 258 *in silvas pennis ablata refugit* (cf. IV, 223; 700; VI, 15; 240; XI, 272); Hor. Epist. II, 2, 50 *decisis humilem pennis*.

505. inde alias versus initio etiam Lucr. I, 605 *inde aliae atque aliae. . . . partes*; II, 982; 1004; III, 1027; V, 1367; Verg. Aen. V, 583; VI, 411; VIII, 587; X, 249. **partes**: eas sc. corporis partes, quae plumis vestitae non erant; ad hanc vocis vim Lenchantin apte contulit Ov. Met. XIV, 64 *et corpus quaerens femorum crurumque pedumque / Cerbereos rictus pro partibus invenit illis. infecta* (eodem versus loco e.g. Verg. Aen. VII, 341) **rubenti**, cf. Verg. Ecl. 10, 27 *sanguineis ebuli bacis minioque rubentem*; Tibull. II, 1, 55 *minio suffusus, Bacche, rubenti (rubenti in fine versus etiam Verg. Ecl. 4, 43).*

506. Corruptelis depravatam codd. versum tradiderunt: *crura novamque (novemq; L; novatig; R) acies (aciem LAR; acie H) obduxit squalida pellem (pellis A²L)*. Pithoeus autem (in marg. Epigrammatiorum) versus ita sanavit: *crura nova macies obduxit squalida pelli*, quam emendationem Lachmann (Lucr. p. 425) probavit; ita etiam Vollmer, hac tantum correctione addita, ut pro *PELLI* potius *PELLE* legere vellet. **nova** i.q. neerl. 'pas ontstaan', cf. e.g. Ov. Met. VI, 381 *limosaque novae saliunt in gurgite ranae. macies* igitur coniectura est, cf. autem Ov. Her. 11, 27 *macies adduxerat artus*; Met. III, 397 *adducitque cutem macies*; eodem versus loco Ov. Met. XI, 793 *fecit amor maciem: longa internodia* (Cir. 491) *crurum, / longa manet cervix*. Pro *macies* Lenchantin: *facies*; Helm, quamvis haesitabundus: *crura novam facies obduxit squalida pellem (novam. . . . pellem iam antea Sillig; cf. autem Cir. 342); Ellis: crura novam maciesque obduxit squalida pellem. pelle*; ad codicum lectionem q.e. *pellem* recte Helm: 'Die Lesung *macies* würde bei falscher Abtrennung die Veränderung in *pellem* erklären (und vielleicht die Zufügung von *que*)'.

507. et pedibus teneris, cf. Prop. I, 8, 7 *tu pedibus teneris. affixit acutos*, cf. Prop. IV, 6, 61 *scopulis adfigar acutis*; ad usum verbi Lenchantin apte contulit Cic. Tim. 19: *itaque ei*

(sc. mundo) *nec manus* (sc. deus) *adfixit* (προσάπτειν Plat.) . . . *nec pedes aut aliqua membra*.

508. Ad vs. conferas Verg. Aen. I, 629 sq. *me . . . fortuna . . . | iactatam haec demum voluit consistere terra; | non ignara mali miseris succurrere disco. hoc demum* cf. etiam. Verg. Aen. II, 743; X, 849. *miseræ succurrere* — cf. Ov. Met. XV, 632; Fast. VI, 517. '**pacto** = modo ist prosaisch; öfters bei Trag., Kom., Lucr., Hor. in den Sermonen; sonst nur Verg. Georg. II, 248; Prop. III, 25, 32; Tib. I, 6, 9' (Drachmann, Herm. 43, 1908, 421); cf. Verg. Georg. II, 248 *hoc denique* (= demum) *pacto*.

509. **Neptuni coniuge** i.e. *Amphitrite* cf. ad vs. 73; 483. **coniuge dignum** cf. Ov. Met. VIII, 131 *te vero coniuge dignast*: Verg. Ecl. 4, 3 *consule dignae*.

510. **numquam** cf. Catull. 99, 16 *numquam iam posthac basia surripiam*; 65, 10 sq. *numquam ego te . . . | aspiciam posthac*; Prop. I, 15, 13 *et quamvis numquam post haec visura dolebat*; Verg. Ecl. 1, 75 *non ego vos posthac . . . videbo. post haec* et optimus cod. B et alii (HA¹R) tradunt; A²L *posthac* (cf. Verg. Ecl. 1, 75 supra all.)

511. **purpureas . . . vittas**; haud puto h.l. auctorem flammum dicere voluisse, cf. Catull. 64, 309 *at roseae niveo* (ita Kroll; codd. *roseo niveae*) *residebant vertice vittae* (Kroll ad l.: 'eine tiefere Bedeutung haben die *roseae vittae* hier nicht; es kommt dem Dichter nur auf die Farbenwirkung an'); Prop. IV, 9, 52 *puniceo canas stamine vincta comas*; Stat. Theb. II, 738 *nectent purpureas niveo discrimine* (cf. Cir. 499) *vittas. flavo retinentem vertice*: multo aptius Catullus verbo usus est carm. 64, 63 *non flavo retinens subtilem vertice mitram, quem* ad vs. Kroll: 'Blondes Haar haben schon die Heroen und Heroinnen des alten Epos (Ξανθὸς Μενέλαος), von Ariadne bei Hesiod. Th. 947, cf. Catull. 64, 98; 66, 62; 68, 130. Ξανθότριχες gelten für schön: catal. cod. astrol. v. 1. 202; 18'; cf. etiam Kiessling—Heinze ad Hor. Od. I, 5, 4.

512. **Syrio** post editionem Ascens. (1507) vulgo editur, quamquam codd. *Tyrio* (ita ARL; *tirio* B; *thirio* H) tradunt; cf. Catull. 68, 144 *fragrantem Assyrio venit odore domum* (Kroll ad l.: 'zur feierlichen Hochzeit musz auch das Haus des Bräutigams vorbereitet sein; dazu gehörte damals Räuchern mit orientalischen Wohlgerüchen'; 6, 8 *cubile . . . Syrio fragrans olivo* (Kroll ad l.: 'das ist hier kein geographischer Unterschied, sondern bedeutet allgemein orientalisches'); Hor. Carm. II, 7, 8 *malobathro Syrio* (quem ad l.

Kiessling—Heinze: '...syrisch heißen Wohlgerüche u. dgl. des Orients ganz ohne Rücksicht auf den Ursprung, weil sie in den syrischen Häfen verfrachtet werden'; quare nescio an iure Lenchantin codicum traditionem, q.e. *Tyrio*, retinuerit); Bion. I, 77 *Συρίοισι ἀλείφασιν*; Verg. Ecl. 4, 25 *Assyrium vulgo nascetur amomum* (Ladewig—Jahn ad l.: '...Assyrien ist dichterische Bezeichnung des Morgenlandes überhaupt'); Sil. It. IX, 402 *nec crinem Assyrio perfundere pugnet amomo*; Stat. Silv. II, 4, 35 *Assyrio cineres adolentur amomo*. Vid. porro Tibull. I, 3, 7 *non soror, Assyrios cineri quae dedat odores* (vid. Kirby Smith ad l.); Kroll, Studien, p. 294 sq. **fragrans** editores, locis freti supra allatis, vulgo legunt pro codicum traditione q.e. *flagrans*; Ellis (Am. Journ. of Phil. 15, 1894, p. 294) *fragrans* proposuit.

513. nullae illam (sc. *cepere*); ita recte B² (ex *illum*: B¹) et ceteri codd., ad synaloephen (eadem etiam vs. 315 occurrit) diphthongi q.e. *ae* cum longa vocali cf. Catull. 64, 196; Leo, Plautin. Forsch.² p. 334 sqq. (Drachmann, Herm. 43, 1908, 411). Ad sensum cf. Verg. Aen. XI, 567 sq. *non illum tectis ullae, non moenibus urbes / acceperē . . . / . . . solis exegit montibus aevum* (cf. Cir. 518). **quid enim**, cf. ad vs. 71; 190; 334. **iam** omnes codd. tradunt, plerique tamen editores Heinsii coniecturam q.e. *cum* receperunt. Lectionem traditam Helm retinuit atque ita interpretatus est: „*quid iam (in) sedibus illi (negotii est)*”; zur Ellipse Kühn.—Stegm. II, 552; *iam* tadellos: 'was hätte sie noch in einem Palast zu schaffen?' *sedes* in speziellem Sinn als menschliche Behausung. Fortlassung des *in* wie 14; 72; 95; 98." Aliam et ut puto deteriorem interpretationem traditionis Ellis (Am. Journ. of Phil. 15, 1894, p. 491) dedit: „The abl. *sedibus* might, I think, be brought under the same use as *quid hoc homine facias, quid illo myoparone factum sit, quid me fiet, quid illa fiet fidicina, quid te futurumst* and numerous other instances cited by Dräger I, 519, 520: 'What use has she to make of palaces any more?', a slightly different idea from *cum sedibus* 'what had she to do with palaces?'" Attamen postea, (in ed. Oxon. anni 1927, ubi Heinsii coniecturam recepit idque rogans quidem num potius *quid iam cum sedibus illi* legendum sit), illam interpretationem ne commemoravit quidem. **sedibus** — \bar{c} etiam e.g. Catull. 64, 303.

514. quae simul etiam e.g. Catull. 64, 31; cf. Verg. Ecl. 4, 26 *at simul. simul ut* nusquam ap. Verg. legitur, cf. Stolz—Schmalz⁵,

p. 753; Kühn.—Stegm. II, 364; Jones, Archiv. f. lat. Lexikogr. XIV, 248. **cano de gurgite** cf. Catull. 64, 18 *nutricum tenus exstantes e gurgite cano* (Kroll ad l.: 'cano vgl. πολιῆς ἄλός Hom. II. I, 350').

515. cum sonitu etiam Verg. Georg. I, 327; Aen. II, 466; VIII, 525; X, 266. Ad vs. porro conferas Verg. Aen. IX, 14 *dixit et in caelum paribus se sustulit aliis*; VII, 561 *illa autem attollit stridentem anguibus alas*; I, 397 *ludunt stridentibus aliis*; Ov. Met. IV, 616 *aera carpebat tenerum stridentibus aliis*.

516. Cf. Verg. Georg. IV, 431 *exsultans rorem late dispergit amarum* quem versum componenti Vergilio ante mentem versati esse videntur vss. q.s. Hom. Od. IV, 404 sqq.; 449 sq. (*exsultans* cf. ἐξαναδῦσαι; *late dispergit*, cf. ἀποπνέουσαι; *amarum* i.q. πικρόν; *rorem* Verg. posuit pro ὀδμήν). Ita Jahn (Herm. 37, 1902, 170) una cum aliis: cf. e.g. Ladewig—Jahn ad l.; Deuticke: 'Vergil hat in Bewegung umgesetzt, was Homer im Zustand der Ruhe darstellt'. **dispersit** . . . **rorem** optime de ave dici posse et Skutsch (II, 99 sq.) probavit (afferens Aristoph. Ran. 1309 sqq.; Philostr. heroic. 16; schol. ad Lycophr. Alex. 601) neque negavit Leo (Herm. 42, 1907, 57). **rorem** cf. Lucr. I, 496; 771; 777; IV, 438 (Munro ad l.); Verg. Georg. I, 385; Prop. II, 26, 1; cf. etiam Ov. Met. III, 683 *multaque adspergine rorant*.

517. infelix virgo, cf. Cir. 71; 167. **nequiquam morte recepta**, cf. Verg. Aen. V, 80 sq.: . . . *recepti | nequiquam cineres*; Val. Flacc. VII, 285 *corpus de morte receptum*. **morte**: ablat. separativus. Post edit. Ald. (1534) crebri editores post *nequiquam* voculam *a* inseruerunt (cf. e.g. Verg. Aen. V, 476: *revocatum a morte Daretæ*); cf. Ellis in app. crit. (ed. Oxon. 1927): „it seems to mean *a morte servata* and perhaps it should be *a morte recepta* (vir doctus Observ. II, 324); 'aut *morte recepta*. i. suscepta' Ascensius." ('Scylla could properly be described as taking her death *in vain*, because instead of ending her sorrows by it, she was condemned to a new and harassing existence as a bird', idem Am. Journ. of Phil. 15, 1894, p. 492). Sed mea quidem opinione neque emendatione versus eget (quamquam nemo est quin videat quam facile per haplographiam post *nequiquam* vocula *a* excidere potuerit) neque constructio per abl. abs., cum nusquam de morte suscipienda mentio fiat, bonum sensum praebet.

518. Ad vs. conferas Verg. Aen. XI, 569 ad vs. 510 all. **incultum** primo versus loco etiam Verg. Ecl. 4, 29. **solis in rupibus**, cf.

Catull. 64, 154 *sola sub rupe laena*; Verg. Ecl. 10, 14 *sola sub rupe iacentem. exigit aevum* cf. Lucr. IV, 1235 . . . *exigat aevum*. De vi vocis q.e. *aevum* (i.q. *vita*, vid. Munro ad Lucr. III, 537) cf. e.g. Hor. Sat. II, 6, 97 *vive memor quam sis aevi brevis*; vid etiam ad vs. 513. Ad vs. Skutsch (II, 115; cf. II, 105) e paraphrasi Dionys. Ὀρνιθιακῶν (Poet. bucol. et didact. p. 118, cap. 14 Didot; cf. Knaack, R.E. V, 925; Rh. Mus. 57, p. 207) contulit: . . . μεταβέβληται μὲν οὕτως εἰς ὄρνεον αὕτη, μισεῖται δὲ παρὰ πάντων ὄρνέων.

519. rupibus, anaphoram ad πάθος horum versuum augendum positam esse constat, id quod iniuria Klotz (Herm. 57, 1922, p. 588) negavit; cf. Serv. ad Verg. Georg. IV, 341 *notanda autem figura honestissima* (i.e. σεμνοτάτη), facta ex repetitione sermonis. **rupibus et scopulis**, cf. Verg. Georg. III, 253; 276. **litoribus desertis**; cf. Catull. 64, 73 *litoribus Piraei*; Verg. Aen. XII, 863 *culmini bus desertis*; ad vs. spondiacum vid. ad vs. 73.

520—541. Nisus in haliaetion transversus acri odio filiam in cirim mutatam insequitur.

520. Ad vs. conferas Ov. Fast. I, 447 *nec tamen hoc falsum: nam, dis ut proxima quaeque*. Versus clausula q.e. **deum rex etiam legitur** Verg. Aen. III, 375; XII, 851.

521. omnia (cf. Cir. 247 *omnia . . . laborum / milia*) **qui**, cf. Catull. 66, 1 *omnia qui magni dispexit lumina mundi. terrarum milia* (i.q. *terrarum orbem*: Rushton Fairclough, Transact. and Proc. of the Amer. Philol. Ass. 53, 1922, p. 22) cf. Lucr. IV, 412 *interiectaque sunt terrarum milia multa. imperio . . . versat* cf. Enn. Ann. 29 *qui caelum versat stellis fulgentibus aptum*; Verg. Aen. IV, 269 *caelum et terras qui numine torquet*. Nulla emendatione versui opus est; iniuria ergo Ribbeck: *terras mare sidera*; Baehrens *stellarum milia* proposuit. Skutsch, cui olim conferenti locos quales sunt Verg. Aen. IX, 93 (*Iupiter torquet qui sidera mundi*); Apoll. Rhod. IV, 261 *τείρεα πάντα, τὰ τ' οὐρανῶ εἰλίσσονται*, Baehrensii coniectura placuerat, postea (II, 22) lectionem traditam retinendam esse arbitrabatur: 'es mag schon sein, dasz der epikureische Dichter der Ciris . . . an die δίνη der unzähligen Welten (Usener, Epic., 37 ff.) denkt . . .'. **qui imperio**: ad synaloephen vid. Kroll ad Catull. 64, 11; Norden, Aen. VI¹, p. 451: 'Synaloephe mit einem in der 2., 3. oder 4. Vershebung stehenden Vokal wird im Hexameter möglichst gemieden, wenn dieser Vokal tontragend ist,

dagegen zugelassen, wenn dieser Vokal entweder nur gering betont oder überhaupt nicht betont ist'; vid. etiam ibd. p. 457 sq.

522. commotus c. acc. c. inf., vid. Thes. l.l. III, 1947, 48. **talem** i.q. tam nefariam, impiam, scelestam. **ad superos** (*ad celum* B¹, quae glossa e margine in textum irrepsisse videtur) etiam Verg. Aen. XII, 234 *ille quidem ad superos. . . / succedet*; ad sensum cf. vs. 204; etiam Verg. Aen. VII, 770 sq.

523. cum adversativum. **pater exstinctus**: recte Kroll (apud Skutsch, II, p. 193 sqq.) disseruit Ciris auctorem ita Nisi fabulam intellexisse, ut, quamquam et h.l. et vs. 527 (*reddidit*) luce clarius apparet regem post crinem purpureum etiam vitam amisisse, divum responsa (388) regni tantum atque urbis interitum post crinem amissum poscerent (vid. etiam vs. 330 sq.). Hanc versionem nos etiam alibi legere: ap. schol. ad Eur. Hipp. 1200 ἦν εἰμαρτὸν μὴ παραληφθῆναι τὸν τόπον, ἐν ᾧ ἦν ὁ Νῆσος, ἕως εἶχε τὸν χρυσοῦν πλόκαμον ἐν τῇ κεφαλῇ αὐτοῦ; Hygin. fab. 198 *cui responsum fuit tam diu regnaturum quamdiu eum crinem custodivisset*; Ov. Met. VIII, 10 *crinis. . . magni fiducia regni* (cf. contra vs. 85 *vitali nata parentem / crine suum spoliat*); Prop. III, 19, 23 *tondens purpurea regna paterina coma*; cf. etiam Hygin. fab. 242 *Nisus Martis filius crine fatali amisso ipse se interfecit*. Alia et, ut putat Kroll, antiquior fabulae versio legitur ap. Aesch. Choeph. 620 Νῆσον ἀθανάτας τριχὸς νοσφίσασσα προβούλας; Dionys. Perieg. 420. . . καὶ οὕτως αὐτὸν προδοῦσης, ἐννοηθεὶς ὡς ἡ πατέρα προδοῦσα. . . ; ita etiam Paus. I, 19, 4 ἔστι δε ἔπισθεν τοῦ Λυκίου Νήσου μνημα, ὃν ἀποθανόντα ὑπὸ Μίνω βασιλευόντα Μεγάρων κομίσαντες Ἀθηναῖοι ταύτη θάπτουσιν; Schol. Bern. ad Verg. Ecl. 6, 76 *vel quod quasi parricida a Minoe ad purpim religata tracta sit*; Apollod. III, 15, 8 ἀπέθανε δὲ καὶ Νῆσος διὰ θυγατρὸς προδοσίαν. **caeca sub nocte** cf. Verg. Aen. VI, 268 *sola sub nocte*; nox et alibi caeca dicitur: Lucr. I, 1115 (cf. II, 798; III, 87; 304; IV, 456; VI, 35); Catull. 68, 44 (cf. 64, 207); Verg. Georg. III, 260 (cf. Aen. III, 203; VIII, 253); Ov. Met. VI, 472; X, 476; XI, 521; Trist. III, 6, 42; Claudian. XV, 221 *caeca sub nocte vocati*. **lateret** recte codd.; Ellis (in app. crit.) *iaceret*.

524. pro pietate sua (i.q. *eius*; vid. ad vs. 75; cf. ad vs. 133), cf. Catull. 76, 26 *o di reddite mi hoc pro pietate mea*. **nitentum** vulgo legitur post emendationem palmarem editionis Ascens. (1507), codd.: *videmus* (*videmur* H¹); cf. Verg. Aen. III, 20 sq. *superoque*

nitentem / caelicolum regi mactabam in litore taurum. Ellis (Am. Journ. of Phil. 15, 1894, p. 492) *vigentium* maluit, cum *d* facilius e littera *g* existere potuerit; Kent (Class. Rev. 17, 1903, 303) *nitentum* accipit, quamquam dubitat num potius *rubentis* (cf. Iuv. 13, 37 *araeque rubenti*) legendum sit. Genetivus pluralis h.l. metri causa per *-um* declinatur, cf. e.g. Verg. Aen. XI, 886 nec non Serv. ad l.

525. resperserat (H²LAR) **aras** (R); h.l. cod. R rectam lectionem servavit (*respexerat*: BH¹; *auras* BHLA); cf. e.g. Lucr. V, 1201 sq. *nec aras sanguine multo / spargere*; Catull. 64, 230 *ut tauri respergas sanguine dextram* (ad verbum cf. 64, 181); Verg. Aen. VII, 547 *Ausonio respersi sanguine Teucros*; crebro etiam ap Ovidium.

526. saepe (notanda est anaphora) **deum** versus initio etiam Ov. Her. 2, 17 *saepe deos supplex* (cf. Cir. 525); Met. II, 511; Fast. V, 299; 613. **largo** . . . **munere**, cf. Catull. 66, 92 *sed potius largis adfice muneribus* (cf. Nep. Ages. 3, 3; Cic. Ep. II, 3, 2). **decorarat**; recte Lenchantin attulit Acc. trag. 472 *decorare* (tumulum) *est satius* (sanguine) *quam verbena et taeniis*; Sil. It. II, 698 *castas sedes decorate piorum*. Baehrens comparare voluit (cf. contra Kreunen, p. 32) Verg. Aen. X, 619 *et tua larga / saepe manu multisque oneravit limina donis*, quo cum versu conferas Priap. 85, 9 (Luc. Müller, p. 119) *alter parva manu ferens saepe munera larga*.

527. mutato corpore —̄ etiam Lucr. III, 755; Verg. Georg. IV, 413. **corpore vitam**, cf. Verg. Georg. 475 (et Aen. VI, 301) *defunctaque corpora vita* (cf. Ov. Her. 14, 125 *defunctaque vita / corpora*); Aen. VI, 292 *tenuis sine corpore vitas*; Il. lat. 525 *tenuemque daret de corpore vitam*; Sil. It. XV, 236 *fundebant corpore vitam*.

528. 'fecit ut esset ist altertümlich, findet sich aber hie und da bei den Augusteern' (Drachmann, Herm. 43, 1908, 420), cui opinioni restitit Thomason, Class. Phil. 19, 1924, 150: 'Drachmann . . . is mistaken, for this construction is frequent in Ovid. . . .', et alia exempla afferens et Ov. Her. 13, 69; 10, 133; 20, 173; Ep. ex P. III, 2, 4; IV, 9, 94; Trist. IV, 6, 9. A sermone cotidiano locutio desumpta esse videtur. **in terris**, cf. 488. **haliaeetos** vid. ad 204.

529. gaudet deus, cf. 373. **deus ille** √ —̄ etiam Verg. Ecl. 5, 64 (cf. 10, 61); Aen. V, 391; Ov. Met. III, 291. **coruscis**, cf. Serv. (et Serv. auct.) ad Verg. Aen. I, 164 (*silvis scaena coruscis*): *hoc est*

silvarum coruscarum id est crispantium....; alii coruscis tremulis vel vibrantibus accipiunt (cf. etiam Verg. Georg. IV, 73 *inter se coeunt pennisque coruscant*).

530. vero ita recte BA²L; *ero* (ergo H²)H¹A¹R. **damnata** etiam hic cod. B rectam lectionem servavit, ceteri codd. *iam na(c)ta* tradunt. **deorum / iudicio**, cf. Cir. 219.

531. iudicio initio versus etiam Verg. Ecl. 5, 18; crebro etiam apud Ovid. **nati** i.e. Minois (cf. vs. 389), Iovis enim filii (cf. vs. 361); Scaliger h.l. auctorem Cupidinem (cf. vs. 132) dicere voluisse putat; viri docti Baehrens, Burnaby Greene, alii *fatigue* maluerunt; Ellis (Am. Journ. of Phil. 15, 1894, p. 492) *factique et coniugis* ('her plighted bridegroom as well'; ad hanc vim vocis q.e. *coniunx* Lenchantin attulit Cir. 414 et Isid. orig. 9, 7, 9 *coniuges...verius appellantur a prima desponsationis fide quamvis adhuc inter eos ignoretur coniugalis concubitus*); Housman (Class. Rev. 17, 1903, p. 310) *factique ea coniugis. coniugis* i.e. Iunonis (cf. vss. 139 sqq.). Nulla emendatione ergo versus egere opinor.

532. apposuit: codd. *apposuitque* tradunt, sed Heynium sequentes Vollmer et alii recte *-que*, quod librarius quidam metri restituendi causa addidisse videtur, deleverunt; ad metrum verbi q.e. *apposuit* conferre licet Norden ad Aen. VI, p. 451, nisi forte lectionem traditam retinere mavis conferens Verg. Aen. V, 467 *dixitque et proelia voce diremit* quem ad l. Servius (iure, ut putat Norden, Aen. VI³, p. 452 a.1) *vacat que metri causa, et maluit perissologiam facere quam uti communi syllaba, quae frequens vitiosa est: unde et Terentianus* (v. 1010) '*nec tanta in metris venia conceditur uti*': *Graeci enim his utuntur frequenter*. Lenchantin traditionem defendens putat *apposuitque* idem esse quod *apposuit etiam*; Helm (Rh. Mus. 85, 1936, 287) versus excidisse (531a: <*supplicium aeternum statuit, ne tuta maneret*>) mavult. Ad vim verbi quod apud Verg. semel tantum idque cum acc. coniunctum ac plane diverso sensu legitur (Georg. IV, 280), cf. e.g. Hor. Od. I, 16, 16; II, 5, 15; eadem constructione Ovidium septies usum esse (Ep. ex P. III, 3, 30; Trist. III, 14, 25; Fast. I, 44; III, 770; VI, 192; Her. 9, 60; Am. I, 5, 2) Thomason (Class. Phil. 19, 1924, 147) testatus est; vid. etiam Acc. 386; Lucr. III, 373; VI, 1036; Cic. div. in Caec. 51. **odium crudele** ∪ - ∪ etiam Verg. Aen. I, 361. **parentis** i.e. Nisi in haliaetum mutati.

533. signorum sc. Zodiaci. Vocem q.e. **munere**, cui, quamvis

omnibus codicibus tradita sit, vix sensus tolerabilis inesse videtur, (vid. versionem) e dittographia quadam illius *munere*, quod cod. B in vs. 534 servavit, exstitisse Lenchantin acute suspicatus est. Sed etiam vs. 534 *munere* vix intellegi potest. Ergo lectionem traditam valde haesitabundus tamen retinere malui; Lenchantin *limine* coniecit (cf. Acc. trag. 531; Catull. 64, 271; 66, 7; 59; porro cf. Verg. Aen. VI, 255, vid. etiam Plessis—Lejay ad l.); Schrader *lumine*; Housman (Class. Rev. 17, 1903, 310) *limite*.

534. duplici stellarum sidere (ita ceteri codd.; B: *vivere* corr. in *munere*) cf. Cic. Arat. XXXII, 5 sq. (Bachrens P.L.M. I, p. 6): *... stellaque iungens | una tenet duplices communi lumine formas*; German. Arat. 548 *Scorpios hinc duplo quam cetera possidet orbe | sidera, per chelas geminato lumine fulgens*. De re vid. etiam Ov. Met. II, 195 sqq.:

*est locus, in geminos ubi bracchia concavat arcus
scorpius et cauda flexisque utrimque lacertis
porrigit in spatium signorum membra duorum,*

quem ad locum cf. Serv. ad Verg. Georg. I, 33 *Aegyptii duodecim asserunt esse signa, Chaldaei vero undecim; nam scorpium et libram unum signum accipiunt, chelae enim scorpii libram faciunt* (Korn—Ehwald ad Ov. Met. II, 195 sqq.: 'Das südliche Sternbild des Skorpions... nahm nach der ursprünglichen Darstellung, die Ovid benutzt, zwei Zwölftteile des Tierkreises... ein. Später hatte man aus seinen Scheren das eigene Zeichen der Wage gemacht'. **vidi** in versus fine etiam Verg. Georg. I, 318; Ov. Met. III, 568; Am. I, 8, 11 *stellantia sidera vidi*; cf. Lucr. IV, 577; Verg. Georg. I, 193; 197. Housman (Class. Rev. 17, 1903, 311) coniecit: *stellarunt sidere divi* ('whom alone the gods have set in heaven with a double constellation'; *stellare* = καταστερίζειν); Skutsch (II, 111 a. 1), post ed. Iunt. 1510: *stellatum*.

535. Scorpius (ita B; *-ius* ceteri) versus initio etiam Verg. Georg. I, 35. **alternis**, cf. vs. 351, ubi, diverso licet sensu, eodem versus loco legitur. **clarum**, cf. Arat. 518 εὐφραγέος Ὠρίωνος; Germ. Arat. 723 *dum claro se movet ortu. fugat*, cf. Arat. 636: (Σκορπίος,) δς καὶ ἐπερχόμενος φοβέει μέγαν Ὠρίωνα; 646: τοῦνεκα δὴ καὶ φασὶ κεραϊῶθεν ἀρχομένοιο | Σκορπίου Ὠρίωνα περὶ χθονὸς ἔσχατα φεύγειν; Cic. Arat. 644 *Scorpius exoriens, cum clarus fugerit amnis, | Scorpius Orionem fugat, pavet ille sequentem* (cf. ibd. 686 sq. *quare, cum magnis sese Nepa lucibus effert, | Orion fugiens commendat corpora*

terris; 1170: *Scorpios ingentem perterritat Orionem*). **Oriona** in fine spondiaci etiam e.g. Hom. Od. XI, 310; Verg. Aen. III, 517. Orionem vim afferre voluisse Dianae venanti alii tradunt (secundum alios omnia in orbe terrarum se necaturum esse minatus erat), illam vero Dianam (vel aliis testibus Gaeam) iratam scorpionum e terra protulisse; a quo ictum Orionem periisse, sed a Iove inter sidera esse relatum. Vid. Küentzle in Roscheri Lex. III, 1, 1018 sqq. (imprimis 1043); cf. etiam e.g. Ov. Fast. V, 537 sqq.; Hor. Od. III, 4, 71 sq.; Hygin. fab. 195; astr. II, 34.

536. inter sese eodem versus loco Lucr. V, 185; Verg. Georg. I, 489; IV, 174; Aen. VI, 160; VIII, 452; X, 146; XII, 720. **tristes... iras** cf. Verg. Ecl. 2, 14 *tristes Amaryllidis iras* (Ladewig—Jahn ad l.: *'tristis aktivisch: betrübend'*); Aen. III, 366 *tristes denuntiat iras*; cf. etiam Cul. 81 *tristia bella*; Verg. Ecl. 6, 7 *tristia condere bella*; vid. etiam ad vs. 138. **haliaetos** cf. 204; 528.

537. memori, sc. *praeteriti*: h.l. idem fere quod *ultori*; cf. e.g. Verg. Aen. I, 4 *saevae memorem Iunonis ob iram*; Aesch. Agam. 155 *μνάμων μῆνις*.

538—541. Hi versus etiam leguntur ap. Verg. (Georg. I, 406—409). In quibus locis comparandis primam commemorare velim opinionem eorum, qui, sicut e.g. Steele (Am. Journ. of Phil 51, 1930, p. 183), Vergilium etiam Cirin carmen scripsisse opinati, eundem hos versus ab alio suo ipsius loco esse demutuatum contendunt; idem etiam factum esse e.g. Aen. I, 430 sqq., ubi versuum partes de Georg. IV, 162 sqq. auctor transtulerit. Porro etiam conferas Aen. VIII, 449—453 et Georg. IV, 170—175. Vid. Jahn, Bursians Jahresber. 148, 30; F. Albrecht, Wiederholte Verse und Versteile bei Vergil (Herm. 16, 1881, p. 393 sqq.). Versus Ciris auctorem non ipsum primum scripsisse Leo (Herm. 37, 1902, p. 46) magis contendit quam probavit; poeticam enim pravitatem ('eine poetische Verkehrtheit') esse putat h.l. cirin fugientem haliaetion comparari cum Orione eodem tempore occidente quo Scorpios oriatur. Sed recte et Skutsch (II, 110) et Helm (Herm. 72, 1937, p. 91 sq.) consentiunt in carmine nostro iam versibus 536 sq. rem comparatam esse datam; qua tamen ratione Skutsch crimen pravitatis poeticae diluere conabatur, Helm contra ostendere voluit vss. 538—541 supervacaneum additamentum esse: 'damit' (i.e. vss. 536 sq.) 'könnte das Gedicht sehr gut schlieszen, ja, wenn mich mein Gefühl nicht täuscht, sogar

wirkungsvoller'. Uberrime porro Skutsch (II, 106) demonstrat Vergilium satis certo vss. Georg. I, 406—409 aliunde esse demutuatum: totam enim versuum 356—461 periodum, quae tempestatis prodigia continet, versionem esse Arati, quamvis neque Arati prodigiorum ordinem accurate servaverit et crebras locutiones ab aliis auctoribus desumptas intexuerit. In Arati versibus nihil traditum esse quod cum Vergilii vss. conferri possit nemo est quin affirmet; a quo autem auctore Verg. eos demutuatus sit, viri docti haud minus dissentiunt quam de quaestione utrum Ciris auctor an Vergilius aptius versibus alibi repertis usus sit. Qua de re Leo (Herm. 42, 1907, p. 58 sqq.) animadvertit tempestatis prodigium imprimis in haliaeeti habitu niti, auctori autem plane integrum esse ut materiam poetice ea ratione exprimat, qua ipsi libeat. Inde Leo disserere pergit inter Scyllae fabulae descriptionem in paraphrasi Ὀρνιθιακῶν (II, 14, p. 119 Dübner) traditam et eiusdem fabulae narrationem, quam, qua ratione Parthenius dedisse videatur, schol. ad Dionys. Perieg. 420 (cf. Knaack, Rh. Mus. 57, 206) testetur, ita paulum interesse, ut satis magni operis excerpta, inter se plane libera ac soluta, esse nequeant; relationem potius vel reproductionem quandam utramque esse opinatur brevis unius ac eiusdem argumenti, qualia in libris mythologicis prodi solerent; nihil etiam esse cur et initium et finem capitis Ὀρνιθιακῶν ipsi Parthenio desumpta esse putandum sit. Haliaeeton praeclaram tempestatem portendere etiam testatur Dionys. Ornith. II, 1 οἱ ἀλιεῖς δ' αὐτοῦς ὡς εὐκτὴν τινα καὶ αἰσιον ἔψιν ἀσπάζονται; cf. Anton. Liber. XI, 9. (vid. etiam Drachmann, Herm. 43, 1908, 407; Jacoby, Deutsche Lit. Zeit. 1907, 229a); hanc scientiam e carmine nostro Vergilius nullo modo exhaurire potuit.

INDEX

(Numeri versuum sunt in commentario tractatorum)

- ablativus locativus 95; 98; 126; 208.
 — qualitatis 317.
 — separativus 328; 330.
 — temporis 13; 41.
accingere c. acc. 6.
accipere 415.
 accusativus graecus 56; 198; 213;
 233.
addicere 415; 420.
adeo 189; 198; 206; 400; 407; 468.
 adiectivum cum inf. coni. 326.
 — pro adverbio 209; 346; 484.
adlabi 476.
aequalis 435.
aer 33.
aerumna 58.
aestus 341.
aether 33.
 alliteratio 26; 52; 78; 305; 346.
alternus 25.
alumna 224.
alumnus i.q. *almus* 441.
anaphora 12; 42; 105; 131; 172;
 198; 204; 238; 272; 278; 287;
 310; 387; 402; 408; 411; 417;
 448; 519; 526.
 anachronismus 317; 331.
ancillaris 433.
apex 501.
 apostrophe 129; 151; 191; 198;
 227; 329; 402; 404.
aqua lustralis 147; 376.
argutus 186.
artes magicae 369.
arx Sapientiae 14.
aspergillus 376.
aspirare 99.
assignare 304.
atque inversum 47; 445.
bidens 213.
 brachylogia 95.
caecus 523.
caeruleus 38; 51; 203; 215; 390;
 395.
caltha 97.
cani (i.q. *capilli cani*) 320.
captare 211; 343; 383.
casia 370.
castus 146; 365.
 chiasmus 434.
chorda 178.
cicada 128.
ciris 488.
coccinus 168.
coccus 31 (cf. 169).
 colorum amoena varietas 121; 320;
 511.
complures 54; 391.
concrebrescere 25.
coniunctus c. abl. 40.
corus 460.
crinis aureus 52; 523.
 — *purpureus* 52; 122; 282; 320;
 382; 387.
crobylus 126; 128.
crocotus 252.
cubile 209; 231.
cum c. coni. plusquamperf. 366.
 — *adversativum* 523.
 — *inversum* 149.
curalium 434.
damnare c. gen. 189.
decorare 526.
defixio 371; 377.
deliciae 433.
delubrum 424.
 deminutivorum usus 3; 132; 138;
 182 (cf. 251; 374); 238; 257; 348;
 479.
denubere 330.
deprensus 61.
despicere 17.
despuendi vis magica 372.
detexere 9.
deturpare 284.
dies 28.
 digressio 22.
dubius 63.
effigies 491.
electrum 434.
elisio 15; 34; 295; 331; 351; 352;
 381.
 ellipsis 85.
 enallage 1; 25; 72; 87; 299; 326;
 348; 394.
 epitheton ornans 135; 299; 308.

et inversum 47; 441.
 *et*.... *que* i.q.*et*.... 79.
etsi 1; 156; 415.
exitium 332.
expertus 325; 332.
facere, ut 528.
faces nuptiales 439.
fas est 21.
fessus 232.
fiducia 380.
flammeum 317.
flavus 511.
furor 130; 164; 237; 258.
genetivus nominum propr. tertiae
 decl. desinens in *-i* 58.
 — *obiectivus* 311.
glaucus 395.
graecismus 6; 11; 84.
gracilis 20; 498.
gravidus 230.
haliaaetus 192; 204; 528; 536.
haplographia 190; 517.
hexametri quorum duae partes si-
militer desinunt 22.
hiatus 257; 287; 424; 474.
hyperbaton 80; 127; 443.
iam iam 293; 427.
imago 263.
imperfectum de conatu 34; 316.
incrementum 398.
indicativus pro infinitivo 409.
infelix 71; 167; 190; 402.
infestare 57.
infestus 111; 117; 466; 532.
infinitivus finalis 172; 183; 254;
 376.
interiectionum usus 153.
iuvenis 45.
labellum 496.
laurus aspergilli munere fungens
 376.
 „Lautmalerei“ 286; 325.
lentus 449; 504.
licet c. acc. c. inf. 90.
litotes 266.
littera -a in nominativo producta
 396.
locativus 241.
loqui 41.
lucerna 344.
ludere 19.
lumina Ilithyiae 326.
lux i.q. *dies* 397; 417.
mansuescere 136.
marmoreus 222; 256; 450; 476; 503.
meditari 92.
metaphora 9; 39; 146; 195; 249;
 257; 341.

metonymia 3; 4; 26; 30; 31; 41;
 62; 69; 110; 114; 115; 131;
 166; 171; 229; 230; 334; 486.
metuere c. acc. c. inf. 427.
monosyllaborum coacervatio 14;
 216; 229; 499.
mundus 7; 218.
mutare c. abl. 56.
nam secundo versus loco 458.
narcissus 96; 370.
nec 239; 270; 275; 277; 327; 441.
negatio duplex 312.
neuter 68.
niveus 170; 399.
nominum geographicorum coacer-
vatio 463.
non equidem 19; 418; 431.
novisse 177.
nudare i.q. *prodere* 422.
nullus i.q. *non* 177.
nympha i.q. *puella* 435.
oleum 344.
olim 22, 140.
operatus 142.
pacto i.q. *modo* 508.
parallelismus 272.
paronomasia 356.
patrius 216; 231; 321; 355; 428;
 500.
patulus 497.
peplus 21; 22; 26; 30.
per 245; 273.
perfectum gnomicum 134.
pius 219.
pleonasmus 13; 43; 183; 320.
pluralis poeticus 37; 108; 317; 369;
 376.
pote 328.
praesens 245; 282.
praetexere 100; 320.
prius 33.
pronomen possessivum 133.
psalterium 178.
puniceus 501.
purpureus 37; 96; 103.
quaestio rhetorica 334.
quandoquidem 323.
*que*....*que* 338.
quid enim 71; 190; 334; 437; 513.
quinquennia 24.
quod c. indic. 83; 112; 383.
removari 236.
res abstracta in deam conversa 14.
restinguere 344.
restringere 344.
rex 201.
rovare 253.
rudis c. genet. 243.

- simplex pro composito* 5; 92; 316; 376; 415.
simul ut 514.
singularis collectivus 111; 526.
singultus 211.
sinuare 460.
sollemnis 35.
speculari 175.
spelaeum 467.
statio 472.
sternere 33; 115.
storax (styrax) 168.
subnixus 195.
suboles 398.
suspendere 7; 145; 212; 321.
suus i. q. eius 75; 524.
syllaba in caesura producta 180; 392; 532.
synaloephe 95; 241; 294; 513; 521.
tabes 254.
tabescere 249; 450.
tamen 74; 263.
templum 424.
tener 43; 162; 169; 403; 485.
- tenuis* 226.
texere eiusque verbi composita 9; 21; 29; 39; 100.
tmesis 192.
trias magica 371; 373.
tristis 138; 536.
ubi cum ind. imperf. 344.
— cum ind. plusquamperf. 340.
ut 150; 228; 251.
versus spondiacus 73; 82; 113; 158; 326; 398; 434; 474; 486; 495; 518.
vexare 60.
vorax 57.
vulgo 63.
zeugma 63.
- ἀπό κοινοῦ 6; 82; 120; 186; 246.
 ἀποτρόπαιον 121.
 ἀπροσδοκητόν 402.
 ἐκ τοῦ ἀδυνάτου 425.
 ἐν διὰ δυοῖν 394.
 ἐπίθυμα 369.
 φυλακτήριον 372.
-

STELLINGEN

I

Ten onrechte brengt W. J. den Dulk (*Κρῆσις*, bijdrage tot de Gr. lexicographie, diss. Leiden, 1934, p. 50) de uitdrukking van Heraclitus πάντα ῥεῖ in verband met de κρῆσις τῶν στοιχείων.

II

Ten onrechte heeft Ianell in de Teubner-editie van Vergilius Aen. VI, 559 de lezing opgenomen: *strepituque exterritus haesit*.

III

Het zinsverband doet vermoeden, dat Verg. Aen. VI, 614 en 615 moeten worden gelezen tusschen vs. 624 en vs. 625.

IV

Ov. Met. X, 58 verdient de lezing van den Codex Neapolitanus: *prendique et prendere captans* de voorkeur.

V

Het voornaamste middel van bestaan is te Athene in de 4e eeuw vóór onze jaartelling de, overigens extensief beoefende, landbouw geweest.

VI

Ten onrechte heeft Thiersch voorgesteld Thuc. I, 11 i.p.v. ἐκρατησαν te lezen ἐκρατήθησαν.

VII

De argumentatie van J. Steup (in de „Anhang” van de door hem bewerkte uitgave van Classen), die Thuc. I, 11 μάχη κρατοῦντες εἶλον en na πολιορκία het woordje δ' als geïnterpoleerd beschouwt, is niet overtuigend.

VIII

Terecht constateert Prof. Dr. J. de Zwaan („Jezus, Paulus en Rome”, 1927, p. 128), dat „heel wat van hetgeen wij op het oogenblik rustig ‘Christelijk’ noemen, feitelijk stamt uit de humaniteit der klassieken”.

IX

Terecht verklaart Prof. Dr. A. Sizoo (in een voordracht, gehouden op de 106e Alg. Verg. van het Genootschap van Leeraren aan Nederlandsche Gymnasiën, te Groningen op 27 Aug. 1936), dat „de paedagogische waarde van een onderwijsvak alleen is te bepalen, doordat men vaststelt, in welke mate het onderwijs in dat vak medewerkt tot bereiking van het doel, dat de opvoeding zich stelt”. Evenzeer terecht constateert Dr. R. van Genechten (Nieuw-Nederland, VII, 1940, p. 403), dat „het slechts in beperkte mate beteekenis heeft over technische verbeteringen in onderwijs en opvoeding te spreken, zoolang men zich omtrent het opvoedingsdoel geen duidelijke voorstelling vormt”.

Rijksasyls voor Psychopaten
te Avereest,

